Digitized by Google


Digitized by Google

9 M.6

Digitized by Google

Digitized by Google

9.6.531

Digitized by Google

ANTONII MATTHÆI

VETERIS ÆVI

ANALECTA.

TOMUS QUINTUS

ET ULTIMUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERIS ÆVI
ANALECTA
SEU
VETERA MONUMENTA
HACTENUS NONDUM VISA.
QUIBUS CONTINENTUR SCRIPTORES VARII
QUI PRÆCIPUE
Hiſtoriam Univerſalem, Expeditiones in Terram Sanctam, Res Germaniæ, Gelriæ, Hollandiæ, Ultrajecti, Friſiæ, tam Occidentalis, quam Orientalis, & Groningæ; ut & Geſta Equeſtris Ordinis Teutonici, Dominorum de Brederode, de Culenburch, & de Arckel,
MEMORIÆ PRODIDERUNT:
PRÆTEREA
Itineraria, Teſtamenta Vetera, & Doctorum Virorum Epiſtolæ.
Primus in lucem edidit adjectis Obſervationibus ſuis
ANTONIUS MATTHÆUS
Quondam Juris in Illuſtri Academia Lugduno-Batava Anteceſſor.
EDITIO SECUNDA.
Cui accedunt Editoris Notæ, ejuſdemque Indices accurati & locupletes.
TOMUS QUINTUS.

HAGÆ-COMITUM,
Apud GERARDUM BLOCK.
M. DCC. XXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS AUCTORUM

qui hoc Tomo Quinto & ultimo continentur.

Hic incipit Tomus Octavus Analectorum prioris editionis in 8.

ARNOLDI *de Bevergerne civis Monasteriensis* CHRONICON MONASTERIENSE *ab initio Episcopatus usque ad Ann.* CIↃ. CCCC. LVII. *Pag.* 1.

ANONYMI *aliud ab Henrico de Morsa usque ad Joannem de Hoya missum in possessionem Ann.* CIↃ. IↃ. LXVII. *Pag.* 117.

Tertium MARTINI *Tympii ab initio Episcopatus usque ad* ERNESTUM *Bavarum seu ad Ann.* 1612. *Pag.* 165.

Accedit A. MATTHÆI CONTINUATIO *usque ad eum, qui feliciter jam rebus præest*, HERMANNUM WERNERUM *Wolf Comitem de Metternich.* *Pag.* 191.

ANONYMI *Vitæ & Res gestæ* DOMINORUM *de* ARCKEL. *Pag.* 201.

SIBRANDI *Leonis Frisii Vita & Res gestæ* ABBATUM *Horti Divæ Virginis seu* MARIENGARD *apud Frisios.* *Pag.* 241.

Hic incipit Tomus Nonus Analectorum prioris editionis in 8.

quo continetur

AUCTOR RERUM ET TRAJECTENSIUM ET HOLLANDICARUM ANONYMUS, *ab ipsis Episcopatus & Comitatus initiis, usque ad Maximilianum, & ejus filium Philippum, & quantum ad Trajectensia, ad Davidem Burgundum.*

Antonius Matthæus adjecit OBSERVATIONES, ACTA PUBLICA, & INSTRUMENTA, ELECTIONES EPISCORUM, *modumque Electionis, & Diplomata Pontificia, ex Archivis, quæ Ultrajecti, majoris Ecclesiæ.* *Pag.* 267.

Hic

Digitized by Google

Hic incipit Tomus Decimus & ultimus Analectorum prioris Editionis in 8.

EQUESTRIS ORDINIS TEUTONICI CHRONICON ex MS. *Trajectenſi, cujus Auctor incertus.* *Pag.* 615.

Dit Chronyk behelſt het Conqueſteren van PRUYSSEN *en* LYFLANT *door dezelve* ORDRE *Pag.* 682.

Het zeer gedenkwaardig beleg en innemen van de magtige Stadt AKERS *of* PTOLEMAIS *in Syrien, den Chriſtenen ontweldigt door den Egyptiſchen Sultan* MELECH-SAPHARAPS *in den jaare* CIↃ. CC. XCI. *Pag.* 748.

Alle de HOOCHMEISTERS *van de gemelde* ORDRE, *uſque ad eum & in id tempus, quo ab* ORDINE *ad Polonos defecit* BORUSSIA; *ubi Auctor ſubſiſtit.* *Pag.* 679.

Quem mox excipit A. MATTHÆI SUPPLEMENTUM *rerum deinceps geſtarum uſque in diem hodiernum.* *Pag.* 819.

Sequitur & ejuſdem Libellus de Vitis PRÆFECTORUM TRAJECTENSIUM, *dat is, het Leven en Succeſſie van alle de* LANTCOMMANDEURS *in de Provintie van* UTRECHT. *Pag.* 854.

Accedit ejuſdem Tractatus de Equeſtri Ordine MELITENSI, *van de* ORDRE *van* MALTA. *Pag.* 933.

Accedunt Epiſtolæ PONTANI; *Pag.* 975.

ut & alia nonnulla:

Scilicet modus creandi Equitem Teutonicum. *Pag.* 908.

Præfecti Equitum ſepultura. *Pag.* 923.

&, quæ ad hanc rem pertinet,

Conſtitutio Scalumenſis. *Pag.* 925.

DEDUCTIE DER HEEREN STATEN VAN UTRECHT, *waar by wordt aangetoont, dat de gepretendeerde Balyagien, Commandeuryen, huyzen en goederen van de Joanniters of Maltheſer Heeren, onder het reſſort en gebied van de Geunieerde Provintien gelegen, by de Heeren Staten der reſpective Provintien met regt zyn aangeſlagen.* *Pag.* 952.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS OCTAVUS.

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO

P R I N C I P I,

D O M I N O,

D^no^ FRANCISCO ARNOLDO,

EPISCOPO PATERBORNENSI

A C

M O N A S T E R I E N S I,

BURGGRAVIO STROMBERGENSI,

S. ROMANI IMPERII PRINCIPI,

COMITI PYRMONTANO,

ET DOMINO IN BORCKELOE &c.

Pacem in Chriſto, Imperii incrementum, gloriam, triumphos, proſperam ſemper valetudinem, & felicitatem perpetuam.

REVERENDISSIME, AC CELSISSIME PRINCEPS,

DUM majorum noſtrorum acta, & quæ præclare ab iis geſta, dum vetera monumenta, præſertim quæ hactenus nondum typis impreſſa, quorum magnam in ſcriniis meis ſervo adhuc copiam, cum voluptate revolvo, excutio, inter cetera etiam in-

Digitized by Google

cidi in vetus Chronicon, continens, quæ Monaſterii olim geſta, originem Epiſcopatus, vitam S. Ludgeri, & qui ſecuti eum Præſulum uſque ad Annum CIↃ. CCCC. LVII. quo Auctor, qui tum vixit, & Scriptor ejuſdem Chronici, hiſtoriam concluſit. Opportune id quum accidiſſet, quandoquidem quod ſciam, de Diœceſi Monaſterienſi ſpeciale adhuc nihil extat, quod ſit typis deſcriptum, de edendo mox cogitavi, tuæque Eminentiæ & Illuſtriſſimo nomini quam humillime id conſecrando, ſimul gratulaturus dignitatem, quæ obtigit, virtute & meritis à te partam, quæ ut felix ſit ſemper, glorioſa, & ſalutaris, non tibi tantum & Diœceſi, ſed & omni Europæ, & toti terrarum orbi, venerot Deum ſupplex. Non abs re autem credidi facturum me quicquam, ſi Auctorem hunc, de quo loquor, Arnoldum de Bevergerne, civem Monaſterienſem, Analectis inſererem, in quæ retuli Auctores aliquot, qui hactenus nondum viſi. Horum Tomi jam ſeptem, nam ſeptimum habeo, & deinceps etiam habiturus ſum, Chronicon ſeu hiſtoriam Friſiæ Orientalis ab Eggerico Beninga Friſio & viro nobili olim ſcriptam. Octavum Auctor hic, & quos adjeci, conſtituent. Ut dixi, civis Monaſterienſis eſt, & ut ipſe ait collegii mechanici Monaſterii Decanus. Geſta Epiſcoporum ordine eſt perſecutus à S. Ludgero, qui Antiſtitum primus, uſque ad Henricum de Swartſenburch, qui adeptus dignitatem circa Ann. CIↃ. CCCC. LVII. Laconicus primum, ubi vitam attigit Ottonis IV. latius diffun-

Digitized by Google

diffundit ſe, & multa habet ſingularia, quæ tum temporis contigere. Habet etiam ſimiliter in Henrico Morſenſi & fratre ejus Walravio, ſub quo omnia Monaſterii turbata & concuſſa, exortis in Diœceſi inter clerum & plebem, plebem & optimates, optimatibus etiam ipſis non idem prorſus ſentientibus, pernicioſis diſſidiis, Walravium populo recuſante, & creante interim Protectorem Joannem Comitem de Hoja, multorum opibus fretum, & dum favet plebs, Monaſterii, & in ſubjectis ſibi oppidis potenter, tum dominantem. Fuit rerum tum geſtarum etiam Auctor hic magna pars, conſcius ſecretorum Erici fratris Johannis. Quo colloquium illud pertinet, quod cum inter ſe ſoli eſſent, remotis prorſus arbitris, Ericus cum eo habuit, quo queſtus multum de fratre, & de temporum iniquitate, quid cenſeret faciendum ab Arnoldo, ut amico, viro admodum prudenti, & rerum gnaro exquirit. De ætate ne quis dubitet, & an vera hæc quæ narrantur, refert Auctor verba ipſa, quæ tum invicem commutata, & quorum niſi alteruter nemo certe tum conſcius. Cum enim ultro citroque multa jam eſſent dicta, nec ad id quod petitum de dando conſilio Arnoldus anxius expediret ſe, diffiſus hac in re & Erico & ſibi ipſi, tribus tandem rem aperuit, adactis prius juramento de his, quæ dicturus erat, nemini revelandis. Verba ipſa quæ arguunt Auctorem ipſum de ſe loqui inter cetera ſunt hæc: *Do vragede hem Herr Erycke, wo he ſich beraden hadde, und wes he em rede. Und dat was*

Pag. 154. & ſeqq.

** Nobis p. 104. hujus Tom. V.

Digitized by Google

was in der Crueſen weeken vor Pinxter. Do bad Arndt *Erycken, dat he em noch wolde berait gheven went in den Pinxter vierdagen, ſo wolde he em eyn antwoort ſagen na ſynen vyff ſinnen, als he meinden dat guet were. Dem volgede Herre Erycken alſoe. Do ginck Arndt Bevergeerne in de Stadt, und en wuſte nicht wael, wair he dat beſt laiten mochte, dat dat wyſlick worde. Doch he ginck t' Sinte Lamberth in dat Lickhueſs, und nam daer to ſich Johan Sfriſſchen den Stolmecker, Johan Handpergen den Becker, Berndt Hemmeſinge den Schroder, und ſachten den dreyen; Ick wolde juwe ein wort tho kennen geven in gelove, dat uns alle angeyt, und wael bedenckes weert were. Und ick wolde em daer ten heyligen ſweren, als ick dede, dat ick niet min ofte meer ſeggen wolde, dan ick van den genen hadde beholden, de dat Arndt geſeyt hadden. Deſgelyckes ſworen Arndt de drey perſonen wedder ten heyligen, dat ſe des nicht meiden en wolden, dat ick em daer ſeghten, eer wy weer eindrachtelyck eins geworden, waer wy dat laithen ind beginnen wolden, dat beſte waer vor de Stadt Munſter, und vor uns allen.* Sed ſunt & alia argumenta: Loquens de compromiſſo, quod factum in Ducem Cliviæ Ann. 1452. in quod certum quod conſenſerat, Joanne excepto de Hoya, Diœceſis univerſa, Joannes autem dein diceret repugnantibus Conſiliariis Ducis Cliviæ de eo actum, Auctor hic, qui & ipſe ei interfuerat, ita de eo loquitur, ut prodat non obſcure ſe Auctorem & non alium. Cum enim parati eſſent ad exquirendam veri-

Digitized by Google

veritatem ex Ducis Conſiliariis nonnulli Cliviam proficiſci, *wante al dat te Coesfelde gemacket was in den Compromis, dat geſchiede endrechtelycken van den Cleveſchen Raden, und den Sendeboden der Stadt Munſter*, ut ait totidem verbis pag. 146. ** ipſe autem inter ceteros ex his etiam fuiſſet, una etiam cum ceteris jam itineri accinxiſſet ſe, diſſuaſiſſet autem Joannes, evidenter ſe rurſum prodit, *Em dochte goet*, inquit *d. loc. dat wy daer nicht en reden, maer dat wy an ſe ſchreven, dat were ſyn raidt. Do lieten wy enen brieff ſchryven an de Reeden, und lieten den Juncker Johan ſien und leſen. Do behagede he em wael. Mer er wy onſen brief do ewech ſenden, do vertooch ons Juncker Iohan in den vyften dage. Under de tyt ſande Iuncker Iohan enen brieff an de Cleveſche Reeden, wu datſe uns antworden ſolden, wanneer dat unſe brief an ſe queme.* Et hactenus quidem Auctor, quem ut alia nonnulla extortum homini imperito jam in publicum primus mitto. Lingua utitur non difficili. Qui deſcripſit primus, forſan Belga, in Belgicam nonnihil flexit, relictis tamen non paucis paſſim Teutoniſmi reliquiis. Nam alioquin ſiquis quærat, cur hominis Teutonici non & ſermo Teutonicus, præter id quod jam dixi, vix eſt aliud quod addam, quam, *Juxta ſcio cum ignariſſimis.*

** Nobis p. 99. d. Tom. V.

Verum ſequitur mox Auctor, cujus ſermo non corruptus, cujus mere Teutonicus, quem petenti humaniſſime & liberaliter communicavit, qui ejuſdem poſſeſſor, *Ioan. Ortwinus Weſtenbergh*, Hardervici Gel-

Digitized by Google

rorum Clariſſimus & Diſertiſſimus juris Anteceſſor. Contuli ſtatim quum accepi. Reperi præter opinionem non Teutonice tantum ſcriptum, ſed Teutonicis etiam literis, ſcriptura tam difficili, ut à me legi non poſſet. Hæſi tum quid facturus. Diffiteri non poſſum. Multum operæ in eo poſui, ut poſſem aſſequi quod ſcriptum. Tandem ductus literarum quum accuratius obſervaſſem, Germano etiam adhibito, qui ignorantem doceret, facilis deinceps fuit lectio. Juvit etiam collatio, quam verborum feci cum verbis: duo enim hi Auctores diverſis ſeculis quamvis vixerint, alter quinto ſupra milleſimum, alter vero ſexto, eaſdem tamen res tractant, idem habent initium, eodem pergunt ordine, & non diverſis aut aliis, ſed iiſdem plane utuntur verbis uſque ad Henricum de Morſa fratrem Walravii, ubi alia atque alia narratio demum incipit. Unde & ab Henrico, ne bis cocta eſſet crambe, Teutonicum loqui demum feci. Quis hic fuerit neſcitur, nuſpiam nomen prodit. Quod Monaſterienſis, & quod ſeculi ſupra milleſimum decimi ſexti ſcriptor, ex eo patet, quod jam vixit, cum præfuit Diœceſi Franciſcus Comes de Waldecq, ſub quo bellum Anabaptiſticum, de quo multa habet ſingularia. Sepulto certe eodem bello, quod anno contigit CIↃ. IↃ. XXXV. quum Comes Aldenburgicus paulo poſt moviſſet bellum, Franciſcus autem, quem vocat clementiſſimum ſuum Dominum, armatus hoſti iviſſet obviam, de ipſo Aldenburgo ſurrepto fere à Franciſco habet, quod ſequitur:

Digitized by Google

ſequitur: ** *Item*, inquit, *kort na deſe Munſterſche vehde, do alle man meinde, ſe weren to vrede, en alle knechten verorlovet weren, heeff an de Graff van Aldenburch, unde ſterckede ſick mechtich, aber niemant en wuſte, war op dat galt, myn Genadighe Herr dacht ock nitt, dat 't ſyn Furſtel. Gen. gegolden hedde,* & mox: *Do hefft ſyn Furſtel. Gen. Wilderhauſen, de Vecht, und Cloppenburg wedder ingenomen, und ſo vort in die Herſchafft Oldenburch getagen, und groten ſchaden gedaen, vort dat gantze lant ingenomen; wolde ock vor Aldenburch hebben getagen, doch dat wort ſyn Furſtel. Gen. met liſt afgeraden, dor ſyn Furſtel. Gen. Rathe, und Ritmeeſters. Wie dat ein geſtalt hedde, iſt einen ider wel bewuſtet, al tho langh tho ſchriven. Hab doch van glaubwurdige leuten gehort, hedde he fort gefahren, he hedde de Stat mit den Burg ingekregen &c.* ** p. 157. d. Tom. V.

Mox cum agit de bello ſeu prælio tumultuario Henrici Ducis Brunſvicenſis cum Erico Duce Saxoniæ & Philippo Landgravio, quo Carolus captus Henrici filius; ** *Aber*, inquit, *der Churfurſt Hertzoch Erich van Saſſen, und der Lantgraff ruſteden ſick, und quemen zu velde, ſcharmutzelen mit verlieſung van viel volckes, dar aver Hertzog Heinrichs ſeiner Furſtel. Gen. ſohn* Carolus Victor *und andere worden gevangen, und ſeint ock noch wente up huiden den dach, als up den avont omnium Sanctorum Ann.* XLVII. *Alſert van Horde und vill dreplicher Juncheren worden gevangen, und ſint bedaget, aber Alſert van Horde ſit noch:* ** p. 158. d. Tom. V.

Quod:

Digitized by Google

Quod Monaſterienſis ex verbis videtur elici, quæ initio vitæ Wilhelmi Kettler, ** *wurt vort widderumb eindrachtichlich gekoren zum Herrn unſerns Stiftes Munſter ein wolberedter man &c.* De Delmenhorſt occupata ad Ann. CIↃ. C. LIII. ** *daer was Judas de ſterckſte lantsknecht, intelligenti pauca. Men heft des huides dags noch niet wedder, mer men pleit darom im Cammergericht, wil dat helpen, mag men wys worden.* Cum ſucceſſor Franciſci Willelmus Kettler reſignaſſet; ** *of ſyn Furſtl. Gen.* inquit, *dar ein Reſervateken van beheld, iſt mir onbekent &c.* Perduxit autem hiſtoriam uſque ad Epiſcopum, de quo habet tamen tantum pauca, Joannem de Hoja, uſque ad Annum ſcilicet, quo is primam poſtquam inauguratus cecinit ſuam miſſam CIↃ. IↃ. LXVII.

** p. 161. d. Tom. V.

** p. 160. d. Tom. V.

** p. 162. d. Tom. V.

Quæ cum ita ſe habeant, miraberis interim Reverendiſſime & Celſiſſime Princeps, & nemo etiam non mirabitur, quod eadem plane, & iiſdem prorſus verbis, apud duos hos Auctores inſtituta narratio, uſque ad eum, quem dixi, Henricum de Morſa. Sed qui id factum non ſcio. In Ottone de Hoja, qui deceſſor Henrici, plane adhuc eadem. Utrumque invicem contuli, & contuli accurate, nec diſcrimen ullum reperi, niſi in paucis, & quæ nullius momenti, notatis paſſim ad marginem, excepto quod Teutonicus cum morte Ottonis finit, ne adjecto quidem, quod in meo, *Requieſcat in pace Amen.* Cætera quæ ſequuntur, & quæ ad vitam Ottonis addita, occurrunt tantum in meo.

Digitized by Google

meo. In Teutonico de iis nihil. Deeſt etiam in Teutonico Frederici II. vita ſucceſſoris Werneri. Librarii forſan culpa. Rationem aliam non novi.

Tertius Auctor Martinus Tympius, quem Teutonico addidi, & quem unà cum Teutonico ultro ad me miſit idem Vir Clariſſimus Jo. Ortwinus Weſtenbergius, utroque hoc poſterior, Præſulum ſummam tantum habet, ſeu Catalogum, ut ait, αὐτοσχεδιασί concinnatum à Ludgero ad Erneſtum, qui ex Domo Bavarica ſuſcepto Epiſcopatu Ann. 1585. obiit Ann. 1612. Stylo utitur eleganti, & paucis multa complectitur, æquus Pontificiis, iniquus admodum Proteſtantibus. Adjecta eſt Continuatio, ſed quam auxi porro & deduxi à Berhardo van Galen uſque ad temet ipſum, qui feliciter jam rebus præes, Præſul Eminentiſſime, quem inclytum & invictum ut Deus diu conſervet, ei perpetim benedicat, & ſeu togæ ſeu ſagi ſit negotium cum æmulis, domi militiæque ut victor ſempet ac triumphator ſit; & difficultatibus hujus mundi ſpretis fortiter ac conculcatis, vitæ faturum honorumque ingenti tandem cum gloria ſerum in cœlum evocet, idem illud ſummum numen ſubmiſſe precor venerorque. Adjectæ erant ad Tympium Viri docti

** Margini ut videtur, adſcriptas.

Obſervationes, ** quas reliqui, ut reperi. Auxi tamen paſſim & adjeci non pauca. Ad Arnoldum quæ notata, ut & ſiquid ad Anonymum, mea agnoſco, à me adjecta, ut ſiqua forſan hæſitatio, Auctorum fides eſſet certior, & res clarior, ac apertior.

Hiſtoria & origo Dominorum de Arckel plane non contemnenda eſt, ſed Auctoris incerti. Addidi Diplomata & Dominorum Codicillos, quotquot habui in promptu, & quæ publice, ne perirent, expedire exiſtimavi.

Quintus; qui adjectus hic, Sibrandus Leo eſt Friſius, de vitis Abbatum Horti Divæ Virginis ſeu Mariengard apud Friſios, cujus etiam hiſtoria eſt Abbatum in Lidlum, quam pridem jam edidi ** *To.* 6. *Analect.* In hac & pleraque alia, & illud ſingulare, ** quod in ſpecie & nominatim locum pugnæ deſignet, qua Wilhelmus Comes IV. à Friſiis cæſus occubuit, pagum aſſerens dictum Werrega, id eſt, fortiter defendentem ſe. Ita in Valtone aut Valtero Abbate. Reliqui tantum ſimpliciter ad Stauriam ajunt cæſum. Sic Chron. *Goudan.* & Veldenaer in ejus vita.

Jo.

** Nos vero Tom. III. p. 537.
** Hoc Tom. V. p. 257. & ſeq.

Digitized by Google

DEDICATIO.

Jo. à Leidis *lib.* 28. *cap.* 14. Quodcunque autem id tandem eſt, quod jam in publicum primum prodit, tibi totum Reverendiſſime & Potentiſſime Princeps, cui ſummum & ſeculare & eccleſiaſticum dedit Deus populoſiſſimi & ampliſſimi Principatus imperium, conſecrandum exiſtimavi. Nec alii debui, quam tibi, quem prorſus illuſtri & nobiliſſimo prognatum ſanguine, & longa admodum majorum ſerie præ ceteris fulgentiſſimum, diſciplinis etiam & literis, quatenus & in quantum id tantæ ſufficit majeſtati, excultum noverunt omnes, avidiſſimum cognoſcendi religioſa non minus quam præclara & heroica, ut habeas, quos æmuleris, Deceſſorum tuorum facta. Macte tua iſta ſingulari & excellenti virtute Potentiſſime Princeps. Vive diu felix, inimicorum & hoſtium debellator magnificus, eccleſiæ & afflictorum propugnator præcipuus, pacis ſtudioſiſſimus, belli oſor flammarumque, ut ſub tuo imperio, habenas Epiſcopatus te tenente & moderante, multum floreat Diœceſis, & inter alias excellat,

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Digitized by Google

DEDICATIO.

Vovet id Reverendiſſime & Celſiſſime Princeps, & faxit utinam ita Deus, ne id votum ſit irritum,

Tuarum humillimus virtutum ac Eminentiæ cultor & admirator

Lugd. in Batav.
XIV. Kal. Jun.
Ann. CIↃ. IↃCC. VIII.

ANTON. MATTHÆUS.

ARNOL-

Digitized by Google

ARNOLDI DE BEVERGERNE

CIVIS MONASTERIENSIS

CHRONICON MONASTERIENSE

A B INITIO EPISCOPATUS USQUE AD ANN. CIↃ. CCCC LVII.

PROLOGUS.

HIER begint een boeck geheten Chronica of Catalogus Epiſcoporum Minegardevordenſium. Dit holt in den State und dat leven der Biſſchoppen van (1) Minegardevorden, nu geheten Munſter. 772. In den ſevenhonderſten und twe en ſeventigeſten jaer nach Godes geboert, beſtrydede de groote Keyſer

(1) Alibi *Mimegardevorde* eſt. Et ſic Saxones appellarunt, quod *Monaſterium* dein dictum, quæ Weſtphaliæ inferioris eſt urbs admodum celebris, ad quam Caſtra ſpectant & oppida, Horſtmar, Tecklenburch, Dulmen, Boecholt, Borcken, Ottenſtein, Metelen, Sutphen, Bronchorſt, Borchloon, Freden &c. A *monaſterio* ſic dictum, quod Carolo Magno auctore fundavit, ſacravitque ibi, una cum eccleſia S. Ludgerus. Chronic. Brunſvicenſe apud Maderum: *Anno Domini* DCC. LXXXIV. *octavum Epiſcopatum fundavit in Mimigafforde, quod eſt Monaſterium Weſtphaliæ. Mimigafforde*, inquit. Nam variat nominis ſcriptura. *Mimigarde* eſt apud Jo. Gerbr. à Leydis *lib.* 4. *cap.* 14. *Mimigarderode* apud Conring. *tr. de Helmeſtad.*

Digitized by Google

ſer Coninck *Carolus Saſſenlandt*, um den Kerſten gelove, (1) und bekeerde dat. Den eerſten kerck bouwede hy in een Stad (2) geheten *Oſnebrugge*, undt in den ſelven jare als hy hadt Paeſchen geholden, und geviert in ſyn Coninckryk, do ſatte hy een eerſamen man (3) geheten *Wytho*, welk een Vrieſe was geboren, dat hy ſolde den eerſten Biſſchop to *Oſnebrug* weſen.

Daer na in den ſevenhonderſten und ſeven und ſeventigſten jaer nae Godts geboert, was dat ganſche Saſſenſche lant bekeert. In den twelften dage der Mey monat ſo ſterf *Wytho* den eerſten Biſſchof van Oſnebrug. Daer na wort Sente *Ludger* een Vrieſe * gekoren, oeck genomen van der verſamelinge eyner Canoniken, daer em Coninck *Carolus* had geſet. Und na em quamen de Biſſchoppen, die hier naeſt ſtaen inne geſchreven, die den Kerſten geloove met woorden und met wercken und met exempel vromelicken hebben geziert.

* Teuton. *geboren.*

S. Ludgerus de eerste Bisschop.

Sinte *Ludger* was een Vrieſe geboren, und ſyn moder had een vader geheten *Tidegrinus*, und er moder was genant *Litburgis*. Deſe *Litburgis* en plachte nicht als dochters te gebe-

ren

pag. 107. *Mimigarneforde* in vita S. Ludgeri apud Brouwer. *cap.* 54. *Mimigevord* apud Ertwinum Erdtman *Chron. Ornaburgenſ. pr.* apud Meibom. *to.* 2. *rer. Germ. Mimigardevort*, id eſt, *Munſter* apud Engelhuſ. *Chron. p.* 155. *Mirmigardevort* apud Ditmarum *lib.* 4. *biſt. p.* 362.

(1) Vi & armis non verbo Dei. Ertwinus jam dictus *d. pr. Saxones & Weſtphalos duriſſimum populum, poſt multa bella & graviſſima prælia habita à gentilitate ad fidem convertit Chriſtianam.*

(2) Chronic. Brunſvicenſe apud Maderum: *Anno Domini* DCC. LXXII. *Karolus Magnus anno Regni ſui ſexto Epiſcopatum Oſnabruggenſem, quæ eſt prima eccleſia Saxoniæ & Weſtphaliæ, fundavit in honorem S. Petri Apoſtoli.*

(3) *Guibonem* vocat Ertwinus *d. loc.* Obiit, ut vult Auctor hic, Ann. ** DCC. LXXXVII. 12. Maji. Contra ut Ertwinus *d. loc.* Ann. DCCC. III. *Et ſicut*, inquit, *Altiſſimo placuit, ut in menſe Aprili ad Epiſcopatum aſſumptus fuerat, ſic etiam in Kalendis Aprilis anno incarnationis Dominicæ* 803. *migravit ad Dominum.* Succeſſit ipſi Meingardus. Ertwin. *d. loc.*

** Supra in Textu 777.

Digitized by Google

ren und nyne ſoenen. Und hierom was *Tidegrinus* altzeit tornich, und gebot eynen knechten in den (1) ſtynde, als *Ludgers* moder geboren wert, dat hyſe (2) in eynen emmer duckede und dodeſe. Vorthan dat dit kint geboren was, nochtans ſo rekedet ſine armen uyt, en weerde ſich wat'et mochte. Und ſo ſcach dat van der verhenckeniſſe der vorſichticheyt Goddes, dat daer eyne frauwe op de mare quam, und dat kint mit bede und lofte verloſte van des knechts handen, und dat trouwelycken bewaerde recht wo et ehr dochter were. Doe de vader doet was, die welcke dat kindeken had heten verdrencken, gaff diſſe vrouwe dat kint ſyne moder widder, und de moder wert ſo ſeer daer inne vervrouwet, dat het onſpreeclick was. Deſſe dochter Sint *Ludgers* toecomende moder nam to in allen goeden ſeden, alſo datſe alle man lavede. Und doeſe olt genoech was, doe wertſe S. *Ludgers* vader te ehe gegeven, und ontfenck van emme Sint *Ludger*. Doe'et by die zeit was, datſe dat kint ſolde geberen, doe vel ſy in eynen † ſcherpen ſtaecken, der by ere ſiden dorch ginck, ſoe datmen mende ſi were doith, und alle man moeyede ſich, und meinde de frucht were verdorven, nochtans ſo helden ſe in corten dagen, dat van der voerſichticheyt Gods an Sinte *Ludger* van de wonde nyen flecke en ſchein. Daerna als he gekerſtent was, do wos he op in dogeden. Als hy ut wandelde mit ſinen evenolder, ſoe reckenden ſy em werdiger dan ſich, und hadden em ubermaten leiff. Dit ſelve kint plach ſtadige van bladen und van (3) braken boeken te maken, und de bevoel he ſinner vedderſche to waren recht als goede boeken, ſoe wanneer men em vragede, we em lerde, ſoe antworde

† Vid. vitam S. Ludg. *lib.* 1. *cap.* 3.

(1) *Stynde*, id eſt, *ſtunde*, eadem hora, ſeu momento. Vita S. Ludg. apud Leibnit. *cap.* 2.

(2) Non adſcribitur id Tidegrino, ſed matri ejus, aviæ. S. Ludgeri, in Sancti iſtius vita *lib.* 1. *cap.* 2. *Habebat enim ex paterno genere aviam gentilem, quæ cum doleret filio tantum filias naſci, inatrem benedicti hujus, eadem, qua nata fuerat, hora, aquis necari præcepit.*

(3) *Braken*, id eſt, *ſchorſſen van bomen.* Auctor vitæ S. Ludgeri *lib.* 1. *cap.* 3. *Libros jam diligere, arborum cortices, quibus ad luminaria uti ſolemus, colligere, illos ad ſimilitudinem librorum conſuere, cum feſtuca, & nigro quolibet liquore imitari ſcribentes.*

Digitized by Google

worde he und ſprach, dat God em plege to leren, ſonder als hy ſeven jaren alt was, bede hy ſo vleiſſich, dat hem enen meſter worde gegheven, die eme wysheyt lerde. Do wort hy bevolen Sinte *Gregorio* enen Biſſchof zu Utrecht, de ein navolger was van Sint *Bonifacius*, dat hy inne de heylige ſchrift ſolde leeren, und guede ſeden. Doe hy een jongelinck was, quam hy by eynen man, die heyte *Alcuinus*, der een de berocht was van allen vryen konſten beyde in Godtlycke und menſchelycke. Daerna wanderde deſe ſelve *Alcuinus* uyt *Francryck* in *Engelandt* de ſchole te regeren in ene Stadt geheten *Ebroica*. Und do toch Sent *Ludger* in een cloeſter geheten *Bevener*, und bleff dair eyn tyt met den broderen. De broder hatten eme leff und eerden em, und hopeden em daer toe te trecken, dat he alle tyt mit em gebleven hadde. Ende dar ontfenck hy waſſinge der kunſten, alſo dat ſich veel luit verwonderden ſyner wysheit. Dar nach ſchach dat den ſelven *Alcuinus* weder quam uyt *Engelant* in *Vrancryck*, und altehant vragede hy na de ſtate van Sinte *Ludger* und leven, ſo wort hem geſacht, dat hy geen gelycken en hadt in gantſen lande van *Vrancryck*, und des verwonderde he ſich utermaten zeher. Doe leet Coninck *Carel* to ſich halen *Alcuinum*, en ontfenck hem guetlich und eherlich, und behelt em by ſich en tzyt lanck, und fragede em van den rechten gelove, und van deineren de nutte mochten weſen kercken to regeren. Oeck was deſe *Alcuinus* een meſter und lerer Coninck *Carles*, und he lerete van hem alle die vrye kunſten und he brachte oeck dat *ſtudium* to *Paris*, dat de Romer hadden genomen van den Griecken, als dat geſchreven ſteit (1) in *Martinus* Chronycke van den Paus *Adrianus* den erſten. Deſe *Alcuinus* onder andere worden ſegede den Coninck *Carolo*, dat eyn jonck clerck were

(1) In exemplari Martini, quod in membrana habeo manuſcriptum, ad Ann. 793. *Hoc tempore floret Albinus, qui & Alcuinus, Karoli eruditor. Hic genere Anglus, clarus ingenio, in philoſophia excellentiſſimus, non tantum in ſcientia, ſed etiam morum boneſtate praclarus, & ab ipſo Karolus didicit omnes liberales artes, qui & ſtudium de urbe Pariſius tranſtulit, quod de Græcia illuc tranſlatum fuerat.* Idem habet ad d. Ann. Chronicon Brunſvicenſe apud Mader. *p.* 162. De ſtudio Pariſienſi dixi quædam ad Anonym. Brabant. *p.* 14. *& ſeq.*

Digitized by Google

were in ſyn Rycke, de loflich were in heylicheyt ſines levens ende in kunſten geheten *Ludgerus*. Doe leth Coninck *Carolus* em uyt den kloeſter (1) *Beverer* halen, und ſatte em vor eyn Overſten in eyner verſamelinge der Canonicken, und de regerde he te male lofflick. Daer na als *Saſſenlandt* altemale overwonnen was, to dem gelove gekert und gedopt, ſatte Coninck *Carel* Sinte *Ludger* neder weltert in *Saſſenlant*, to den erſten Biſſchop in eyner Steden geheten *Minygardevorden*, dar wer hy twelf jaer ſonder Biſſchops wiinge. Daer nah wert hy van † *Wilbrando* Ertsbiſſchop tzo *Collen* to Biſſcope gewihet, und onder andere goede wercken ſo bouwede hy (2) *Weerden* van ſynen vaderlycken erve, und he breydede den Chriſtenen gelove ſeer, und predickede dem erſt den Vrieſen, welcke hy bekeerde. De Almechtige Godt hevet vele teeckenen und dogede overmits em gedaen, in ſynen leven, und oeck na in ſynen

† *Hilbrando.*

(1) Supra eſt *Bevener*. In Teutonic. *Bevere*. Sed locus eſt corruptus. Hiſtoria ita ſe habet. Totum ſeptennium cum egiſſet in Friſia, præſertim Ultrajecti apud S. Albricum; ubi vita conceſſit is, Romam dein adiit, Roma autem Beneventum, ut ibi in monaſterio ordinis S. Benedicti ordinis inſtituta & diſciplinam addiſceret. Et hinc eſt, quod Carolus edoctus ab Alcuino mores viri & pietatem ad ſe accerſitum Canonicorum primum Regularium collegio præfecit, & mox Saxonia jam ſubacta eccleſiæ Mimigardevordenſi primum Antiſtitem. Vita S. Ludgeri *cap.* 14. *Exiens autem de Roma Beneventum petiit &c.* & mox *cap.* 15. *Duorum*, inquit Imperator, *monaſteriorum optionem tibi concedo. Unius majoris, in quo virginum multitudo conſiſtit, alterius minoris, quod virorum eſt, ſub Canonica regula domino famulantium. At ille Imperiali largitati agens gratias dixit virorum monaſterium convenientius ſibi poſſe committi. Dedit ergo ei monaſterium in pago Bragbante, quod Lotuſa nominatur, cum omnibus ad ipſum pertinentibus.* Chronic. Oſnaburgenſ. apud Meibom p: 198. *Karolus etiam in honorem omnipotentis Dei &c. fundavit eccleſiam cathedralem in loco, qui ex tunc Mimigevord, nunc vero Monaſterium, ſive Monaſterienſis vocatur eccleſia, ubi S. Ludgerum Friſonem, nobilem genere, vita, ſanctitate, moribus, & ſcientia decoratum, præfecit eccleſiæ, atque inveſtivit.*

(2) Juxta fluvium Ruram. Vita. S. Ludgeri *lib.* 1. *cap.* 29. Ditmarus vocat *Wirthum d lib.* 4. *& lib.* 7. *hiſt. p.* 414. *Imperator &c. Pentecoſten in Wirthum, quam primus ſanctus Domini ſacerdos Luidgerus ſuis extruxit impenſis, venerabiliter celebravit.*

Digitized by Google

ſynen doide, als dat gevonden wert in vele boecken, de van em geſchreven. Sint *Ludger* was oock boven maten in der heliger ſchrift geleret. He en verſumede oeck niet, hy laſe ſynen jungeren alle dagen wat hy in den boecken vant, dat wiſtede hy to bewaren und to leren. Ock hoede he ſich, dat he den name Goddes nicht onnutlicke to ſich en name, und na de lere des Apoſtels Pauli, ſo begerde hy allen dinck metelick te doen. Monicke kovelen und kappen en droich he nicht, want he en hadde der monicke regel geen gehoirſam gedaen, mer ein hayren kleit, dat hy behuyden mochte, dat droech hy neſt de huyt ofte ſyn velle bis an ſyn doot, vleis te eten en verſmaden he by wylen niet. Syne jungeren en ſagen noit, dat he verſadigt were van eten of drinken. Und wanneer hy na ſyne gewoonte rycke oder arme luit to gaſte hadde, ſo ſtorten hy de ſpys des ewigen levens in horen hertzen, alſo dat ſe meer worden geſediget von geſtlicker ſpyſe dan van werlicker ſpyſe. Oeck was hy een vader der armen, und ſich ſelven een verſmader deſſes levens deſſer welt, und na des Apoſtels worden begerde he ſich to maecken, dat he alle man batede, war he conde. He begerde oek dat he mochte in Norwegen getogen hebben, om den Chriſten gelove te prediken, ſonder de Keiſer en wolde hem dat niet gunnen. Und ſent den mael dat he em alſo mannegerhande dogeden und leren en tekenen hadde gelavet, und den Almechtigen Godt ſynen milden wercken ewich loen wilde geven, ſo wert he mit cranckheit des lichaems bedrucket en luttich vor ſynen dode. Und hoewel hy in cranckheit was ſoe becommerde he ſich alle wege in ſynen monde mit helige wercken, als helige lectien te leſen, of t'ſamen te ſingen, of andere dingen geſtelick te doen, und dat mit grote yvericheyt, op dat he nimmer verſueckede, mer gebruycken mochte de ewige beſchouwinge. Und wattan he to male cranck was in den licham, nochtan mit eynen onvermoededen moede hielt he alle dage meſſe by me. Und op den Sondage, als hy op den nacht des Sondages verſcheyden ſoude van den lichame, recht of he al dem ſynen goeden nacht ſage, predekede hy al openbaer in twe kercken des ſmorgens vroe. Unte (1) tertietyt ſanck hy

(1) Vita S. Ludgeri *lib.* 1. *cap.* 34. *Mane primo in loco, qui dicitur*

Digitized by Google

hy ſynen leſten meſſe tot Belrebecke, und da wert hy ſo cranck. De toecomende nacht do gaff hy onſen Here Godt ſyne ſiele, daer ſyne jongeren by ſtunden. In der ſtonde als de ſiele van den lichame ſcheiden, do betonede ons Here een teeckene ſyner Godheit. Want *Gerfridus* een Prieſter, und oeck een neve Sint *Ludgers*, und oeck ſyn navolger in den Biſdom, diſſe was op den wege mit anderen broderen, und wolde to em komen, und do hy noch ein weinich weges hadde, do ſegen ſy * ein lecht recht als ein vuir hoiger opſtigen, und dat vuir verjagede al de duiſternis des nachts. Daer by verſtonden ſy ſyne verſcheidinge. Und do ſy quamen to *Belrebecke* to der ſtede, do vonden ſy em doit. Sy vraechden vlitlicke na de ſtonde des doits, und ſe vonden dat alſo, dat he was verſcheiden in den ſelven puncte, als em dat licht was geweſſen. Doe worden ſyne jungeren vort des indechtich, dat de Prieſter Goddes hadde geſacht in ſyn leven, dat ſyn lichaem to (1) *Weerden* ſolde worden begraven, dair he van ſyn vaderlicke erve ein Monicke cloeſter hadde getimmert, in der eren unſes Geſuntmachers, und der moder Goddes, und Apoſtel St. Peters, und al den volcke was dat to (2) wedderen, dat he aldaer begraven ſolde worden, ſoe wort dat geraeden, dat ſyn lichaem ſolde gefoert worden in dat *Munſter* to *Minegardevorden*, in onſer liever Vrouwen kercken, und lieten dat ſtaen onbegraven, beth alſo lange dat *Hildegrinus* de Biſſchop van (3) *Kattalangwede*, unde was Sent *Ludgers* broder und oeck was van em gelert, dat deſſe ſelve raet name van Keiſer *Carlo*, ſoe wort hy van den rade und gebod des Keiſers begraven to Werden in dat Oeſten buyten dem kercken, dat

* Vita S. Ludger. 1. *cap.* 35.

citur Coosfeld miſſam canente presbytero. Hora vero tertia in loco, qui Bilburbeki nominatur, ipſe per ſe ultima miſſarum ſolennia celebrans. Tertia hæc matutina, una ex horis Canonicis, non tertia à meridie, qua miſſa non dicitur.

(1) Chronic. Oſnaburg. apud Meibom. *p.* 98. *In Werdena monaſterio, ſed clauſtro, quod inter alia ſuæ pietatis opera de paterna ſua hereditate fundavit, honorifice eſt ſepultus.*

(2) *Tho wedderen*, i. e. diſplicuit. Vid. not. *ad Beningæ Chron. Friſ. Orient. lib.* 1. *c.* 109. ** *Nobis Analect. Tom. IV. p.* 127.

(3) Vita S. Ludgeri *lib.* 1. *cap.* 36. *uſque ad Hildegrimi præſentiam, qui Catbalaunenſis eccleſiæ antiſtes fuerat.*

Digitized by Google

dat hy alſo ſelven hadde geboden, want he en hadde dat noit willen toegeven, dat men eines menſchen licham in eyn wihede kercke ſolde begraven. Deſſen heiligen vader ſterf doemen ſchreeff (1) acht hondert und negen na Chriſtus gebort, op den ſevenden Calenden des Aprilis, und op den 30. dach nae ſyn doot, doe was ſyn lichaem wael ruyckende, und op der voernoemde ſtede begraven. Und voert van anderen dogeden, und ſynen heiligen leven, und van mirakelen ende teeckenen, de ons Here Godt overmits em in ſyn leven und nae ſynen doit heft gedaen, und noch huyden op deſſen dach overmits ſynen verdienſten noch veel wercket, dat waer al to lanck to ſpreken, oock en is'et in den boecken nicht beſchreven, doch in menigen enden, daer ſe geſchien ſynt, da vint men ſe beſchreven und oock gewerckt.

GERFRIDUS SECUNDUS EPISCOPUS.

Gerfridus was een (2) neve Sent *Ludger*, und was ſynen navolger in dem heligen kercken. Het oock in menigerhande tekenen und deugeden gelevet, die hier oick niet inne beſchreven ſtaen. Maer to *Weerden* und in anderen Steden, daerſe geſchiet ſyn, daer ſintſe oick beſchreven. Diſſen heiligen

(1) DCCC. VIII. ut Ditmarus vult *lib.* 4. *biſt. Ludgerus autem primus Mimigardevordenſis eccleſiæ paſtor à Carolo Cæſare effectus eſt, & optime ordinata ſuimet parochia in loco Wirdunum ex propriis conſtructo impenſis anno Domini* DCCC. VIII. *præmium cæleſte recepit.* A Carolo Cæſare in Saxonia fundati octo Epiſcopatus. Octavus Monaſterienſis. Vetus collectio de fundatione quarundam Saxoniæ eccleſiarum apud Leibnitium: *Anno Domini* DCC. LXXXIV. *octavum Epiſcopatum fundavit in Mimiſgafford, quod eſt Monaſterium Weſtfaliæ, paci & quieti gentis Chriſticolæ, quam in terras illas duxerat, ſatagens providere in honorem S. Pauli Apoſtoli.*

(2) Chronic. Oſnaburgenſ. apud Meibom. *to.* 2. *p.* 199. *Iſtis temporibus fuit Gerfridus, nepos S. Ludgeri, Epiſcopus ſecundus Monaſterienſis, ſepultus in Werdena, ubi habentur illa metra.*

Iſti Gerfridum ſedi gerit ordo ſecundum:
Moribus atque fide imitaris avum Gerefride.

Inter hunc & Frithuardum facta quædam permutatio, cujus meminit vetus charta in Chartulario Werthinenſi apud Leibnit. 25.

Digitized by Google

ligen vader na dat em Godt eyſchede, ſoe liet hy ſich te *Weerde* oick begraven.

Alfridus Tertius Episcopus.

Alfridus de was utermaten innich, oetmoedich, ind hillich ſunder he en is nicht † verheiven. By deſſen tyden was in des Keyſers pallays einen to male geleerden man, welcke heeten *Wilhelmus*, und was des Keyſers ſchathoeder. Deſſe *Wilhelmus* vel in Juddenſchap, und in den tyden was oeck een altegroet tweedracht onder den Chriſtenen, und den Judden, van den heiligen Sacrament, und van der helige driefoldicheyt. So geſchach dat *Alfridus* gaf eerſt dat heilige Sacrament deſſe *Wilhelmus* dochter, de van twelf jaren alt was, op datſe in den rechten gelove bleve. Und hieromme (1) ſo ſchreef *Wilhelmus* Heren *Alfrido*, dat des dagelicx brodts alſo vele de ſiele voede, als het den lichaem voeden mochte. Und dat was alſo waer, dat hy van der Drievuldigheyt predikede, als ſyn dochter van den dele brodes, ſonder ſpyſe of dranck, drey jaer leven mochte. Soe hoert nu een wonderlick dinck. De Junfer

† elatus, arrogans.

(1) Clarius rem enarrat Chronic. Oſnaburg. *d. loc. Item puella quædam duodecim annorum, filia cujuſdam Wilhelmi, literatiſſimi Pallatii Cancellarii, lapſi in Judaiſmum, quamplurimos ad ejus ſuggeſtionem in Judaiſmum traxit. Eadem puella poſt ſacram communionem ſex menſibus in pane & aqua jejunavit, deinde per triennium omnino abſtinuit. Quia cum Alfridus tertius Epiſcopus Monaſterienſis, vir devotus, & magnæ humilitatis & ſanctitatis, ut ex operibus ejus cognoſci poteſt, prædictæ filiæ Wilhelmi Cancellarii venerabile Sacramentum dedit, hic Epiſcopo Alfrido ſcripſit, quod illa particula panis, quam filiæ ſuæ dediſſet, tantum poſſet paſcere animam, quantum poſſet paſcere corpus, & tam verum eſſet, quod de S. Trinitate prædicatur, ſicut filia ſua ex iſta particula panis abſque alio cibo & potu per triennium poſſet ſuſtentari. Ita mira res ſupra enarrata evenit. Ipſe tamen Wilhelmus per triennium in perfidia ſua ſordens, quibus elapſis fidem Catholicam aſſumpſit, & S. Trinitatem venerabatur, & quam primum filiam ſuam per manum arripuit, in momento quaſi à ſomno animam Deo reddidit. De iſto Epiſcopo Alfrido Monaſterienſi habentur hæc metra.*

Tertius Alfridus ſedit probitate verendus,
Tertius Alfridus fulſit clero quaſi ſidus.

Digitized by Google

fer ſyn dochter levede drey jaer ſonder ſpyſe etent unde drinckens, und om des groſſen tekens wille bekeerden ſich al te veel Kriſten luyden uyt de Juddenſchap tot den rechten gelove, aber *Wilhelmus* de bleef noch de drey jaer in ſyner boosheit. Und do de umme quamen do bekeerde he ſich wedder Und do gaff de Junffer ſyn dochter eren geiſt oprecht offe ſliepe. Al te veel ander teeckenen het onſe Heere Godt overmits (1) *Alfridus* gedaen.

LUBBERTUS IV. EPISCOPUS.

Lubbertus was oeck te male innich und oetmoedich ſonder he vorfremede *Weerden* van den Stift *Minnegardevorden*. Daer na en dede hy ſyn leven nicht.

BERTOLDUS V. EPISCOPUS.

Bertoldus was een navolger *Lubberti* voerſz. By deſſen ſyn tyden was een pyne der tungen over al de werlt, de noyt te voren gehoert en was. Und die luyden, und die beeſten ſtorven daer gemeynlick an. Und van heitinge und gebiedinge deſſes vurſz *Bertoldus* deden de luyden al te grooten penitentie, und volbrachten veel goede wercken, und makeden proceſſien, und daer dreven ſy dat quaet met wech, de deſſe pyne hadde. De luyden und oock de beeſten vaſteden in den derden dach, und riepen in den himmel, und to hant ſo verginck deſſe plage. Als dat geruchte quam in andere landen, daer dede dat volk ock alſo und deden penitentie, und de plage ginck daer oeck wech.

WILHELMUS VI. EPISCOPUS.

Wilhelmus de was een (2) kerckheer to Kotzenhuſen, und to em quam de Keyſer *Ludovicus* de erſte, als in Martinus Chro-

(1) Meminit emtionis prædiorum ab Altfrido contractæ Ann. 848. charta apud Leibnitium in Chartulario *Wertbinenſi* 41. cujus initium. *In Chriſto Patri Altfrido gratia Dei Epiſcopo, emptori &c.*

(2) *Kerckheer* perſona eſt. Perſona eſt Rector eccleſiæ, ad quem ſpec-

Digitized by Google

Chronycke ſteyt, do hy een herte jagede, und alleyne benachtede. Und deſſe Kercheer vorſz ontfenck em gutlycke, und en woſt niet dat'et de Keyſer was. Und de Keyſer merckede ſyn goet leven, und ſachte em des morgens, dat hy de Keyſer were, und begerde he wat van em, dat hy dat ſeide. Do antworden he, dat he niet en begeerden dan enen rieme van des hertzen huyt dat gefangen werde. Daer na als *Bertoldus* doit were, liet de Keyſer den kerckher to ſich halen, ende ontfenck hem gutlick, und ſachte em, dat dat hertze gefangen were, und dat hy em enen rieme van den beſten geven wolde, und bevoel em dat Biſdom, wattan eht ** weder ſynen wille was. Als de Keyſer ſorch hadde, dat he ſolde wech vleen, do bedwanck he em mit harden worden te volbairden, onder den Paus *Clement*, den erſten. Do ſchein hy to hantes in groter oetmoedicheyt, und hillicheit. Und do hy mit den broderen tweedracht hadde, do ſande em de Keyſer te Romen mit Keyſerlicke breven, to den Pauſe *Paſcalis* den erſte. Den Paus ſande em vermiddes den Keyſer duirbaer heylichdom, dat de Paus *Sacharias Pippino* hadde gegeven, de was Coninck *Carolus* vader, do hy em verloſten van den *Lombarden*, de em belegert hadden, ſo dat openbar ſteit in *Martinianes* Chronyck under Keyſer *Conſtantinus* de vyfde, und onder Paus *Gregorius* de derde. Und dat hillichdom had Coning *Carel* Sint *Ludger* gegheven, und togetekent, do he noch levede. Und he bracht ock van *Romen* veel duirbare edle ſtenen, und helichdomes, dat Paus *Adrianus* de erſte *Carolo* Coninck hadde gegeven. Do deſe voerſz *Wilhelmus* van den Paus de ſegeninge hadde entfangen, und van em verlof hadde, do wanderde hy ewech. Als hy op den ſneeberch quam, do viel dat dier, welcke het helichdom droech van enen gryſlicken hogen ſteynrutſchen nedder, ſo dat he geen hoep meer en had, om den dier wedder te krygen, want to dem gronde, daer dat dier dorch gefallen was, daer en konde men ghenen wech vinden. Und ſo beval *Wilhelmus* dat

** Weder, tegen. Vide ſupra pag. 7. in Notis.

ſpectat ex oblationibus emolumentum pro parte, *cap.* 3. *ext de eccleſ. ædif. cap. ult.* x. *ut lit. pend.* Fr. de Roye *proleg. ad. tit. de jur. patr. cap.* 37.

Digitized by Google

dat helichdom, und dat dier den Almechtigen Godt. Und als hy in de herberge beneden den ſnebergh quam, und de ſonne onderginck, do quam van de voerſinnicheit Gods dat dier mit den helichdom al geſunt to der ſelvige herberge. Ende he danckede des den Almechtigen Godt, und wanderde des morgens vort met groete fruechde. Als he te *Worms* quam, do was in der nacht de gantſche Stadt mit een blixemſlage ontfenget, und als doen dat vuer quam in de herberge, daer de frunt Gods in was, ende hy dat helichdom den vuere tegen helt, ſo quam daer over al enen nevel. Doen hy te *Aquen* quam, unde ſachte, woe dat het em op den wege gegaen hadde, und oeck dat vor den Keyſer ſachte, do lovede de Keyſer des Gode, und behold des helichdoms veel, ende dat ander liet hy den menſche Godts, die te Munſter ſyn gewihet in ſyner kercken. Ende als hy alſo wedder quam van Romen to ſyner kercken, do dachte hy de worden van Sinte *Clemente*, daer em de Keiſer mede beſworen hadde, als hy van em eynen Biſſchop maeckede. Und do bouwede hy St. *Clemente* een Capelle, welcke nu ter tyt heit unſer liever Vrouwen Capelle, daer hy und ſyn nacomelingen nach em ſint begraven.

RICHARDUS VII. EPISCOPUS.

Richardus was van des Koninges geſlechte van Engelant, und van Ibernien. By deſſelfs tyden wonnen de van *Meynbovell* de Stadt, und maeckeden van den kercken een ſtal, mer van den wille Godes ſo dochte eynen erlichen woe he nyn hoevet hadde boven den anderen. Und hierom togen ſy to hantes weder ewech mit een ſilveren vat vol helichdoms, dat *Wilhelmus* ſyn voorganger van Romen hadde gebracht, dat em de Keyſer hadde gegeven. Dat namen ſy met ſich, und beroveden daer mede de helige kercke. Ock by deſſes *Richardus* tyden quam eyne groete floet ſnellicke uyt der aerden, over dat gantſe ertrycke, und de vloet verſtoerde al te ſeer de Stadt, und daer van bleven lange vele beecken, und voir de in de Stadt. Und in dechteniſſe deſſes, ſo ſatte hy luyden, de in den winter in ſynen gengen und wegen, und ſynen

Digitized by Google

nen navolgere, dat ys ſolden to breecken, und de luyden ſolden ewelicke heten *Iſſlegere*. Und onſe Here Godt hevet omme ſynes verdienſt al te veel anders quaden und ſchadens geloſſet.

Reinoldus viii. Episcopus.

By deſſes tyden was de meeſte ſmacht und honger over der gantſen werlt, und daer wert geſien een Comete, de leyt als ene ſterne mit eyn ſterte, de was te male groet und lanck, und was by Keyſer *Carles* tyden des derden. Deſſe ſelve *Reinoldus* gaf den bruderen 48. pont gelts, dat men daer mede kofte den (1) bruderen herves fleis, unde geve em dat in den (2) Reventer. Und he hevet oock al te veel meer gudes den bruderen gedaen, und oeck andere arme luyt.

Willibaldus iv. Episcopus.

By deſſes tyden was een al te groeten ſterft over de gantze werlt, und daer ſterf hy inne. Und by ſynen tyt des levens dede hy den broderen veel godes, und der kercken. Und he es begraven in St. Clemens Capel.

Dodo x. Episcopus.

Deſſe brachte de broderen uyt der olden kercken mit ehren zierheit, und mit ehren boecken in dem anderen kercken mit al te groeten arbeyt, und der worden er vele gemiſt, en worden al wedder gevonden. By deſſes tyden was (3) ein ertbevinge.

Sue-

(1) Canonicis ſcilicet, qui fratres etiam paſſim. Vid. *infr. in Otton.* 26. *Epiſc.*

(2) *Reventer* locus prandii ſeu cœnæ. Latine eſt *Refectorium.*

(3) Meminit etiam Uſſingus ſcriptor vitæ S. Idæ apud Leibnit. *lib.* 2. *cap.* 6. Obiit circa Ann. dcccccxci. Ad quem ita Ditmarus Merſpurgenſis Epiſcopus, qui æqualis eorum temporum, *lib.* 4. *hiſt. Et poſt-hæc Ecbertus Trevirenſis Archiepiſcopus, cujus ſucceſſor Luidulfus fuit, & Dedo Mirgimandenſis, poſt quem Suitgerus ordinatus*

Digitized by Google

SUEDERUS XI.

Deſſe wert hellich geholden, maer he en is niet verheven. Deſſe was eerſt een broder in der olden kercken, unde moyede ſich daeromme, dat ſy weren gebracht in een ander kercke. Deſſe ſelve *Suederus* hadde vele goedes. (1) Und deſe

tus eſt, Erp quoque Ferdenſis, cui Bernhardus, tunc ibi præpoſitus, ſupponitur, obiere. Suitgeri autem latius idem Dithmarus meminit *lib. 8. hiſtor. in fin.* Locum, quia inſignis eſt, & illuſtrat multum hanc hiſtoriam, nam & meminit Thiedrici, qui Suitgero ſucceſſit, exſcribam hic integrum: *Suitgerus autem almæ Mirmingerodenſis eccleſiæ Antiſtes egregius in ſua curte à quadam tyrone ingenuo appetitur, & villici ſuimet cruore coram ſe occiſi maculatur. Quid tales perſonæ unquam promeruere? Sed quia in ſuperioribus de Suitgero Præſule nil ſum, id peſte letbargica impediente, loquutus, nunc hoc emendare congruum eſt. Hic Saxonia genitus, & in Halberſtidi ac in Magdaburg à puero educatus, à tertio Ottone civitati prædictæ præpoſitus eſt, quam cum omni diligentia rexiſſet, divino munere fultus, pollebat diverſis virtutibus. E quibus duas tantum res profero, quas teſtimoniis veracibus approbare valeo. Camerarius ſuimet cum pileum quendam furtive ſubtractum celare voluiſſet, diligenterque à pio ſeniore rogatus nil profiteretur, cultellum ſuper menſa poſitum, & ex animo benedictum ſumere conatus, quaſi ignitum celeriter projecit, reumque ſe nimis eſſe coram profitetur. Alio tempore quidam maligno arreptus ſpiritu vi magna captus eſt, & in præſentia patris adducitur. Quem ſalvi protinus jubens, baculoque ſolum ſe acriter irrumpentem viriliter amovens, facto ſanctæ crucis ſigno, divina poteſtate ſecurum exire fecit. Talis vir hæc non ſibi, ſed illi, qui per eum tantum operatus eſt, adſcribens vixit in Chriſto: dies huic vitæ conceſſos miniſtrans illi fidelis ſervus omni ſtudio. Sedebat ille* XVI. *annos, magna ſemper, quæ virtutem omnigenam perfecit, infirmitate gravatus, & tunc obiit, in quo ægruit,* XIII. *Cal. Decembr. Henrico Imperatore noſtro tunc regnante* X. *annos. Hujus ſucceſſor Thiedricus materteræ meimet filius, magnum dedecus ab Henrico Hermanni Comitis filio, &c. perpeſſus eſt.*

(1) Idem habet Chronic. Oſnaburgenſ. apud Meibomium, ex quo locus hic illuſtratur: *Circa hæc tempora fuit apud eccleſiam Monaſterienſem quidam vitæ commendabilis venerabilis pater Sueaerus, Epiſcopus ibidem, qui per Imperatricem & ſuos æmulos apud Imperatorem accuſatus citatus comparuit, & in via circa Wormatiam par turturum in campo Vangionum reperit, quod adjurans in nomine Domini ſecum volare præcepit, & in præſentia Imperatoris & Imperatricis, & ſuorum* æmu-

Digitized by Google

deſe was van ſynen hettenſche broderen vor den Keyſer beropet van vele laſteren, und he was vor den Keyſer gelaiden, und als he ſich op den wech gaff na den Keyſer te compareren, doe vant he in den wege in ſyn wanderinge twe torteltuven. De geboet hi in den name onſes Heren, datie by em bleven, und volgeden em in de lucht, dat de luyden altemael ſagen. Als hy nu vor den Keyſer quam und Keyſerinne, mit andere vele worden, de daer verhandelt und geopent worden, ſo gaf he de Keyſerinne deſe twe torteltuven vor eyne gave, und ſachte eur alſo: So als deſe twe vogelen ſyn ſonder galle, alſo ben ich och onſculdich van allen ſaecken, dar ich mede vor juw beſchuldicht ben. Als dat de Keyſer und Keyſerinne hoerden und ſegen, doe ſtonden ſy beide op, und veilen em te voeten, und beiden otmoedelycken van em genade, und ſyn beroppers gingen van daer ewech geſchendet. De voerſz duven warden ſe te mael flittelycken. Daer na eyſchede de Almechtige Godt deſen innigen Vader. Als he doit was worden hy begraven in de olde kercke, daer hy erſten een broder was.

THEODORICUS I. XII. EPISCOPUS.

SEGEFRIDUS patrem habuit Comitem, fratrum Epiſcopum Mersburgenſem, ipſe ex religioſo Corbejenſi creatus eſt Abbas ad S. Joannem Magdeburgi, unde ab Henrico Imper. promotus eſt ad faſtigium eccleſiæ Monaſterienſis. Superſunt liberalitatis ejus in domum hoſpitalem inter pontes indicia. Circa annum 1022. etiam ſubtiliſſimam altari ſindonem, & auro gemmiſque interlucentia aulæa donavit, quæ omnia ipſe ſuis manibus perfecerat. Item aram è vitro aut quod veriſimilius cryſtallo affabre ingenioſeque effictam una cum ſuperioribus B. Paulo dicavit, monumentum perpetuum, ſi per Anabaptiſtas licuiſſet. Eccleſiaſticorum quoque reditus præbendaſque munifice ampliavit. XIII. Imperante Henric. II. Ann. Chr. 1006. Crantz. *lib.* 4. *metrop. c.* 6.

HERMANNUS. Civitas ut bipartita ita & binominis erat. Pars tranſaquaria vetuſtior ab aquæ trajectu Mimegardefurd, altera Monaſterium dicebatur à monaſterio ſub Canonica regula viventium. Creverat hæc poſterior non parum ad hunc uſque diem, ex ea parte, qua Divi Pauli collegium eſt, novis inibi parochiis excitatis, jamque ſuperabat tranſaquariam parochiam, ſive *Mimigardefordam*. Itaque placuit deinceps Imperatori ceteriſque Principibus applaudentibus & urbem à majore jam parte dici *Monaſterium*, & ejus Epiſcopum ſcribi *Monaſterienſem*. Exædificavit hic Epiſcopus templum monaſteriumque virginum trans aquas, idemque præſente Imperatore Henrico III. cum ſuis Principibus ipſe una cum XII. Epiſcopis conſecravit eximiis auctum immunitatibus privilegiiſque. Sepultus eſt trans aquas in D. Virginis templo. XIV. Crantz. *d. lib.* 4. *cap.* 14.

Ro-

Gaudet Suederi meritis devotio cleri
Regnas in cœlis Paſtor Suedere fidelis.

Eſt & aliud ejuſmodi:

Omni pollebat virtute boniſque virebat
Sanctus Suederus in mundo providus herus.
Præmia virtutis tenet hic modo Regna ſalutis.

Digitized by Google

XV. Crantz. lib. 4. cap. 24. ROBERTUS dedit D. Paulo duos pagos *Retoen* & *Hiddinckſell*, & ſe totum ad mores conformandos docendoſque ſubditos convertit.

XVI. Crantz. lib. 7. cap. 8. FREDERICUS Marchionis Miſnenſis germanus frater totum in eccleſiam patrimonium transfudit. Templum S. Mauritii extra muros urbis ædificavit, fratribus implevit, eiſque ſtipendia procuravit. Conſueverat in feſto *S. Johannis* Evangeliſtæ in ſeptimana Sancta pauperes menſe excipere, iiſque ſervire, abeunteſque pecuniario munere ornare. Tandem in æde S. Mauritii ſepultus eſt Ann. 1088.

XVII. Crantz. lib. 5. c. 19. ERPO nepos Friderici. Hic Mariæ templum ante annos XXX. una cum cæteris concrematum poſitis altaribus ornat. *Quæ propria fervens conſecrat ipſe manu.* Cum Bulionenſem Ducem in Sarracenos arma movere audiret ad eandem alacer militiam advolavit, expugnata Antiochia aliiſque locis, & recuperato ſepulchro Chriſti ab exercitu Chriſtiano exſpectatus ſuis magno rediit cum triumpho. Sepultus eſt ad S. Mauritium.

XVIII. Crantz. lib. 6. c. 9. THEODORICUS à Winſenberg vel Wintzenborg. Hunc quod S. P. E. M. omneſque unanimiter miniſteriales ſeu nobiles averſarentur, nec eum Præſulem agnoſcere vellent, Lotharius Saxoniæ Dux Comiteſque Wintzenbergenſes vi civitatem ſunt Ann. 1097. VII. Maji aggreſſi, emiſſiſque jaculis ignitis fere totam concremarunt. Abſumptum eſt incendio auguſtum D. Pauli templum, aliaque omnia fana, uno D. *Clementis* ſacello ſingulari Dei providentia intacto. Mutata deinde ira in miſericordiam reſtaurare bonam urbis partem cœpit, atque adeo uſque ad finem vitæ reparationi ſtructurarum & reformationi morum inſtitit. Eo tempore *Cappenburgenſis* Comes *Godefridus* B. *Norberti* Præmonſtratenſium fundatoris diſciplinam regulamque ſecutus arcem in monaſterium convertit, ſeque una cum fratre in eodem Deo conſecravit. Sex ſuis ex bonis monaſteria, tria virorum, totidem virginum Sanctus hic Comes excitavit. De hoc Surius.

XIX. Crantz. lib. 5. cap. 33. BURCHARDUS ab Holthe ad Eccleſiæ gubernacula admotus primum animum adjecit ad reſtauranda templa, tum ad urbem firmandam contra vim vicinorum Comitum à *Teckenburgh* & *Arnsberch*, qui eum nobilibus à *Meinbovel* evertendæ urbis rationes & occaſiones obſervabant. Campum dominicum muro ſatis alto cinxit, impoſuitque ejus portæ ad orientem ſacellum S. *Mi-*

Digitized by Google

S. Michaelis, ad occiduam plagam urbis D. *Gregorii* ædiculam excitavit, (1) *Dulmaniam* extruxit.

XX. Imperante Lothario Saxone Ann. Chr. 1126. Crantz. *metrop. lib. 6. cap. 32.*

EGBERTUS reparat cœnobium D. Virginis, è quo cum per flammam in obvia quæque desævientem moniales ejectæ fuissent, ab hoc primum Antistite sunt revocatæ, gravi in eas, quæ emanerent, anathemate conjecto. Deinde habitum reclamantibus mutavit, easque recluſit. Extendit idem auxiliatrices manus ad cæteras Deo consecratas domos, easque & plumbo contexit, & vitris munivit, perpetuis ad idem perennandum reditibus assignatis. Consecravit anno 1130. templum Notiense.

XXI. Crantz. *lib. 6. cap. 45.*

WERNERUS, quia religiosam vitam amabat, pene domesticus erat *Cappenbergensium* monachorum. Profectus est ab hujus liberalitate culullus Paulinus olim communionis & amoris fraterni indicium, cum ex eo circumlato pridie natalis Christi biberent universi, nunc justis de causis alio conversus. Idem Wernensis & Alensis ecclesiarum aurum Cappenburgensibus demandavit. Sepultus in choro fratrum Cappenburgensium.

XXII. Crantzius vocat hunc *Henricum II. metrop. lib. 7. cap. 8.*

FRIDERICUS ad D. Pauli ædem suscitandam vere heroicum attulit pectus, jamque ingentem lapidum cæterarumque rerum necessariarum vim undecunque comportarat, cum à Deo ad cœlestem patriam evocatur, alter David Salomoni alteri Paulinæum ædificandum relinquens. Habebat crucem ex argento conflatam, quæ multis reliquiis & miraculis clara supra chorum, prout volebat, fuit constituta. Sepultus est in sacello D. Petri.

XXIII. Imperante Frederico Barbaroſſa ann. Chr. 1159. Crantz. *lib. 7. c. 15.*

LUDOVICUS Tecklenburgiaco sanguine natus heros omnem Jurisdictionem & Advocatiam, ut loquuntur, Tecklenburgensium Comitum in Ecclesiam Monasterienſem diœcesimque è medio sustulit. Cum enim Othonem Comitem captivum lytro pro eo soluto redemisset, & simul hereditaria bona, quæ adhuc Otto ei debebat, remisisset, omnem ab illo in diœcesin potestatem merito recepit. Universa hæc una cum facultate nummorum cudendorum collegio B. Pauli dedit.

Ser-

(1) Qui verum id quod extruxit? Atqui urbs jam munita sub decessore ipsius Theodorico, ubi enim narrarunt Annal. Hildesheimenſ. apud Leibn. Liutgeri Ducis acta, addunt mox: *His actis Dulmone urbem munitam in deditionem accepit.*

Digitized by Google

Servitio Comitum Tecklenburg liber ab omni
Excuties poſthac jam grave, Paule, jugum.

XXIV. Crantz. *lib. 7. cap. 21.*

GODSCALCUS, patria Saxo, & parentibus ignobilis. *Sed virtute genus ſupplet & arte ſuum.* Movit ei bellum *Tecklenburgenſis* Comes adſcito ſibi ſocio Comite *Arnsbergenſi*, nobilibuſque à *Meinbovel*, ut quam vendiderat Ludovico Pontifici in diœceſin juriſdictionem ab hoc recuperaret. Sed ille primum eis anathemate occurrit, & ni ab injuſto bello abſiſtant ab Eccleſia ſegregat. Nihil eo perculſi hoſtes progrediuntur omnia late devaſtantes. *Godeſcalcus* cernens nihil arma (1) ſpiritualia prodeſſe, ſuæ diœceſeos nobilitatem fiduciarioſque clientes ad arma vocat. Sed ab iis & omni humano ſubſidio deſertus ad cœleſte auxilium profugit, B. *Paulum* Eccleſiæ Monaſterienſis patronum interpellat, ejus apud Deum interceſſione ditionem ſervaturus. Poſt hæc variis conſiliis & ſtratagematis cum parva militum manu ita occurrit hoſtibus, ut fractos victoſque ſuis finibus exturbaret, deinde in refractarios nobiles *Goſlariam* ad Imperatorem *Lotharium* citatos convictoſque proditionis animadvertit, in eorum loca aliis ſubſtitutis, quibuſdam etiam ſupplicio affectis.

XXV. Ann. Chr. 1162. Crantz. *metrop. 7. cap. 25.* Hic ultimus Epiſcopus ab Imperatore deſignatus.

HERMANNUS Comes in *Catzenellebogen* cum Imperatore Frederico ad Mediolani obſeſſionem profectus Anno 1162. præclaris ſuis auſis ſibi poſteritatique Principis in Imperio Romanorum nomen dignitatemque primus acquiſivit, Ravensbergenſi Comite devicto Bilderveldienſes obſedit, & jam victos, contentus quercuum capita in ſignum pœnæ ipſorum capitibus debitæ præcidiſſe, in gratiam recepit. Immenſa benignitate vulgo ſibi peperit nomen patris & liberalis. Nienburgum ædificavit. Divorum Ludgeri & Martini collegia erexit. Divo Paulo aliquot prædia areaſque emptas adjecit. Prochodochio ſive hoſpitali Domui B. Magdalenæ præter prædia quædam & aream inter pontes ejuſque ab oneribus civilibus immunitatem donavit anno 1186. urbem turribus & muro circumdedit, templi partem, quæ zephyrum ſpectat, reſtituit. Monaſ-

(1) *Cum Petri nihil efficiunt ad prælia claves,*
Auxilio Pauli forſitan enſis erit.

Digitized by Google

Monaſterium Campi S. Mariæ (*Marienfelt*) excoluit ac ditavit. Cumque jam annos xxx. cum laude præfuiſſet, ſatur gloriolæ iſtius momentaneæ, ad æternam animum appellens, pie obdormivit ſepultus in Marienfeldenſi monaſterio.

OTTHO *gerit mitram primus per vota creatus.*
Sanguine de Benthem vir generoſus erat.

XXVI. Impetrante Henrico VI. Crantz. *lib. 7. cap. 33.*

Cum enim circa hæc tempora Imperator Fridericus I. à Summo Pontifice in cauſa Eccleſiaſticarum dignitatum conferendarum diſcederet, collegium D. Pauli adito Cæſare, qui tum erat Tremoniæ, libertatem ſuffragiorum ab eo haud ægre impetravit. Cum Angliæ & Galliæ Regibus, cum fratre, aliiſque vicinis Epiſcopis contra Saracenos feliciter depugnavit, reverſus totum ſe ad pacem inter dictos duos maximos Chriſtiani orbis Rectores reconciliandam convertit. Obiit anno 1216. circa quod tempus ordo Teutonicorum exortus Chriſtianam religionem in Livoniam conterminaſque regiones invexit.

XXVII. (1) THEODORICUS ab Iſenburg dedit fratribus novem Eccleſias, à ſe quidem deinceps conferendas, ſed quæ cenſum ſolverent matrici & D. Pauli collegio. *Doctus, pacificus, munificuſque fuit.* Ipſo D. Mariæ Magdalenæ die ANNO 1225. primum in fundamento lapidem dejecit pro eo, quod etiamnum ſupereſt, ſummo templo ædificando, omni priore ſtructura diruta, quod opus tamen anno demum 36. poſt à *Gerardo* Epiſcopo eſt conſecratum. Obiit in exilio Epiſcopatu privatus à Summo Pontifice propter ſuſpicionem conſpirationis cum ſuo fratre contra (2) Colonienſem Archiepiſcopum *Engelbertum* crudeliter occiſum.

Lu-

(1) Ubbo Emm. *rer. Friſic. lib. 9. pr. p. 129. Theodoricus Monaſterienſis Epiſcopus, familiæ Iſenburgiæ, homo ambitioſus æque ac avarus, & pietatem ſuſque deque habens &c.* Crantz. *7. cap. 43. & lib. 8. cap. 6.*

(2) Ubbo Emm. *lib. 9. p. 133. Engelbertus Colonienſis præſul cum Moguntiam ad conventum Ordinum Imperii à Portuenſe legato Pontificio petitum iturus Suſatum iter haberet, in ſylva ab Epiſcopi hujus fratre immaniter occiſus eſt; ejuſque facinoris concepti conſcius, &*

 conſilii

Digitized by Google

XXVIII. Cranz. *lib.* 6. *cap.* 4.

LUDOLPHUS ab Holthe etsi nobilis duntaxat esset, & ab aliis imaginum multitudine superaretur, tamen cum aliis Romani Imperii Principibus Comites *Tecklenburgensem* & *Swaneburgensem*, ab Imper. propter interemptum *Engelbertum* Colonienſem Electum proscriptos, ferro flammisque persecutus est ac devicit. Post à familia *Meinhovell*, auxilio Comitum *Geldriæ* ac *Flandriæ* stipata, hostilibus armis oppugnatus, cum non posset copias conscribere viribus aut numero hostibus pares, quod deerat humani præsidii in Deum fiducia supplebat. Ut igitur descendit cum paucis contra multos in arenam, ingenti strage edita, non sine admirabili Dei adminiculo, & equitis ignoti prima in acie adversas partes terrentis, hostem in pedes conjecit, capto *Geldriæ* Comite, & omnibus filiis viduæ *Meinhovels*, cum multis nobilibus. Ipsa vidua totius mali causa propter vaccam ipsi per Episcopi milites ablatam, & exilio, in quod eam relegarat fracta, & calamitatum, quas perceperat, magnitudine perculsa tandem omnia sua bona Ecclesiæ & ditioni Monasterienſi in damni compensationem assignavit. Idem

Woltbecam primus locupletem construit arcem
Oppidulumque locat commoda multa ferens.

XXIX. (1) OTTHO *Lippiaci generosus sanguinis heres,*
Munificus Vechtam comparat ære suo.

Præfuit annos XII. Obiit Anno 1256. (2)

WIL-

consilii Dux habitus est ipse Episcopus, ut & frater præsul Osnabargensis. Quam ob causam Rei ambo facti, die Leodii dicta in maximo præsulum & antistitum cœtu, quem hujus rei gratia Portuensis istuc convocaverat, cum inchoatæ actioni se subducerent, suspensi ab officio sunt judicio totius concilii, administratoresque diœceseon ipsis substituti: dein Romam profecti ad Pontificem, ab eo quoque sunt ordine moti. Quo dolore Monasterienſis contabescens, priusquam redimere gratiam Pontificis posset in reatu vitam finiit. Successit ei Ludolphus.

(1) Obiit secundum Emmium anno 1247. XXII. ab eo, quo Episcopatum inierat. *Ei*, inquit, *successit Otto II. è domo Lippiensi, nepos ex fratre Ottonis Ultrajectini ad Covordiam interempti.*

(2) Ubbo Emm. *lib.* II. *rer. Fris. pr. Mortuus Otto sine mera* succes-

Digitized by Google

WILHELMUS ab Holthe undecim millium virginum, & D. Gregorii martyris, & B. Vincentii martyris ſolemnitates cum devotione alibi uſitata ſua etiam in ditione præcepit ſervari. Commiſit parochiam D. Lamberti & Eccleſiam Billerbeccenſem ab Advocatiæ jugo prius à ſe ereptam collegio D. Pauli. De eo & hoc ſcriptum; XXX.

Fratribus ille ſui dedit ornamenta ſacelli,
Magnificas templi nobilis auxit opes.

GERHARDUS de Marka fundavit & ditavit collegium in Bechem, ut tam foveis ac vallis quam precibus bonorum contra fratrem arma Monaſterienſibus inferentem confidere videretur. Oppida *Bechem* & *Alen* ad hoſtem evertendum opportuna firmavit. Summum conſecravit templum aſſignatis annuis in feſto dedicationis decem marcis de gruta fratribus perſolvendis datiſque campanis duabus majoribus. Ordinavit & panes ſingulos albos præter nummos binos pro ſingulis ad ſynodum adventantibus. Franciſcanorum monaſterium inchoatum à ſe viris religioſis exornavit, adhæc *Fratribus Horſtmariam fœcundam contulit arcem.* Obiit anno 1277. Sepultus una cum tribus anteceſſoribus ante altare majus. XXXI. Imperante Rudolpho I. A. C. 1273. Crantz. *metrop. lib.* 8. *cap.* 55. Ubb. Emm. *lib.* 11. *p.* 172.

EBERHARDUS de Deeſt in electione Præpoſito B. Mauritii Wigboldo ab Holte, qui tamen paulo poſt Archiepiſcopus factus eſt Colonienſis, prælatus multa fortiter pro eccleſiæ juribus geſſit. Hic urbem Monaſterienſem exercitu collecto multorum Antiſtitum auxiliis opibuſque firmatam, & ex incendii veteris ruinis ad libertatem adſpirantem, ſibique in vectigal, *acciſam* vocant, in grutam, & tribunal aliquid juris attribuentem obſidione preſſit, ſed proditus pene derelictuſque à propriis conſiliariis, nobilibus paribus genere imperium non ferentibus, *dulcia tranquillæ fœdera pacis emit.* Obiit anno 1301. XXXII. Imperante Adolpho A. C. 1292. Crantz. *metrop. lib.* 9. *cap.* 26.

OTTO Ritbergenſis Comes ex Præpoſito Paderbornenſi fit Epiſcopus Monaſterienſis. Primis ſex annis ſane quam feliciter ditionem ſuam moderatus, domitor rebellantis nobilitatis, hoſtium- XXXIII. Imperante Alberto A. C. 1298.

ſucceſſorem accepit Guillelmum Ludolfi ex fratre nepotem. Is vixdum inſula accepta in Friſiam properavit: eoque coram dedicatum eſt fanum Werumanum, anno à quo conſtrui cœperat XXI. Vid. & Crantz. *lib.* 8. *cap.* 45.

Digitized by Google

Crantz. *lib.* 9. *cap.* 22.

hoſtiumque ſuæ eccleſiæ, Everhardi Marckenſis Comitis terror ac victor, expugnator *Bredevordiæ*, *Loen*, & *Hoveſtat*; uno verbo ſuæ diœceſis felix dilatator. Intercepit ſecundum hunc fortunæ curſum contentio exorta de collatione beneficii vacantis in majori eccleſia. Voluit id Epiſcopus conferri uni alicui è clero, contra Capitulares idem Proconſulis filio conferunt, hac eſca cives ad ſuas partes adverſus Epiſcopum pellecturi. Vicit æquitatem injuſtitia.

Inſons dejicitur digno ſpoliatus honore,
Atria Pontificis judiciumque ſubit.

Obſervatum eſt à nonnullis Deum in auctores & capita hujus adverſus Principem conſpirationis graviter deſæviſſe. Ad unum perierunt omnes, mortui in paupertate, inconfeſſi, ac diris à Papa devoti. Obiit Anno 1308. in die S. Galli.

XXXIV. Imperante Henrico VII. A. C. 1308. Crantz. *metrop. lib.* 9. *cap.* 22.

CONRADUS *de Monte pedum mitramque bicornem*
Exulis intruſus gaudet habere boni.
Multa patrat Præſul magna quæ laude vacabant,
Quæ per Pontifices irrita facta ruunt.

Eluxit ex eo divina vindicta, quod eodem anno, quo *Otho* Romæ abſolutus in itinere exſpiravit, *Conradus* pro Comite Marckenſi contra Pontificem Oſnabrugenſem Ludovicum infeliciter pugnavit. Eum *Clemens* V. Papa anathematis vinculo una cum adhærente clero innexuit, ſedeque Epicopali dejecit, ſubſtituto *Ludovico* Haſſiæ Principe, & Canonico Carnotenſi, reſciſſiſque omnibus, quæ ut populum ad ſuas partes traheret, ipſe cum Capitularibus contra & Eccleſiæ ſuæ & Pontificum & Imperatorum conſtitutiones geſſerat, non minus prodige quam improvide ob moleſtias inde ſucceſſoribus enatas.

XXXV. Hic electus à Papa Imperante Friderico III. A. C. 1314. Crantz. *metrop. lib.* 9. *cap.* 31.

LUDOVICUS Haſſus. Hunc poſteritas S. Reginæ Eliſabethæ proſeminavit, Papa in Epiſcopum elegit, Comes Cliviæ valido cum exercitu in diœceſin urbemque Monaſterienſem *Conrado* cum ſuis fugiente induxit. Hic in domeſtica familia clericos, non milites, inter primos habebat, æquus in judiciis, benignus

Digitized by Google

benignus in pauperes, ſeverus in rebelles & improbos, doctiſſimorum hominum coronis circumvallatus erat, ipſe ægris frequens adeſſe, de eorum miſeriis ipſe interrogare, ipſe eis omnia neceſſaria curare ſolebat. Comitem *Marckenſem* devicit, Steinfordenſem inſurgentem depreſſit, *Benthemenſem*, *Tecklenburgenſem*, *Ottenſteinenſem*, *Oldenburgenſem*, *Hojanum*, *Diepholtium* regulos obſtrepentes coercuit. Emit *Brevordiæ* dominium, cumque Comes *Gelriæ* numeroſum exercitum contra eum produceret, convolarunt enim ad hunc Comites Hollandiæ, Juliæ, Marckenſis, Flandriæ, Arteſiæ, Montium, vicinique una cum Leodienſis & Ultrajectini Epiſcopi militibus, ipſe coacto ex *Weſtfalis Haſſiſque* ſuis milite, numero longe inferiore, obviam eis contendit, plus auxilio fidens cœlesti quam humano. Vix aliquantiſper eſt pugnatum, cum in fugam hoſtes ſunt converſi, qui tamen *Brevordiam* occuparunt, quod *Monaſterienſes* victores hoſtem contemnerent, arcemque negligentius cuſtodirent. Pax inita eſt hac lege, ut Comes *Gelriæ* in arcem Brevordienſem teneret juriſdictionem, & Dominium in ſubjectam ei regionem Antiſtes Monaſterienſis. Idem Ann. 1311. locum ædificando templo & habitationi in montana platea Joannitis conceſſit. Obiit Anno 1357. regiminis ſui 49.

XXXVI. Imperante Ludovico Bavaro Ann. 1330. & Carolo IV. A C. 1350. Crantz. l. 9. cap. 45.

ADOLPHUS Comes de *Marcka*, Baccalaureus juris Canonici & Canonicus Colonienſis Monaſterii in Epiſcopum concordibus votis electus, confirmatuſque primis quatuor annis feliciter rem geſſit gratus ſuis tum ob recuperatum à ſuo fratre caſtrum *Poeſtler*, extructumque *Wingenothe*, tum ob inſoleſcentes in Epiſcopum nobiles compreſſos. Sed tribus poſterioribus annis fortuna reflante implicitus bellis vicinis non leve damnum Eccleſiæ ſuæ dedit donatis amicis adjutoribus militibus in ſtipendium variis literis ſigillatis. Demum ad Archiepiſcopatum Colonienſem à Pontifice tranſlatus eſt. Ann. 1363.

XXXVII. Crantz. d. loc.

JOHANNES Comes à Verneborg volebat reſtituere avitam pietatem, quæ ſub Adolpho per animorum diſſidia pene fuerat collapſa, ſed quia utile dulci miſcere non noſſet, illo quo præfuit anno plurimos à ſe alienavit,

Et circumventus ſcelerata fraude ſuorum
Exutuſque bonis pauperiem patitur.

Digitized by Google

Hinc Trajectenſem ſummam tranſlatus ad arcem
Poſt annos aliquot pauper inopſque perit.

XXXVIII. Cranz. *d. loc.* Imperante Carolo IV. ab Ann. 1330. uſque ad Ann. 1379. Emm. *hiſtor. Friſ. lib.* 15.

FLORENTIUS à *Wevelinchove* cernens totam diœceſin miſere afflictam ſuo ſe ſuſtentans juvanſque patrimonio primum obærata prudentiſſimus œconomus redemit, tum ut parſimonia magnum eſt vectigal, quinque prætoria, *Freyſtole*, & medietatem judicii in oppidum *Aſtinam* pretio itidem recepit, ad extremum monetam recudi juſſit, quod jam diu fuerat intermiſſum, Horſtmariæ, Cosfeldiæ, & Woltbecæ molas extruendas curavit, Dominii *Davensburg* quartam partem acquiſivit, ac *Stromberg* vi ereptum recuperavit, *Meppenam* civitatum numero & privilegiis adſcripſit. Poſt hæc anno XV. regiminis ſui ab Urbano VI. Summo Pontifice ad Ultrajectinam Sedem tranſlatus eſt, quam cum pace regere quam inter tot bellicos ſtrepitus ampliſſima etiam Regna tenere maluit. Obiit Ann. 1379.

XXXIX. Cranz. *lib.* 10. *cap.* 27.

POTHO de Potenſtein natione Bohemus, quem Imperator Carolus IV. Summo Pontifici commendavit. Monaſterienſes in homine peregrino reverebantur Apoſtolicam ſedem, à qua ſibi propoſitum libenter in oppida arceſque omnes invexerunt, ſed quod ignarus linguæ morumque de conſilio paucorum omnia gubernaret cæterorum offenſionem incurrit. Traductus eſt poſtea ad Suerinenſis Eccleſiæ gubernacula, Horſtmaria in manibus Comitum de Hoja relicta, aliiſque locis gravatis ære ſervitutibuſque.

XL. Imperante Wenceſlao A. C. 1378. Cranz. *lib.* 10. *cap.* 44.

HENRICUS Wulff olim Paſtor fuerat in Hertfelde ex qua dignitate conſcendit ad collegium Paulinum Monaſterienſe tanto cum prudentiæ morumque omnium comitate, ut Scholarcha primum, & non diu poſt. Ann. 1381. Epiſcopus crearetur. Sub hoc anno 1383. maximum incendium ſumpto exordio juxta D. Servatii ædem ante non conquievit, quam abſumpta B. Ludgeri turri & porta anteriori D. Egidii, aliiſque omnibus interjacentibus domibus ad Alpham, qua D. Georgii ædem alluit, pervenirer. Secuta deinde vehemens peſtis ultra quatuor hominum millia ſuſtulit. Indubitata hæc irati numinis indicia monebant omnes miſericordiam divinam eſſe implorandam. Ideo de ſententia Antiſtitis decernitur pia ad omnia templa ſupplicatio quotannis feria ſecunda ante natalem D. *Margretæ* inſtituenda. Ipſe primus in eam prodit una cum omnium Eccleſiaſti-

Digitized by Google

fiaſticorum cœtu, conſequuntur ordine Conſules Senatoreſque, it præ, poſtque multitudo, & in ea complures ſolo albo linteo contecti faciem, laternas manibus præferentes & pœnitentiam agentes. Ut ventum eſt ad D. Servatii ædem data congiaria ad unum omnibus, & magnis & parvis, tum ut ditiores invitaret ad comitandum, tum ut inopiam afflictorum ſublevaret. Singulari humanitate alienigenas excepit, defenditque, nomen cum illis ſuum alio tranſmiſſurus. In omnibus difficultatibus victor evaſit, ſed ** morbus, quam tympaniten vocant, victor ejus fuit Ann. 1392.

XLI. Crantz. *lib.* 10. *cap.* 49. Imperante Ruperto A. C. 1400. & Sigiſmundo A. C. 1410.

OTTHO à clariſſima Comitum ab Hoya ſtirpe deſcendens, quo quid fortius fortunatiuſve Eccleſia vidit? In Eccleſia Præſulem ſuis ſe ovibus, ac leonem hoſtibus in campo exhibuit. Compreſſit Novicaſtrenſes nobiles, arma Henrici a Kuneren evertit, (1) Cloppenburgh, Oyte, Ovelgunt cepit, obtinuit Ahuſiam, Bevergernam, (2) Ottenſteinium. Communiit Wernam, Vredenam, Horſtmariam, Vechtam, Meppenam, arcibus

(1) Tecklenburgiis Comitibus acie victis Cloppenburgam ademit, Henricum Comitem Solmenſem Ottenſteino, privavit, & ſic ex hoſtium bonis, arcibus, oppidis, prædam agens ditionis ſuæ Eccleſiaſticæ fines mirifice ampliavit. Reuſn. *in auctor. op. Geneal. p.* 106.

(1) Multi nominis olim arx hæc. Olim Comitis de Solms, quam gravi preſſam obſidione eripuit tandem ei Otto hic. Obſeſſa dicitur prope biennium, *byna zwei jaer*, ſupra in hujus vita. Imo octennium, ſi fides verſiculis, quos in ſchedis inventos, cum non de nihilo exiſtimaret, ſubmiſit vir doctus & admodum diligens antiquitatum indagator Bernhardus de l'Eſpierre Advocatus Daventrienſis. Verum recentiores ſunt, ut ſatis docet inſcriptio:

In octennale obſidium caſtri & oppidi Ottenſteini
Quo preſſa fuere ante annos 300. *ab Otbone*

de Hoja.

Arx, quam turritis ſurgentem ad ſydera murix
Suſtentat viridi Weſtfala terra ſinu,

** Hydropis genus. Adi Celſum, Lib. 3. Cap. 21.

Que

arcibus alicubi reparatis vel exſtructis. Plurima diverſis in locis caſtra, tribunalia, officiaque redemit, gravis ea ex cauſa ſubditis. *Hepatico tandem morbo conſumptus edaci* obiit *Bevergernæ* Ann. 1424. Epiſcopatus ſui 32. menſe ſexto. Corpus Monaſterii ſepultum eſt ante ſummum altare. Hujus tempore *Henricus Rhuſio* Vicarius ſummæ ædis adjunctis ſibi aliis viris bonis piiſque felix initium dedit domui fratrum *Fontis ſalientis*, in qua citra ullam alicujus ordinis, vel regulæ, vel votorum obligationem &c. ſub habitu ſeculari, bonis in commune collatis, ſub uno Patre ipſorum ſuffragiis eligendo rejiciendoque, ſi ita res poſtulet, Deo ſerviretur. Prima eorum habitatio fuit in platea *Honechamp*, inde ad pomœria urbis propius ſe tranſtulerunt, confirmati à Martino v. & Eugenio IV. Pontificibus.

HEN-

Quæque ſibi à priſco ductum fert nomen Otbone
Soli urbi cedit, Dardane magne, tuæ.
Hanc etenim per tota duo quinquennia cinctam
Armigera Danaum pube fuiſſe liquet,
Aſt Ottenſteinici caſtri duntaxat in annum
Octavum obſidio continuata fuit. & mox:
Suſtinuitque ingens duo per quadriennia bellum,
Nec tamen interea vi ſuperata fuit.
Sed tandem obſeſſos quia triſtis inedia preſſit,
Venit in boſtiles deditione manus.

De Marckenſibus ab eo fuſis Theod. Engelh. Chron. p. 291. *Tunc & Epiſcopus Monaſterienſis triumphavit contra Marckenſes. Verſus:*

In Domini mille quinis annis quatuor CCCC.
Traxerunt enſes Praxedis Dulmanienſes.
Marckenſes quærunt, ſed turpiter bi fugierunt.
Centum fugati ſunt ter quini galeati,
Et ſunt armati per inermes ſic ſuperati,
Sex quadragenos captant armis quaſi plenos,
Succumbunt moeſte, certant noſtrates boneſte.

Digitized by Google

HENRICUS de Morſa, frater Archiepiſcopi Colonienſis Theodorici, arcis Ranſdorff fundamenta jecit, extremam manum addidit *Strombergæ*, Joannem ab Hoja è carcere Oſnabrugenſi exemit. XLII. Imperante Alberto 1. A.C. 1428. Crantz. *lib.* 11. *cap.* 39.

Ceſpitat in ſylva ſonipes cum Principe, plagam
Lethalem patitur Præſulis inde latus.

Obiit anno 1450. Ahuſiæ, ſepultus Strombergæ, ubi collegium Canonicorum fuerat conſtituturus, pecuniis jam pro XII. ſepoſitis (1).

WALRAMUS à Morſa *Henrici* germanus frater Canonicorum ſuffragiis eligitur *Dulmaniæ* & à Romano Pontifice confirmatur, nunquam tamen univerſæ diœceſeos adminiſtrationem potuit obtinere. Id potiſſimum hujus dignitatis competitor *Ericus* ab *Hoya*, vel ejus potius nomine Joannes frater effecit. Immiſcuit ſe partibus Hoyanis per id temporis civitas Monaſterienſis, ſed non ſine clade ſuorum civium. Pugna commiſſa captus eſt Fredericus Dux *Luneburgenſis*, captus & Comes à Scouwenburg, cœſi cives Monaſterienſes 116. direpta caſtra totaque civitas completa luctu. Hæc eſt celebris illa ſtrages Varlenſis. Tenuit perniciociſſimum illud diſſidium bellumque annis ſeptem, uſque dum Walramus moritur Arnhemi anno 1457. XLIII. Imperante Frederico A.C. 1440. Crantz. *metrop. lib.* 10. *cap.* 40.

JOANNES Dux Bavariæ diu deſideratus inter octennales ferme turbas & flammas, quibus tota fere Weſtfalia eſt deformata, juſſu Pontificis mittitur. Hunc feſſi bellorum omnes aperiunt portas gratulanturque de tam inſperato pacis ſibi auctore miſſo. Hic cathedralis eccleſiæ Canonicos cum plebe reconciliat, equeſtrem ordinem in priſtinam apud populum gratiam reponit. Erici & *Joannis* ab *Hoya* deſideria tranquillat. Videruntque XLIV. Crantz. *d. loc.*

(1) De eo Ubbo Emm. *lib.* 20. *p.* 301. *Ottoni Hoyenſi extincto ſurrogatur magnæ virtutis princeps Henricus ex Comitibus Morſenſibus, qui ut pietatis non negligens ita tractandorum armorum inſigniter gnarus erat, multumque præterea auctoritatis ac roboris ex germano fratre Theodorico Colonienſi Archiepiſcopo trahebat.*

Digitized by Google

runt noſtri majores eum, poſtquam omnia pacarat, in ſumma æde Paulina medium inter triginta ignobiles juvenes viros non ſecus ac unum aliquem de plebe aſſiſtere, dignitateque ſacerdotali per quadragenarios jejuniorum dies augeri, palam ibidem à quatuor Epiſcopis in Præſulem inungi, & ſingulis hebdomadis ter quaterve minimum, poſtquam anno 1459. Deo ad *Fontem ſalientem* primitias obtulerat, ſacris operari. Tandem ad eccleſiam Magdeburgenſem poſtulatus eo conceſſit Ann. 1466. ubi & obiit Ann. 1475.

XLV. HENRICUS Comes à Swartſenburg Delmenhorſt arcem viatoribus infeſtam, ipſique & ſubditis ejus Bremenſibus infenſam D. Pauli eccleſiæ adjecit, & Friſios eo adegit, ut Monaſterienſem Epiſcopum clementiſſimum Dominum ſuum appellare eorum Comes ejuſque poſteri debeant. Collapſam in virginum cœnobiis diſciplinam reſtauravit. Confeſſarios reſtituit, certos illis cancellos, intra quos perſiſterent, definivit. (1) Præfuit annis XXX. extinctus Ann. 1496. Sub hoc (2) Carthuſia Wederenſis cœpit viro avita nobilitate ſed magis pia hac liberalitate claro N. Keppel arcem ſuam ceteraque bona & Dei ſervis, & in iis ipſis Deo offerente, ut pro terrenis cœleſtia reciperet in æternum.

CON-

(1) Ubb. Emm. *lib.* 35. *ad Ann.* 1496. *Henricus Bremenſis pariter & Monaſterienſis præſul armis quam literis promptior clariorque, dum renovandi belli contra Friſios conſilia coquit, fato eſt conſumptus. Cujus locum apud Monaſterienſes collegii ſuffragiis tenuit Conradus Retbergius, Oſnaburgenſium jam ante præſul, diverſiſſimo à priore ingenio. Quippe qui diſcordiam bellaque oderat, pacem, quietem, concordiam, meliora bona, & Epiſcopo potiora curæ habebat.*

(2) In memoriam hujus fundationis ante portam Carthuſiæ inciſi ſunt hi verſus.

Sub Duce Burgundo quondam Mavortis alumna
Extitit armigeris Nuſſia cincta viris.
Illic Hermannus Gerardo à Koppele natus
Saucius interiit ſpes patris una ſui

Poſt

Digitized by Google

CONRADUS de Retberg reformator monaſteriorum *Ralle* & *Quernem* adminiſtrabat Epiſcopatum Oſnaburgenſem quando Monaſterii electus eſt. XLVI. Imperante Maximiliano I. A. C. 1486. Crantz. *metrop. lib.* 12. *cap.* 24.

Sceptra duo vivus concordi pace tenebat,
Namque trabis Rector, Rector eratque rotæ.
Ædibus ille novis arcem reparavit Iburgum
Hinc placuit vitæ rumpere fila Deo.

Obiit anno 1508.

ERICUS Dux Louwenburgenſis, XLVII. Crantz. *metrop. appar. p.* 863. Reuſn. op. Geneal *part.* 1. *p.* 440.

Paſtorale pedum templo mitramque bicornem
Gemmis atque auro pallia compta dedit.
Teklenburgiaco Lingam generoſus ademit,
Quam cleri monitu reddit, ut arma ruant.

Obiit anno 1522.

FREDERICUS à *Weda*. Hactenus omnia in vera fide ſalva XLVIII. per univerſam diœceſin fuere, floruitque ea religio illibata, quam tradiderat S. *Ludgerus*, traditam miraculis confirmarat, confirmatam vivus mortuuſque ſuis precibus huc uſque conſervarat. At ſub hoc *Frederico*, cujus frater *Hermannus* Archiepiſcopus Colonienſis ob hæreſin fuit exauthoratus, infelix lolium ſequutus Lutheri, & Anabaptiſtarum poſt ſeptingentos & eo amplius annos. Mirifice hæc peſtis à Bernardo Rottmanno eſt diffuſa. Anno 1532. hic Pontifex, quod habenis jam per ſectas laxatis ſubditos ruentes ſuſtinere non poſſet, ſponte miſſionem petiit, Epiſcopatumque deſeruit, duorum millium aureorum reditu quotannis ſibi reſervato. Notum eſt, quam miſere inconſultis, quorum intererat, urbem ſuam *Waldesbuſam* captam ſolo æquaverit, mœnibus turribuſque in foveas dejectis, Conſule occiſo &c.

ERICUS Dux *Brunſvicenſis* à *Grubenhagen* reſtinxerat nonnihil XLIX.

Poſt dedit hunc nobis pater arcem Carthuſianis,
Tu procul hinc remove Sancta Maria malum.

Digitized by Google

hil *Oſnabrugæ* quinti Evangelii flammas, pruriente populo ſex aureorum millibus multato, aliaque id genus ediderat Catholico præſule digna, propter quæ non indignus Monaſterienſi ſede eſt judicatus, cui tamen morte abreptus non niſi ſex ab electione præfuerat hebdomadas.

L. FRANCISCUS Comes à *Waldeck*. *Multa tulit bello dum cingit in urbe rebelles & catabaptiſtas*, imperium totius orbis appetentes, *obſidione premit*. Cepit urbem Ann. 1535. in natali Joannis Baptiſtæ, Rege ipſorum ſcenico *Joanne* à *Leiden* cum conſiliariis duobus poſt forcipum ignitarum cruciamenta, in turri ſuſpenſo. Multis adverſis exhauſtus (1) obiit *Wolbecæ* 15. Julii, ſepultus *Monaſterii* in ſummo templo Ann. 1553.

LI. WILHELMUS *Kettler*, & avita nobilitate & Præpoſitura ſummæ ædis conſpicuus ad annos quinque fere præfuit, benignus in egenos, & maxime in miniſtros anteceſſoris ſui *Franciſci* depauperatos ob non ſoluta multo tempore ſtipendia. Quod exiſtimaret ſe multiplicibus curis, quæ in dies ſuccreſcebant cum civitate ex Anabaptiſmi ruina reſurgente, & ſacerdotii, & angelis reverendæ dignitati non eſſe parem Ann. 1557. 3. Decemb. ingreſſus urbem ad manus Reverendi & nobilis Capituli Epiſcopatum reſignavit, reſervata ſibi annua penſione, dum viveret. Sepultus eſt *Cosfeldeæ* Ann. 1582. (2)

LII. BERNARDUS à *Raesfelt* è caſtro Hammeren ſequenti à facta reſignatione die ex cellario concordibus omnium ſuffragiis ſubſtituitur

(1) Vita exceſſit pridie Idus Maji Ann. 1532. Sepultus Oſnabrugi. Reuſner. *Genealog. p.* 429. Ob regiminis brevitatem Sleidanus ejus vix meminit *lib.* 10. *hiſt. Epiſcopus erat*, inquit, *Comes Franciſcus Waldecus, proxime ante ipſum fuerat Archiepiſcopi Colonienſis frater germanus Fridericus: verum is, vel quod iis locis parum firma uteretur valetudine, vel quod aliquid eſſet odoratus, non ita pridem ſponte loco deceſſerat, & privata vita contentus in patriam reverterat.*

(2) Hujus epiſtolas ad Georg. Caſſandrum & vice verſa vid. inter illuſtres Lugduni olim Batavor. typis editas Elzevirii Ann. 1617. *cent* 1. *epiſt.* 15. 16. 24. 25. 33. & 2. *epiſt.* 15. 16. 20. 21. 22. 23. Inter quas eſt & ea, qua Caſſandrum conſulit de Juramento, quod electo ad Epiſcopatum, ut à Papa confirmetur, præſtandum hujuſmodi: *Ego Wilhelmus Electus Monaſterienſis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro ſanctæque Romanæ eccleſiæ, & Domino noſtro*

Digitized by Google

ſtituitur in locum Wilhelmi. Octo quibus præfuit annis & avitæ religionis & boni publici ſtudioſus, bonorum omnium gratiam promeruit. *Bevergernæ*, *Abuſiæ*, *Vechtæ* multa præclare ædificavit,

Abuſiam vallo, foſſis, & turribus auxit,
Atria Meppenæ ſedibus aucta dedit.
Reſtituit Vechtam, reparavit Principis aulam.

Vicariam S. *Sebaſtiani* Romæ pro concionatore ſummæ ædis in perpetuum obtinuit. Irrupit ejus tempore anno LXIII. *Ericus* Dux *Bruſwigæ* in diœceſin repetita occaſione ex arcis *Wolffenbuttel* obſidione, cui *Franciſcus* Epiſcopus interfuerat. Hic poſtquam ferro flammiſque vaſtaſſet late omnia, acceptis tricenis florenorum millibus regrediens non parum doloris optimo patri patriæ & Antiſtiti attulit, effecitque, ut rebelles quidam è nobilitate in præſulem ſuum inſurgerent. Quibus Epiſcopus pacis publicæ ſalutiſque propriæ amans commotus anno 1566. ſponte Epiſcopatu ſe abdicavit. Obiit *Monaſterii* anno 1574. ſepultus ante altare S. *Sebaſtiani* dextra lævaque fratribus ejus *Bittero* theſaurario & *Gotfrido* Decano appoſitis.

JOANNES ab *Hoya* Latinæ, Græcæ, Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, ac Teutonicæ linguarum gnarus, ex judice Cameræ Imperialis creatus primum eſt Epiſcopus Oſnaburgenſis, poſt Monaſterienſis, (1) & demum Paderbornenſis adminiſtrator. Pulchrum redegit in ordinem conſtituitque judicium, quod vocant aulæ, *Hoffgericht*, ejuſque proceſſus typis evulgavit. Curavit & catechiſmum ex decreto Concilii *Tridentini* concinnatum LIII.

noſtro D. Julio Papæ III. ſuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Non ero in conſilio, vel conſenſu, aut facto, ut vitam aut membrum perdant, ſeu capiantur mala captione, aut in eos manus violenter quomodolibet injiciantur, vel injuria aliqua eis inferatur &c.

(1) Electus Ann. 1566. Thuan. *lib. hiſt.* 38. Reuſner. in *auctor. oper. Genealog. p.* 108. Annam hic Philippi Regis Hiſpaniarum ſponſam in Belgium deduxit, Ann. Chr. 1570. Obiit cum vix annum 44. attigiſſet. Thuan. *lib. hiſt.* 59.

Digitized by Google

natum excudi pro ſuarum ditionum Paſtoribus, ut qua poſſet vigilantia Paſtorali occurreret lupis, ſub ementito Evangelii nomine in Chriſti Romanæque Eccleſiæ gregem graſſantibus. Vexatus ad extremum epilepſia obiit Ann. 1574. Ahuſiæ, ſepultus Monaſterii in æde D. Pauli ante altare D. Caroli.

LIV. JOANNES *Wilhelmus* Ducis Juliæ, Cliviæ, Montium filius natu minor, & in coadjutorem vivo Johanne ab Hoja adſcitus, ab ejus obitu adminiſtrator eſſe cœpit, ſed quia ejus ætas impar tantis eſſet gubernaculis tractandis, delecti ſunt aliqui, per quos ad annos octo diœceſis ipſius nomine regeretur. Sub hæc ad annum 1576. moritur in Italia frater ejus *Carolus Ludovicus*, compelliturque *Joannes Wilhelmus* propter ſucceſſionem in locum demortui fratris reſignare Epiſcopatum. Verum quod vota eligentium variarent admodum, nec deeſſent, qui inclinarent in Bremenſem Præſulem Henricum ſummo cum periculo avitæ Catholicæque fidei amittendæ, Johannes rogatu *Raesfeldii* Decani vigilantiſſimi, aliorumque magnatum precibus evictus in adminiſtratione remanſit ad Majum uſque anni 1585. Ejus ſub regimine Ann. 1576. collegii Mauritiani fundatoris XVI. Epiſcopi ſepulchrum in medio templi eſt inventum exaltatumque. Eodem tempore *Calendarium Gregorianum* in ditionem eſt inductum. Obiit *Duſſeldorpii* ſine prole Ann. 1609. relicta magnarum de ſucceſſione contentionum ſegete.

LV. (1) ERNESTUS domus Bavariæ columen. Leodienſis, Friſingenſis, Hildesheimenſis Eccleſiarum præſidium, Archiepiſcopatus *Colonienſis* contra *Gerhardum Truxeſium* Apoſtatam, Calvini peſtem & virus exhalantem ſub annum 1583. optatiſſimum perfugium propugnaculumque 18. Maji Ann. 1585. *Monaſterienſis* creatur Antiſtes. Durabat adhuc eo tempore bellum Colonienſe, unde factum, ut conſueto ſtatim apparatu inauguratus non fuerit. Erat ab annis aliquot provinciarum vicinarum ſtatus miſerabilis, militaribus Harpyis omnia ſurſque

(1) Hujus ſub regimine Ann. 1573. *Vulmenſtadii*, qui pagus eſt in diœceſi Monaſterienſi, puella nata cum duobus capitibus. Thuan. *lib. hiſt.* 104. in *fin.*

Digitized by Google

ſuſque deque ferentibus, & perniciem Epiſcopatus quærentibus: dubio procul plurima iiſſent peſſum, vel ab Eccleſiis fuiſſent avulſa, ſi non hunc ſuperi Catholico gregi Præſulem providiſſent, cujus & in Imperio Romano auctoritatem, & in conſiliis felicitatem, & in religione ſideque Romana ſinceritatem conjunctam ſplendori potentiæque Sereniſſimæ ſtirpis Bavaricæ reſpicerent perduelles. Hunc etiamnum regentem feliciter perennent cœlites. Secundo ab ejus electione anno 28. Octobr. abiit ex hac vita *Gotfridus* à *Raeſvelt* Decanus ſempiterna dignus memoria, cum ob Bibliothecam inſtructiſſimam poſt ſe relictam D. Paulo annuiſque auctam redditibus, tum ob multa præclare Ludinchuſiæ exædificata, tam pauperibus quam cathedralibus Canonicis relicta, quodque non in poſtremis ponendum etiam ob conſilia identidem agitata de Profeſſoribus Societatis Jeſu advocandis. Venerunt quidem illi anno 1588. 24. Februar. ſed jactis ab ipſo moriente auſpicatis fundationis initiis.

Deſiderabis alicubi candide lector annorum numerum, quibus Epiſcopi quidam præfuerunt. Sed quum certi nihil haberemus noluimus incertis Chronologiis quenquam in errorem inducere. Tu ſiquid vel ex antiquis literis, vel è libris vetuſtis, vel ex inſcriptionibus ſepulchrorum, vel in aliis fide dignis inſtrumentis obſervaſti, id pro futura editione rogo ne graveris mihi communicare, quemadmodum Rever. & eruditiſſimus Pater Hermannus Döſendorpius, Rector apud nos collegii Societatis Jeſu vigilantiſſimus mihi multa communicavit. Mereberis non modo de majoribus noſtris bene, ſed etiam de præſentibus & poſteris optime. Vale.

Sequitur Continuatio Cl. Matthæi.

Et hactenus quidem Tympius. Continuemus jam porro. Obiit Erneſtus Arnsbergæ Ann Chr. 1612. 17. Februar. l. Mart. delatus Tuitium, ubi mox in ſandapila conſpectus habitu Epiſcopali, pedo à dextris, à ſiniſtris gladio repoſitis, poſtridie magna cum pompa deductus Coloniam, & terræ tandem mandatus in majori Eccleſia. Baudart. ad h. Ann. *lib.* 4. *hiſt.* Succeſſit ex fra-

tre

Digitized by Google

LVI. tre nepos FERDINANDUS BAVARUS Præpoſitus Colonienſis, & Canonicus Treverenſis, qui Ann. 1612. ad Electoratum & Eccleſiam Colonienſem ſub mortem Erneſti patrui admotus eam una cum quatuor Epiſcopatibus Leodienſi, Monaſterienſi, Hildesheimenſi, & Paterbornenſi in graviſſimo Germanico bello conſtantiſſime gubernavit. Natus Ann. 1577. diem clauſit extremum XIII. Septemb. Ann. 1650. Arnſpergæ in Weſtphalia, quo ſe animi cauſa paulo ante contulerat. Adductum funus Coloniam & in majori Baſilica ſolenni pompa humatum XXV. Octobr. Annorum erat, cum obiret LXXIV. ex quibus præfuit Eccleſiis annos XXXIX. Venator inſignis, ſed interim prudentiſſimus ſui temporis Princeps, ut ait Leo ab Aitzema ad Ann. 1650. *lib.* 30. Obiit ubi patruus, ut idem, hoſtis Proteſtantium Reformatos vix tulit, acri in eos edicto edito, cujus meminit Meteranus ad Ann. 1624. Et quam iis infeſtus abunde ex eo patuit, quod vivente eo & connivente magiſtratus Colonienſis Legati Ordinum Bilderbecii abſentis ædes vi adortus præconem verbi divini, quem latere ibi ſuſpicatus, quæſivit fruſtra & nequicquam. Tulere id Ordines graviter, ut factum contra jus gentium, & eo nomine etiam acriter ſcripſere ad magiſtratum. Aitzem *d. loc.* Parentes habuit Wilhelmum Ducem Bavariæ & Renatam Franciſci I. Lotharingiæ Ducis filiam.

LVII. Poſt obitum Ferdinandi Monaſterii ſuffragiis Captiularium & communi in diœceſi nobilitatis conſenſu electus in Epiſcopum CHRISTOPHORUS BERNARDUS, ex nobili proſapia & familia de GALEN. Qui regimen auſpicatus 14. Novemb. Ann. 1650. obiit Ahuſii Ann. 1678. 19. Sept. Funus poſtridie Monaſterium deductum, & in majori Eccleſia ibi terræ mandatum 13. Novemb. Urbem autem ipſam, quo adductius regeretur, & circumciſa, quæ hactenus ſuperfuerat, libertate ſerviret fidelius, obſedit Ann. 1657. preſſamque obſidione & ferme ad incitas redactam, quum ſæpius implorati rei tandem miſcuiſſent ſe, manipulis militum excitatis, etiam Ordines fœderati, ille interim haud ſegnis, quum eſſet ſubodoratus rem, decreti Ordinum jam conſcius, urbem, quæ ejus plane adhuc inſcia, dolo circumventam in poteſtatem redegit. Modum, & tractatum, & hiſtoriam rei integram habet Leo ab Aitzema

Digitized by Google

ma *lib.* 37. *hiſt.* Et hic ipſe eſt *Chriſtophorus*, qui rei memor, & injuriæ, ut putabat, acceptæ Ordines fœderatos injuſtis armis aggreſſus ſuperioris ſeculi anno LXXII. junctis cum Colonienſi Archiepiſcopo copiis invaſit *Groninganos*, *Friſios*, *Omlandos*, ſed infelici ſucceſſu. Natus anno 1606. 11. Octob. rexit Epiſcopatum annos 28. Patrem habuit *Theodorum* van *Galen*, Dominum de *Lutzen*, *Biſping*, & *Roemborg*, matrem autem ** *Cateris* pater juſſerat, ſed ille armis promptior quam literis, pacis ſtudiis neglectis, bellis tantum inclaruit.

** Hæc non cohærent.

Succeſſit multum ipſi diſſimilis Princeps *Paderbornenſis*, & vivo datus jam Coadjutor, Muſarum decus & ornamentum, literarum deliciæ, iiſque impalleſcentium doctorum fautor & admirator FERDINANDUS de FURSTENBERG Comes de *Pyrmont*, qui egregie re geſta, & utraque diœceſi ſumma cum induſtria, *Monaſterienſi* autem quadriennium, & quod excurrit, gubernata, clauſit extremum diem Nihuſii Ann. 1683. 26. Jun. LVIII.

Fatis functo ſuffectus mox MAXIMILIANUS HENRICUS Archiepiſcopus Colonienſis, Epiſcopus Hildesheimenſis & Leodienſis, utriuſque Bavariæ, ſuperioris Palatinatus, Weſtphaliæ, Angariæ, & Bullionii Dux. Natus *Ann.* 1621. 8 *Octobr.* parentibus Alberto Bavaro & Mechtilde Comite Provinciali ſeu Landgravia de Leuchtenbergh. Fratrem habuit Albertum Sigiſmundum Epiſcopum Friſingenſem & Ratisbonenſem, fratrum horum Electorum Bavari, & Colonienſis, qui jam in vivis, propatruum, Poſtquam ſatis feliciter exegit in Epiſcopatu Maximilianus quinquennium, tandem obiit, relinquens ſucceſſorem Ann. 1688. 29. Jul. LIX.

FREDERICUM CHRISTIANUM Baronem de *Plettenbergh* Decanum *Paderbornenſem*, & Burggravium *Strombergenſem*, patre natum *Bernardo* domino in *Lembuiſen* & *Bergſtraſſe*, matre autem *Odilia* ſorore Epiſcopi deceſſoris *Ferdinandi* de *Furſtenbergh*. Antiquiſſima hæc familia in Imperio Germanico Baronum de *Plettenbergh*. Notarunt, qui ſcripſerunt de veterum ludis equeſtribus jam ſeculo undecimo interfuiſſe ex hac familia iis viros illuſtres, *Hallæ* ſcilicet in Saxonia Ann. 1042. *Wormatiæ* Ann. 1209. *Swinfurti* Ann. 1296. *Ingelsbemiæ* Ann. 1337. *Moguntiæ* Ann. 1380. *Heidelbergæ* item, & *Onolsbachii*, LX.

Digitized by Google

& iterum *Wormatiæ* Ann. 1487. ubi & ludi hujuſmodi rector tum electus *Bertholdus* van *Plettenbergh*.

LXI. Obiit 5. Maji Ann. 1706. ſciſſis mox cleri ſtudiis inter Ducem *Lotharingiæ*, pro quo ſtabat Cæſar, & Præſulem Paderbornenſem, pro quo Ordines fœderati. Diu his diſceptantibus flexus tandem Cæſar, flexus & Papa ipſe, à quo, cum Ordines fœderati ſumma vi anniterentur, collegio Cardinalium non invito, confirmatus. (1) FRANCISCUS ARNOLDUS EPISCOPUS PADERBORNENSIS ex illuſtri & antiqua familia Baronum (2) *Wolf* METTERNICH in GRACHT, patre *Degenhardo Adolpho* Electoris Colonienſis Conſilario intimo & ſupremo ſtabuli Præfecto, matre *Philippa Agnete* ex illuſtri familia *Baronum* de *Reuſchenberg*. De avo aviaque vid. apud Imhof *notit. procer. Rom. imp. cap.* 12. Felix habuit initium religioſiſſimus hic Princeps, procurata re divina rite imperium auſpicatus, priſcæ vir comitatis, Deo devotus, juſtitiæ ſeverus cultor, in maleficos rigidus, in bonos clemens, manſuetus, in egenos munificus, & quam vis cunctis affabilis gravis tamen, venerandus, & quadam velut incredibili majeſtate conſpicuus, hoſtium ſuorum terror, amicorum præſidium, oppreſſorum refugium, clero, equeſtri ordini, & omni populo acceptiſſimus, deceſſorum ſuorum omnium aut æquaturus virtutes, aut ſi longior ei vita, ſuperaturus haud dubie. Certe hæc læta de eo fama, quæ & ſparſa jam toto orbe, nec Papæ ignota diſplicuit. Dignum exiſtimavit, quem judicio Cardinalium & purpurati conſeſſus electum mox confirmaret, & habenas libens ei permitteret potentiſſimi Principatus. Quem quo felicius tueretur, poſtquam miſſus in poſſeſſionem, nihil prius, nihil potius exiſtimavit, quam fœdus cum vicinis inire conſtans & inconcuſſum, miſſa inter

(1) Utrumque hic nactus Epiſcopatum Paderbornenſem, & Monaſterienſem. In Monaſterienſi Fredericus Chriſtianus ejus fuit deceſſor. In Paderbornenſi patruum habuit deceſſorem virum nobiliſſimum Hermannum Wennerum ante annos aliquot jam extinctum.

(2) Relata gens hæc inter nobiles Weſtphalicos ordine Alphabetico recenſitos à Winckelmanno *notit. vet. Saxo Weſtphal. lib.* 1. *cap.* 6.

Digitized by Google

inter ceteros ad Ordines etiam fœderatos viro nobili, rerum uſu & experientia ſubacto & illuſtri, affectum Principis teſtaturo in Belgas, in Ordines, & quam grata Principi quam accepta Ordinum in eum ſtudia, & officia ipſi præſtita in conſequendo Epiſcopatu, memori ſemper animo & æternum hæſura hæc. Grata fuit legatio, nec perſona ingrata, quæ eam obiit, à conſiliis Antiſtiti, apud eum in pretio, & primæ admiſſionis, præcellentibus meritis, & virtute ſpectabilis Baro de Duker. Receperunt Ordines honorifice, & cultu quo decuit. Lautiis præbitis, mox auditus. Auditus ſemel iterumque benigne & cum applauſu, nec dimiſſus aliter, quam quo ſolent dimitti more magnorum Principum Oratores, acceptis non obſcuris egregiæ Ordinum voluntatis erga eum indiciis, miſſo rurſum mox ad Principem ad teſtandum præclarum, & infractum Ordinum in eum animum Barone de Ittersum.

FINIS.

Digitized by Google

FOEDUS

Inter diœceſes MONASTERIENSEM & ULTRAJECTINAM ictum Ann. 1484. cujus mentio fit ſupra ** p. 202. præſidente Ultrajectinæ DAVIDE BURGUNDO, Monaſterienſi HENRICO VAN SWARTSENBURCH.

** Nobis p. 137.

„ VAn Gots genaden wy *David* van *Burgondien* Biſſcop to
„ Utrecht, vor uns unſe nacomelingen, Ritterſcap,
„ Steden *Deventer*, *Campen*, *Swolle*, unde anderen unſen un-
„ derſaten an deſſer ſyden der Yſelen belegen, und wy *Hin-*
„ *rick* van *Swartzborch* Biſſcop to *Munſter*, unde der hilger
„ kirken to *Bremen* Adminiſtrator vor uns unſe nakomelinge,
„ Capittel, Ritterſchap, Steden, Landen, luden unde under-
„ ſaten doen kundt unde bekennen, in und avermyts deſſen
„ breve, dat wy na rede unſer Reeden, unde vort anderen
„ unſern underſaten, uns dem Almechtigen unſen Heren Go-
„ de to love unde eren, unſen Landen, luden unde under-
„ ſaten to nutte und beſte, mit malckanderen geloeffligen und
„ fruntligen to hope geſath, geſtalt, unde vereyneget hebn,
„ ſetten, ſtellen, unde vereynogen uns avermyts deſſen bre-
„ ve teyn jaar lanck na date deſſes breves erſtvolgende in
„ mathen hyr na beſchreven: Ten erſten ſollen und willen
„ wy beide Herren vorſz uns myt guden truwen meynen,
„ eren, und vorderen, uns noch unſe underſaten eyn tegen
„ den anderen, myt veeden, naeme, rove, brande, off
„ andere avergreppen nicht beſchedigen, off beſchedigen la-
„ ten, ok en willen noch en ſollen wy des anderen Heren
„ Lande, und underſaten vyanden nicht huſen off herbergen,
„ noch upholden, den anderen to beſchedigen, noch unſen
„ underſaten hengen, eder gunnen ſulkes to doende; dan we-
„ ren erreſen off upſtonden tuſſchen uns Herren vorſz jenige
„ ſchelinge off gebreeke, ſoo ſal de Here de, in den gebree-
„ ken eder ſchelingen is den anderen ſeſs wecke to vorne,

„ up-

Digitized by Google

„ up unſer gewontliker maelſtede, tuſſchen den Stichte van
„ *Utrecht* unde *Munſter*, alſe over den *Loſſer-voert* unde nicht
„ vorder to dage to komen doen verſchryven, to verſtaen-
„ de, wert ſake dat wy beyde Heren ſelves perſoenlik dar to
„ dage quamen, ſo ſall unſe leve Broder unde Neve van *Mun-*
„ *ſter*, want dat Biſdom van *Munſter*, dat nyeſte is to uns
„ Biſſchope van *Utrecht*, an de *Utrechteſche* ſyt overkomen;
„ und wert ſake dat eyn van uns dar erſchennen, umb unſer
„ Heren eder underſaten gebrecke willen, ſo ſollen de Ree-
„ de to dem yennen van uns Herren overkomen, de dar ſo
„ perſoenlike queme. Wert ock ſake, dat bykumſt aldar be-
„ ſcheyden worde, dat dan unſer beyder Herren Reede ko-
„ men. Unde deſſe vorwarde und inganck ſal duren de tyd
„ deſſer vereynonge unde na utgange eder upſchryvinge des-
„ ſer gutliken vereynogen nemande hynderlik ſyn an ſynen
„ regten unde olden gewonten; und up deſſen beteyckenden
„ dach ſollen unſer beyder Heren Reede in gelycken taele,
„ den getall to ſpecificeren in den breven des Heren, de den
„ dach verramen werdet, mit beſorginge gudes geleydes, un-
„ de genoegſamer veligheit an beyden ſyden, dar dan to da-
„ ge komen, de gebrecke aldar to bekoren, und to verſo-
„ ken, de gutligen off geborligen hen gelacht, unde geſlegen
„ mochte werden, unde off ſulcke gebrecke dar dan nicht
„ geſcheiden off afgedragen worden, ſo ſollen unſer beyder
„ Herren Reede aldaar mit malkanderen overkomen, der
„ gebrecke wegen up de ſelve *Maelſtede*, off up eyn ander
„ gelegen ſtede, na gelegentheit der tyt in mathen vorſz we-
„ der by eyn ander to komen to verſoken de gebreeken, tuſ-
„ ſchen uns Heren weſende noch gutligen off geborligen to
„ ſcheydene. Kondenſe aver der ſcheyding nicht eyns wer-
„ den, ſo ſollen ſe up der ſelver ſteden eynen umpartyliken
„ overman keſen, unde mit welken meeſten deele de to val-
„ let, dat de gebrecke dar dorch gutligen hen gelacht, und
„ geſcheyden ſollen weſen, off ſe ſollen aldar ander gevoge-
„ like weghe ſoken, de gebrecke gutligen hen gelacht to
„ worden, ſo dat dar dorch deſſe unſer beyder Herren verey-
„ nonge nicht verbroken, dan veſtlike geholden worde. Wert
„ ock ſake dat wy Heren tegen eder up des anderen Heren

„ underſaten gebreck off ſprake hadden, off des anderen He-
„ ren onderſaten up uns Heren gebreck off ſprake hadn, off
„ unſer beyder underſaten tegen malkanderen, ſo ſal de Here
„ ſelves vor ſich, of de Here wes underſaten in den gebrec-
„ ken ſyn, den anderen Herren de gebreck ſchriftelike te
„ kennen geven, de dan dar umb na eyner maent tydes na
„ der ſchriftliker verkundinge, up de vorſz maelſtede ſyne
„ Reede, unde frunde to dage ſchicken ſall, der gebrecke
„ gutlige of geborlige ſcheydinge of uthdracht in maten vorſz
„ to verſoken. Doch vellen jenige gebrecke tuſſchen unſer
„ beyder underſaten, umb enich erftalich guet, dat ſalmen
„ verſoken und vorderen, dar dat erftalige guet gelegen is.
„ Vellen ock ſprake tuſſchen unſer beyder Heren underſaten,
„ umb ſchaden eder ſchulden, dar umme ſollen ſe malkande-
„ ren anlangen, vor eren betemeliken richter, dar de becla-
„ gede under beſetten were, und mogte den cleger dar dan
„ nyn unvertoget recht wederfaren, ſo mach he ſich des be-
„ klagen an ſynen Herren, de dan dar umb eynen dach in
„ maten vorſz up de vorſz maelſtede ſal doen beramen,
„ unde we ſick in mathen vorſz verboth, den ſalmen mit
† Vid. „ nynen hemeligen † regten anlangen, noch anlangen laten,
lib. de jur. „ und we des ſo nicht doen wolde, und dar inne verharde-
glad. cap. „ de, den machmen verfolgen mit allen reghten, war men
30. *n.* 3. „ ſick des beſt bekomen kan. Hyr up ſollen unſer beyder
& 4. „ Herren koplude unde underſaten, in unſer beyder Heren
„ Landen, Steden, Slotten, Dorpen, Herlicheyden unde
„ gebeden, vry, velich, ungehindert, und ungelettet an eren
„ lyven, haven, und guden, umb ere komanſchap, neringe,
„ handell, und werffe, up gewontliken tollen und weghgelt
„ komen und varen, ten were ſe dat mit hande of munde,
„ eder wercken ſelves verbreken. Ock hyr inne uthgeſchey-
„ den de yennen, de in eres ſelves perſoen principael ſchul-
„ deners borge worden zyn. Wert ock ſake dat jenige uth-
„ lendeſchen, de unſer Heren underſaten nicht en weren,
„ des anderen van uns Heren Lande of underſaten vedeſche
„ wyſe ſochten of beſchedigeden, ſo mach de Here of ſyne
„ underſaten, de ſo beſchediget oder geſocht worden, den
„ vyanden up den verſſchen voete dorch des anderen Herren
„ Landt volgen unbefaert, doch alſo, dat de Heren und un-
„ der-

Digitized by Google

„ derſaten, dorch wes Lande de vyande gefocht unde verfol-
„ get worden, des unbeſchediget blyven, unde of van den
„ navolgers ſchade geſchede, den ſchaden gutliken to rich-
„ ten, dar mede doch deſſe gutlike vereynonge unverbroken
„ ſal bliven. Wert ock ſake dat eyn van uns Herren vorſz
„ umb redelike ſaken, uns dar to bewegende der gutliker
„ vereynonge, de teyn jaren to holden, ave ſyn wolde, de
„ mach den anderen Herren dat eyn half jaer to vorne op
„ doen ſchryven, wy *David* Biſſchop t'*Utrecht* vorſz an unſen
„ leven broder unde neven Biſſcop to *Munſter* vorſz, of an
„ ſyner liefden Capittel to *Munſter* to unſen koer, unde wy *Hin-*
„ *rick* Biſſcop unde Adminiſtrator vorſz, de upſchryvinge te
„ doen an unſen leven broder unde neven Biſſcop t'*Utrecht*
„ vorſz, of an ſyner liefden Stadt *Deventer*, ock to unſen
„ koer. Alle deſſe punte unde article vorſz hebn wy *David*
„ Biſſcop to *Utrecht* vorſz, vor uns unſe nakomelinge Ritter-
„ ſchap und Steden *Deventer*, *Campen*, *Zwolle*, unde underſa-
„ ten an deſſer ſyden der *Yſelen* belegen. Unde wy *Hinrick*
„ Biſſcop unde Adminiſtrator vorſz vor uns unſe nakomelinge
„ Capittel, Ritterſchap, Steden, Landen, luden unde un-
„ derſaten gelovet unde loven in cracht deſſes breves, und
„ unſer Forſtliker werde malkanderen geloffliken, ſtede, vaſt,
„ unde unverbroken to holden, ſunder gefeerde unde argeliſt.
„ Deſſes in orkunde hebben wy *David* van *Burgundien* Biſſcop
„ to *Utrecht*, und wy *Hinrich* van *Swartzborch* Biſſcop to *Mun-*
„ *ſter* unde to *Bremen* Adminiſtrator vor uns unſe nakomelinge
„ Capittel to *Munſter*, Ritterſchap, Steden, Landen, luden,
„ unde underſaten in dem Stichte van *Munſter*, unde an deſ-
„ ſer ſyt der *Yſelen* belegen ytlick unſe ſegell an deſſen breff
„ doen hangen, unde want deſſe gutlike vereynonge wo vor-
„ ſchreven ſtaet, mit conſente, wetten, und willen der Er-
„ bern unſer lever Andechtiger Domdeckens und Capittels un-
„ ſer kercken to *Munſter*, unde mit rade des Edelen unſes
„ leven neven *Everwyns*, Greven van *Benthem*, und Heren
„ to *Stenvorde* geſcheen is, hebn wy umb merre veſteniſſe de
„ vorſz gebeden ere ſegele by unſen ſegell hyr mede an to
„ hangen, dat wy Domdecken unde Capittel to *Munſter*, und
„ *Everwyn* vorſz, umb begerte des ergüten Hogebornen Fur-
„ ſten unſes genedigen leven Hern hebn gedaan, und unſe

„ ſegele

„ ſegele by ſyner Genaden ſegell an deſſen bref doen hangen,
„ unde wy *David* Biſſcop vorſz, want dit ock mit wetten unde
„ willen unſer Ritterſchap und Steden *Deventer*, *Campen*, und
„ *Swolle* vorſz geſcheen is, hebn gebeden der vorſz unſer
„ Steden Borgemeſteren eres Stads ſegelen mede an duſſen
„ breff to hangen, dat wy Burgemeſteren unde Raede der
„ Stede vorſz umb begerte des Hogeborn Furſten unſes gene-
„ digen leven Hern hebn gedaen, unde unſe Segele by ſyner
„ genaden Segell gehangen. Gededingt und geſloten in dem
„ Jaer unſes Heren duſent veerhundert veer unde tachtentich
„ des Dinxdages up der teyn duſent Mertelern dage.

„ Dat deſe Copie accordeerd met het principale ſelven at-
„ teſtere ick ondergeſchreve Secretaris der Stadt *Deventer*,
„ *Henrick* van *Suchtelen*. Secret.

FINIS.

AUC-

Digitized by Google

AUCTORIS INCERTI

De vita & rebus geſtis

DOMINORUM

DE ARKEL

SUCCINCTA NARRATIO.

Digitized by Google

AUCTORIS INCERTI

De vita & rebus geſtis DOMINORUM

DE ARKEL

SUCCINTA NARRATIO.

IMPORE *Theodorici* ſecundi Comitis *Hollandiæ* venit ad Hollandiam quidam nobilis miles nomine *Heynemannus* ex illuſtri progenie Ungariæ natus habens ſcutum aureum (1) cum duobus baren menatis de rubeo, in ſuperiori parte cum quatuor meniis, & cum tribus in inferiori parte. Cujus parentes propa-

(1) De armis gentilitiis quæ diſputantur hic nugæ ſunt. Nec origo heroum aut dominorum ex Græcia aut ex Troja eſt arceſſenda. Centies à viris doctis jam refutata hæc & rejecta. Arma gentilitia non ante ſeculum undecimum, ut diſtingui inter ſe poſſet variarum gentium turba ingens, & multitudo, quæ cum Godefrido Bullionio in Palæſtinam profecta, cœpiſſe in uſum deduci, apud omnes jam in confeſſo eſt, qui de iis ſcripſerunt, & dixi etiam latius *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 17. Sed ſint hæc, quæ generis, quæ proſapiæ ſunt argumentum, & tranſmittuntur in heredes, recentiora, ut nullus dubito, quid interim dicemus ad verba hæc, quæ occurrunt hic, *habens ſcutum aureum cum duobus baren menatis de rubeo, in ſuperiori parte cum quatuor meniis, & cum tribus in inferiori parte?* Voces prorſus ſunt barbaræ. Sed jam agamus etiam cum barbaris, *Mœnia* quid ſcio: *Menata* quid neſcio. *Baren* fluctus ſunt, ut notum. Sed quid quæſo illud *Meniis*? Quod ad arcis muros aut oppidi hic reſpectus vix dubito. Sed quid ſi rurſum quis quærat, an in caſu auferendi ergo *mœnia* habet *mœniis*. Cum plane hic hærerem, conſului virum Genereoſum & rerum harum peritiſſimum, D. Danielem de Milan Viſconti, Senatorem & Judicem Ultrajectinum, qui *baren* non *fluctus* ſed *repagula* explicabat, & repagula rurſum faſcias, à Gallico *Barre*, quod firmum denotat fixumque, & quod vim habet reſiſtendi, ut apud Guilielm. Brit. *lib.* 3. *Philipp.*

Digitized by Google

propagati fuerunt ex magno *Heynemanno* expulso ex *Ungaria* propter magnas guerras. Qui cum sua familia exiens perrexit de

Stabat enim firmus ut barra repagula firmans.

Ubi Barth. *in not.* Rigord. ad Ann. 1190. *Postea dixerunt arbitri, quod Rex Angliæ ad assultum mitteret suos, & custodes mitteret ad barras, & faceret manganellos suos levari &c.* Pro *menatis* censebat reponendum *mæniatis* legens locum hunc ita: *habens scutum aureum,* quod mutatum postea in argenteum (ut sequitur mox infra ** *p.* 295.) *cum duobus barris* aut *baren meniatis de rubeo, in superiore parte cum quatuor meniis &c. & cum tribus &c. Menia* ajebat murorum pinnas, quarum quatuor hic supra, tres autem infra, cujusmodi adhuc passim in veterum murorum ambitu, hunc scilicet in modum, eoque adducebat etiam locum Virgilii *Æneid. lib.* 4. *vers.* 88.

** Nobis *p.* 206.



——— ——— *minæque*
Murorum ingentes ———

Ubi *minæ*, ait Servius, *murorum eminentiæ, quas pinnas dicunt, hinc*, inquit, *& eminere dicimus.* Varro *lib.* 4. *de ling. Latin. Muri summa pinnæ.* Curt. *lib.* 9. *hist. cap.* 4. *Angusta muri corona erat: non pinnæ sicut alibi fastigium ejus distinxerant.* Nec referendum *meniata* ad mœnia existimabat, verum ad *Meniana. Meniana* projecta sunt, ut eleganter Javolenus in *l.* 242. §. 1. *ff. de verb. sign. Inter projectum & immissum hoc interesse ait Labeo, quod Projectum esset, id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mæniana & suggrunda essent &c. Mæniana* utrum dicas, quemadmodum ibi, an *Meniana* per *e* uti Impp. in *l.* 11. *de ædif. priv.* eodem res redit.** Meniana enim non à mœnibus, sed à *Menio* quodam Romano, qui cum decoxisset universam substantiam, domum tantum habens reliquam, quæ ad forum spectabat, & illam tandem vendidit, excepta tantum columna, è qua tigna & tectum projiceret, unde & ipse & posteri spectarent munus gladiatorium. Ascon. Pedian. Fest. aliique. Ἐξωστὰς vocant Impp. in *d. l.* 11. ita enim legendum pro τειχιόστας, aut τειχιοστὰς, ut egregie Cuj. 1. *obs.* 30. ἀπὸ τῦ ἔξω θεῖσθαι, id est, *foras projicere.* Meminit etiam Paulus in *l.* 20. *ff. de serv. præd. urb. pr. Idem*, inquit, *eveniet, & si mænianum in tuum immissum habuero, aut si stillicidium in tuum projecero.* Etiam Ulpianus in *l.* 2. § 6. *ff. ne quid in loc. publ.* Passim tamen per *æ* aut per *æ* vox scribitur. Etiam apud Ammianum *lib.* 27. ubi de Prætextato Præfecto urbis Romæ, quod *mæniana* Romæ sustulit. Quod servatum tamen non diu. Admissa rursum meniana, sed certa forma iis præscripta *d. l. Meniana* 11. *C. de ædif. priv.*

** Vide Alicat. & Forner. ad d. L. 242. §. 1.

Nec

Digitized by Google

de loco ad locum propter militiam exercendam & ampliare ſuam famam probitatis ſuæ. Cujus magni *Heynemanni* parentes originem ſumpſerunt ex Græcia & præcipue ex Troja. Nihilominus tamen multi tum de eiſdem armis in *Ungaria* & aliis nationibus manſerunt, quorum poſteritas uſque in hodiernum diem magni Domini ſunt. Itaque Heynemannus iſte junior fuit pulcher Bato & gracilis, animo audax, magnanimus, & fortis viribus, qui venit poſtea in *Francia* pro ſtipendiis acquirendis, ſimiliterque & in *Germania*. Tandem venit apud *Ottonem Tertium* Imperatorem, cui propter militarem ſtrenuitatem valde dilectus fuit. A quo miſſus fuit ad inferiorem Saxoniam, quæ modo ſuperior Friſia vocatur, ad quendam nobilem & potentem** villicum gubernantem ex parte Imperatoris Friſiam, apud quem manens fere per annum adamatur à filia, nomine *Gella*, ejuſdem villici. Quæ acceptis clenodiis & magnis pecuniis perrexit ſecrete cum eo ad Theodoricum ſecundum Comitem Hollandiæ, & contraxit cum ea ibidem. Manſeruntque cum Comite per annos aliquot. Qui propter ſua beneficia impetravit ab eodem Comite & Comite Teyſterbantiæ prope longam aquam dictam *die Lingen* aliquas villas Comiti pertinentes & aliquas Eccleſiæ Trajectenſi. Sed juriſdictio temporalis pertinebat Comiti Hollandiæ, ſtatuitque manſionem ibi prope ubi nunc eſt opidum Lederdam, & etiam manſionem in villa de *Arckel*. Genuitque ex *Gella* duos filios, quorum ſenior dicebatur *Dodo*, & alter *Foppo*. Qui *Heynemannus* obiit anno Domini DCCCCC. nonageſimo ſecundo.

** Adi Menag. in Amoen. Jur. Cap. 17.

Dodo vero ſenior filius obinuit partem villarum, ubi nunc eſt *Lederdam*, cum multis aliis Dominiis ſtatuens manſionem ſuam prope *Lederdam*, à quo deſcenderunt Domini de *Lederdam*. Et ab eo propagati ſunt multi militares & magni Domini utpote Domini de *Dalem*, Domini de *Gellichem*, Domini de *Kedichem*, Domini de *Zevender*, & Domini de *Haeften* cum nigris

Nec de nihilo hæc obſervatio. Si recte enim attendamus, nec à gentis ipſius nomine hæc multum diſcedit. *Arckel* enim Meyer. *part.* 3. ** *theſ. verb. uytſteck* interpretatur. Et ita Kilianus: *Arckel*, *Arckener*, *erckel*, *podium*, *projecta*.

** *Woordenſchat.*

Digitized by Google

gris armis. *Foppo* vero ſecundus genitus *Heynemanni* obtinuit *Arckel* cum multis aliis villis & Dominiis, ut infra dicetur.

Foppo vero ſecundus genitus *Heynemanni* fuit primus Dominus de *Arckel*. Qui conſtruxit caſtrum in *Arckel*, ſed mutavit campum armorum habens eadem arma cum ſcuto argenteo, & duxit in uxorem *Mariam* filiam Domini de *Oyen*, & genuit ex ea *Johannem* ſibi in Dominio de *Arckel* ſuccedentem, & obiit anno Domini CIↃ. VIII.

III. Johannes filius *Fopponis* fuit ſecundus Dominus de *Arckel*, & gubernavit Dominium ſuum annis XXVIII. & iſte conſummavit caſtrum de *Arckelredam*. Iſte duxit in uxorem *Eliſabeth* filiam *Wilhelmi* Comitis de *Kuyck*, & genuit ex ea *Johannem* ſibi in Dominio de Arckel ſuccedentem, perrexitque cum *Theodorico* Comite Hollandiæ hujus nominis tertio. In qua reyſa obiit Anno Domini CIↃ. triceſimo quarto.

IV. Johannes filius *Johannis* primi fuit tertius Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Margaretam* illuſtris Domini *Johannis* de *Altbena*, ex qua genuit *Johannem* ſibi in Dominio de *Arckel* ſuccedentem. Hic lethaliter vulneratus ante caſtrum de Yſelmonde, de quo vulnere obiit, & gubernavit Dominium annis LII. & obiit anno Domini CIↃ. LXXXII.

Johannes ſecundus filius *Johannis* tertii fuit quartus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Aleydam* virginem venuſtiſſimam filiam Domini de *Heuſden*, ex qua genuit *Johannem* ſibi in Dominio ſuccedentem, & *Folperdum* de *Arckel*, & *Hugonem Butirum*. Hic cum *Roberto* Comite *Flandriæ* & multis aliis Principibus perrexit in quodam ſolenni paſſagio ad recuperandam terram Sanctam. Et ecce accidit, ut cum *Venetiis* venirent, & aliquo tempore proſperum ventum præſtolarentur, egregius Dominus de *Arckel*, ut mos eſt Dominis, ordinavit arma militiæ ſuæ ante hoſpitium habitationis ſuæ. Quo facto poſt aliquot dierum ſpatium ſupervenerunt plures alii cum magna militia & populo de *Pannonia*, quorum unus de primiceriis eorum, dum vidiſſet arma Domini de *Arckel* ſciſcitabatur, quiſnam ea arma ibi locaſſet. Cui cum ſignificatum eſſet, quod eſſent arma unius præpotentis Domini de *Arckel* ibidem hoſpitati, venientis cum pulchra militia ex inferiori *Alemannia*, proponentiſque tendere verſus terram Sanctam. Ille

ignorans

Digitized by Google

ignorans nomen de *Arckel* irato animo tulit arma illa asserens esse arma militiæ suæ. His auditis Dominus *Johannes* de *Arckel* consilio amicorum suorum convocata militia tam intranea quam extranea illius loci, insuper & omnium nobilium advenarum & peregrinorum probavit genealogiam suam multis rationibus & testibus præsentibus, quatenus omnes parentes sui à primæva origine inhabitationis terræ inferioris semper gessissent eadem arma. E contra alter consimiliter. Et dum neuter alteri cedere vellet in deminutionem armorum communi consilio Principum decretum fuit, quatenus ambo intrent in certo loco duellum campestre, & quisnam ibidem victor maneret semper gereret eadem arma. Ineuntes igitur secundum decretum Principum duellum *Joannes* Dominus de *Arckel* adjutorio Dei alium scilicet Dominum de *Tyrolis* vita & armis militari probitate privavit. Et ex tunc pro gratiarum actione veniens in terra Sancta octo continuis annis militavit contra Saracenos, & ordinatus ibidem miles cum *Godefrido* Duce de *Bullion* & ceteris Principibus in terra Sancta fuit, & vicit cum eis *Jerusalem*, & obiit in terra Sancta cum gubernasset Dominium de *Arckel* annis XL. anno Domini M. C. XII. quinto Idus Octobr. Sed translatus erat balsamo conditus à servis suis & sepultus est in Ecclesia Arckelensi. Ipse impetravit privilegia multa pro suis subditis, & prosperabatur in omnibus gratis Dei mediante.

JOHANNES filius *Johannis* quarti fuit quintus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem filiam Comitis de *Are*, ex qua genuit *Joannem* sibi in Dominio de *Arckel* succedentem. Hic anno Domini M. C. XLI. subdividens duobus fratribus suis Dominium de *Arckel* seniori *Volperdo* Domino de *Arckel* militi donavit opidum de *Lederdam* cum castro ejusdem, & insuper Dominium de *Scoenrewoerde* cum omnibus illis villis & Dominiis eorundem. A quo processerunt ulterius Domini de *Lederdam*. Juniori autem fratri videlicet (1) *Hugoni Butiro*, alias *Butterman* V.

(1) Fortissimum Teutonicorum hunc vocat Beka in Hereberto. Hugonem Butren Chron. Rhytmic. elogio hoc adjecto:

Entie beste sire van bant
Ridder van al Durytsche lant.

Et hic bello cæsus Brabantico cum fratre majori natu. Vid. Buchel. ad Bekam in *not.*

man contulit *Dominium* de *Botterſloot*, unde ſibi nomen *Hugo Butyrus* accepit, cum villa de *Blocklant*, inſuper & Dominium de *Spyck* cum omnibus attinentiis. Quo facto unuſquiſque ſubdivilit arma de *Arckel*. Nam *Volperdus* nolens mutare arma ſolummodo campum levum ſive album mutavit in deauratum campum cum debitis armis patris ſui. Sed *Hugo Butyrus* appoſuit eiſdem armis & campo maſſam butyri. Iſte *Johannes* v. occiditur in ſecundo bello Domini de *Grimbergen* (1) Ann. Dni M. C. XLIII.

VI. JOHANNES V. filius *Johannis* quarti fuit ſextus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem nobilem virginem *Gertrudem* filiam *Henrici* fratris Comitis *Loſſenſis*, ex qua genuit *Johannem* ſibi in Dominio de *Arckel* ſuccedentem. Obiit anno Domini M. C. LXXVI. Gubernavit autem Dominium de *Arckel* annis XXXIV.

VII. JOHANNES VI. filius *Johannis* quinti fuit ſeptimus Dominus de *Arckel*, miles egregius fortiſque valde, qui poſtmodum pergens in communi paſſagio ad terram Sanctam cum *Frederico* Imperatore hujus nominis primo, & *Florentio* Comite *Hollandiæ*, & valde ſtrenue ſe gerebat adverſus paganos, & rediens cum *Philippo* Comite *Flandriæ* duxit in uxorem *Margaretam* filiam *Baldewini* Domini * *Ninive* fratris Comitis *Flandriæ*, ex qua genuit *Johannem* ſibi in Dominio de *Arckel* ſuccedentem. Hic rexit Dominium ſuum de *Arckel* annis XLIX. Corruit autem in bello *Coeverdenſium* cum Epiſcopo *Ottone* de *Lippia*. Hic primus in Dominio de *Arkel* fabricavit magnificum & invincibile caſtrum de *Hoeckelem*. Sed frater ſuus Dominus de *Arckel* conſummavit inſuper. Idem emit Dominium de *Aſperen* à *Gerardo* milite de *Aſperen* filio *Folperdi* Domini de *Aſperen* fratre ſuo contradicente anno Domini M. CC. XXV.

* Nivellis.

VIII. JOHANNES ſeptimus filius *Johannis* ſexti octavus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Mariam* filiam illuſtris Comitis de *Vernenburch*, cujus mater fuit filia *Ottonis* Comitis de *Benthem*.

(1) Eodem anno obiit Godefridus II. cum quo bellum ſecundum. Chronic. *Ducum Brab.* quod ſuperiore anno edidi, *pag.* 35. Primum fuit Grimbergiis cum patre ejus Godefrido Barbato. Secundum geſtum cum filio majore damno quam fructu, ut ait Barlandus Chron. Ducum Brab. *cap.* 31.

Digitized by Google

Habuit jure patronatus ex Comitatu *Hollandiæ* quoddam parvum Dominium contiguum Dominio de *Arckel*, ſitum ſuper fluvium *Merwedam* cum villa dicta *Wolfaria*, in quo habuit parvum ſed forte præſidium, in eodem loco, ubi nunc eſt turris cum eccleſia opidi *Gorinchemenſis*. Circa quod præſidium morabantur quidam piſcatores, eo quod fluvius dictus *Merweda* cœpit ibi fluere & defluere propter inundationes fluviorum *Moſæ* & *Walæ*, qui *Wala* apud *Tielam* reſtrictus fuit, ut antiquum curſum in longa aqua dicta *die Lingben* de cetero haberet, & *Moſa* ſimiliter impedita fuit & intercepta, ne præcipitem curſum & ſolitum haberet, qui omnes in ſimul conveniebant prope idem præſidium. Et quia iidem piſcatores dicebantur miſeri piſcatores, Teutonice *Goerkens*, ideo oppidum poſtmodum dicebatur *Gorcum*, nunc vero *Gorinchem*. Sed poſtquam hic Dominus de *Arckel* emit conſilio & induſtria patris ſui adjutorio Comitis de *Vernenborch* ab (1) *Ottone* Comite de *Benthem* filio *Hollandiæ* idem Dominium, tunc præcepit incolis ſive villanis de *Wolfaria* domos proprias infringere, & adjutorio ſuo eas circa prædictum præſidium in modum civitatis locare, & præſidium illud mutatum conſecratumque fuit in domum Dei ſive in eccleſiam parochialem. Et adducta ſunt omnia ornamenta cum imaginibus Eccleſiæ de *Wolfaria* in eadem Eccleſia de *Gorinchem*, & de lapidibus & ædificio Eccleſiæ de *Wolfaria* conſtructa fuit & ornata Eccleſia Gorinchemenſis. Quod opidum idem Dominus de *Arckel* muravit inſuper, & ædificavit in orientali parte ejuſdem novelli opidi fortiſſimum caſtrum totius Dominii de *Arckel*, in quo deinceps & ſucceſſores Domini de *Arckel* moram faciebant. Rexitque Dominium ſuum de *Arckel* annis XVI. & obiit anno Domini M. CC. XLI. XVI. Kalendas Julii.

JOHANNES VIII. filius *Johannis* ſeptimi fuit nonus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem nobilen virginem *Bertam* nomine, IX.

(1) Filius hic fuit Theodorici VI. Florentii III. frater. Matrem habuit Sophiam Ottonis Comitis Palatini & Caſtellani in Benthem filiam. Qui cum nefarie eſſet cæſus ab Hermanno Comite de Scalick Otto de *Hollandia* filius ſororis ſuæ Comitatum de *Benthem* hereditarie ſuſcipiens caſtellanus effectus eſt, ut ait Jo. de Beka in vita *Hereberti Epiſc.*

mine, filiam illuſtris Comitis de *Oechten*, qui fuit Comes *Batnenſis*, ex qua genuit duos filios, videlicet *Johannem* ſibi in Dominio de *Arckel* ſuccedentem, & *Ottonem* primum Dominum de *Hoeckelum*, quia adhuc ipſo vivente ita ipſis diviſit Dominum ſuum, quatenus primogenitus haberet Dominium de *Arckel*, & ſecundogenitus haberet *Dominium* de *Hoeckelum* cum opido & caſtro ejuſdem, inſuper villam dictam *Loenen* cum caſtro *Leyenberch*, itemque *Advocatias* villarum de *Gellichem* & *Reynoy*, qui ſecundo genitus de *Arckel* & primus Dominus de *Hoeckelom*. Iſte *Johannes* fuit miles fortis & magnus veluti gigas, quia ita fortis fuiſſe enarratur, ut equum magnum phaleratum ſolis tibiis ſuis levarit de terra, quando brachia ſua amplectendo ſtringebat ad fortem trabem, ita ut equus miro modo præ dolore hinniebat, qui ubique timebatur propter fortitudinem & magnanimitatem ſuam. Anno igitur Domini M. CC. LXXII. Idib. Maji obiit illuſtris gigas *Johannes* Dominus nonus de *Arckel*, ſepultus in *Gorinchem* in choro virginis Mariæ in ſumptuoſa tumba cum imaginibus ſuis & uxoris ejus & cum armis militiæ ſuæ. Rexitque *Dominium* de *Arckel* annis XXXII.

OTTO ſecundus genitus *Johannis* VIII. & noni Domini de *Arckel* fuit primus Dominus de *Hoeckelum* & duxit in uxorem filiam nobilis Domini de *Heuſden*, ex qua genuit duos filios videlicet *Johannem* & *Ottonem*. *Johanni* itaque ſucceſſit *Dominium* de *Hoeckelum* cum ceteris ſuis attinentiis. *Ottoni* autem ceſſit *Aſperen* & *Ackoy*. Inſuper à Domino *Johanne* ſecundo Domino de *Hueckelum* natus fuit & genitus primus Dominus de *Leyenberch*, ſicuti & quemadmodum à primo Domino de *Aſperen* deſcendit Dominus *Herbernus* primus Dominus de *Ackoy*. Et omnes ferebant arma eadem de *Arckel* ſubdiviſa. Itaque Dominus de *Arckel* merito tanquam Dominus & caput omnium ipſorum libere prima arma gerebat, *Dominus* de *Heukelom* cum blavio in ſuperiori parte armorum, Dominus de *Aſperen* cum una avicula, & Dominus de *Leyenberch* cum tribus. Qui omnes Barones erant & milites egregii & valde famoſi, dempto Domino de *Leyenberch*, qui fuit *miles*, & non *Baro*. Iſtis ſucceſſive ſic ordinatis vixerunt pacifice invicem annis multis. Sed D. *Folperdus* de *Leda* & de *Haeſtrecht* invidens felicitati Domini de *Arckel*, à quo tum per avum ſuum deſcendit, ſatagebat omni modo ipſum deprimere vel occidere. Erat enim idem

Digitized by Google

Idem D. *Folperdus* de *Leda* totus peſſimus, & pront dicebatur fecit diabolo homagium, ut diu viveret, & voluntatem ſuam malam contra inimicos ſuos perficeret. Et dum eundem Dominum potentem de *Arckel* cognatum ſuum publice debellare aut viribus aut crudelitatibus ſuis propellere aut occidere non valebat, corrupit ſecrete cuſtodem Eccleſiæ de *Arckel* pro certa ſumma pecuniæ, quatenus dum in ſacra nocte natalis Domini Dominus de *Arckel* cum familia ſua eſſet in Eccleſia, idem cuſtos firmiter Eccleſiam obſtrueret, & ferîs clauderet omnes januas Eccleſiæ, & poſtremo ipſo exeunte faceret cum campana ſignum, quo facto ipſe cum ſuis caperet Dominum de *Arckel*. Cuſtos gaviſus oneratus pecuniis remeavit ad domum ſuam. Igitur adveniente nocte ſacratiſſima natalis Domini idem Dominus de *Arckel* relicta conjuge ſua gravida domi cum ſuis intravit Eccleſiam ad audiendum divinum nocturnum officium. Eadem vero nocte, ut decretum fuerat, affuit cum multis armigeris Dominus de *Leda* prædictus, qui ſecrete excubias locavit in Orientali parte Eccleſiæ ſuper fluvium ſive littus illius aquæ. Et cum didiciſſet cuſtos per ſecretum nuntium Domini de *Leda* adventum gaviſus eſt, & ſtatim clauſit firmiter oſtia Eccleſiæ, ſed ecce Deo diſponente antequam idem traditor omnia bene muniviſſet Dominus de *Arckel* omnium harum traditionum ignarus exivit ſecrete, cum duobus famulis cuſtode ignorante, Eccleſiam ad purgandum ventrem. Qui cum paululum exiviſſet ſtatim Cuſtos pulſans campanam exivit, & à foris oſtium ita clauſit, quod nullus poterat intrare vel Eccleſiam exire. Audiens ergo Dominus de *Leda* ſonitum campanæ protinus cum ſuis excubiis ſurgens circumſedit Eccleſiam per girum, cum ſuis putans illam comburere cum Domino de *Arckel*, & ſuccenſa Eccleſia ex omni parte conflagravit, ut nullus poſſet exire, & quotquot erant in Eccleſia cum venerabilibus ſacerdotibus uno excepto combuſſit. Dominus igitur de *Arckel*, poſtquam didiciſſet per ignem validum Eccleſiæ & clamorem ſubditorum ſuorum in cachinnationem inimicorum ſuorum ſuos deprimi, ingemuit valde, ſuiſque condolens manebat in eadem lapidea camera firmiter perfoſſata & munita prope Eccleſiam, quouſque diluceſceret. Dominus itaque de *Leda*, gaviſus de perpetrato ſcelere, eo quod ſperabat Dominum de *Arckel* jam occubuiſſe, receſſit

quantocius cum ſuis verſus *Lederdam*. Mane autem factoſciens Dominum de *Leda* receſſiſſe convocatis ſuis D. de *Arckel* intravit lachrymando ſepta Eccleſiæ, & collectis corporibus combuſtorum ſepelivit ante altare ſanctæ *Crucis* ejuſdem Eccleſiæ. Quibus peractis, cum Dominus de *Arckel* traditionem Cuſtodis Eccleſiæ de *Arckel* veraciter didiciſſet, captum juſſit cum maximis tormentis in partes plurimas diſcerpi & ſemivivum igne conflagrari. Et ſic malus male periit. Audiens namque exlex & ſacrilegus Dominus de *Leda* eodem die Dominum de *Arckel* de tanto periculo evaſiſſe, iratus valde putabat ſe primo deluſum à cuſtode fuiſſe, ſed percipiens veritatem, qualiter improviſe cauſa neceſſitatis naturæ exiſſet, blaſphemavit dæmones, & quod nephas ad libitum ſuum & horrendum ſcelus non perpetraſſet, exiens terra præ confuſione amicorum moram traxit parvo tempore in partibus ſuperioribus. Rediens autem transfodiebat aggerem in *Dominio* de *Arckel* & de *Vianen*, & propter multitudinem aquarum ſubmergebat multos. Denique cum ſic per pauca tempora multa mala prædictis malis accumulaſſet, & quadam die in *Haeſtrecht* prope *Goudam* in Hollandia cum omnibus pene amicis ſuis gratulabundus pranſus fuiſſet, & poſt prandium inebriatus, in medio amicorum ſuorum ſuper plateam ſtetiſſet, repente corpore & anima manifeſte ex medio eorum cunctis ſtupentibus raptus evanuit, & de cetero nuſquam comparuit. Sed in eodem loco quo ſteterat permanſerunt tres guttæ virentis ſanguinis ſuper unum lapidem. Et deinceps nullus audebat permanere in caſtro *Leda* propter horrendum ſonum & terrorem diverſarum imaginum apparentium horribiliter habitantibus in eodem caſtro, atque de loco ad locum projicientium & ejicientium cum magno cruciatu intraneos etiam bonos & confeſſos. Quod percipiens *Pelegrinus* filius ſuus ſucceſſor Dominiorum ſuorum atque paternæ pravitatis heres, vir totus belliger, & tantæ malignitatis, ut dubitares cui ſcilicet patri aut filio dares palmam malitiæ & nequitiæ. Fregit idem caſtrum & reædificavit illud ſuper fluvium ad occidentalem partem oppidi *Lederdam*. Hic ſimiliter ut fertur fecit homagium diabolo tali conditione, quatenus tamdiu proſperatus viveret, quoad uſque trans fluvium aliquem navigaret cum equo. Sed quando hoc fieret procul dubio ſciret ſe tunc moriturum & æternaliter dampnaturum. Ille

Digitized by Google

Ille ergo putans diabolum decipere præcepit ſuis, ne unquam in navi ſua, qua ipſe corporaliter navigare intenderet, quovis modo equi admitterentur. Et ſic deinceps vivens in omnibus deliciis & illecebroſis actibus non ſolum Eccleſias Dei ſprevit, verum etiam pro poſſe ſuo ſpoliavit. Tandem ex miſericordia Dei diu reſervatus, cum ſe nullo modo emendaret, licet provectæ ætatis eſſet, contigit anno M.CCC. IV. altera die poſt feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, ut ſtipatus multis armigeris ſuæ malignitatis complicibus intraret armata manu territorium Trajectenſe conflagrando villas aliquas, deprædando pauperes, ac multa flagitia perpetrando, ſed cum gaudens tanquam victor cum multis captivis & ſpoliis redire decreviſſet, inſequebantur eum indefeſſe hoſtes armati volentes captivos redimere, & dampna in eum vindicare. Quod ipſe cum ſuis cernens navigaverunt multi primitus in diverſis navibus ad hoc ibidem relictis, & ipſe poſtero ordine navem præcipue cum ſuis complicibus celeriter apud *Beuſichem* intrare volens, eo quod hoſtes approximarent, & dum paululum à littore in *Lecca* fluvio foret, ecce ſuperveniebat quidam horribilis niger equus mirabiliter hinniens, ut omnes in ſtuporem verteret, qui ſaliendo velociſſime ſaltavit miro modo fremendo crudeliter in prædicta navi, & per ſaltum ſuum in tantum ponderavit navem, ut navis quaſi lapis deſcenderet in profundum fluvii cum omnibus ſuis & ſubmerſi ſunt omnes, & non remanſit unus vivus ex eis. Fuerat enim cum ipſo D. *Arnoldus* de *Bueren* Canonicus Eccleſiæ Trajectenſis cum aliis multis nobilibus, qui omnes ſubmerſi interierunt. Quo taliter mortuo Dominium de *Leda* & de *Haeſtrecht* ceſſit Domino de *Arckel*. Igitur poſt deceſſum *Pelegrini* Domini de *Leda* dirutum prope *Lederdam* caſtrum de *Leda*, de quo ſupra diximus, quod ita horribile & inacceſſibile fuit propter grunnitum diverſarum vocum & flammigerum fœtorem, ut nullus accedere auderet, quin ex horribilibus ſignis ibidem conceptis vel efficiebatur fere amens, vel membris debilitatus, valde territus, Deum implorando, ut recederet. Tandem duo præſumptuo ſi audaces viri iſta experiri cupientes acceſſerunt meridiano tempore ad præfatum locum omnibus horribilem intrantes, itaque perluſtraverunt totum deſtructum ædificium, & tandem intraverunt quoddam diſcopertum & diſcretum penu. Ex quo poſt parvam

vam moram dum primus valde territus exiſſet, & alius eum ſubſequi celeriter putaſſet, & ad extrema illius penu veniſſet, manſit ibidem fixe tentus in eodem loco, ac ſi cathenatus quaſi monſtrum immobile fuiſſet. Dum ergo ex magno timore clamitaret & collega ſuus non fuiſſet auſus appropinquare, ſed magis recedens conſolando eum promiſit ire pro Dominico corpore cum ſacerdote de *Lederdam* ad liberandum eum. Interea cum alius iret pro Dominico corpore, alter, qui illic fixus perſtitit, audivit diverſas horribiles voces & crudeles ſibilationes Deum blaſphemantium in tantum quod fere amens efficeretur. Veniente itaque presbytero cum multitudine & admiratione ſuorum ſubditorum audivit cachinnando vocem dicentem ſibi, *Niſi creator omnium te defendendo reſervaſſet, ego te cribraſſem ſicut. . . . . ſolis*, & ſic terribiliter quaſſando dimiſit eum. Qui exiens parumper fere exanimus factus eſt, ſed ad ſe reverſus poſt gratiarum actiones Deo exſolutas & elibatas enarravit cuivis in præſentia Dominici corporis & ſacerdotis quæcunque vidit & audivit. Qui & poſtmodum uſque ad mortem infirmabatur ex horrore ibidem concepto. Quo miraculo ubique divulgato, longo tempore poſtea nemo fuit auſus propius accedere, quoaduſque inclitus Dominus de *Arckel* conſilio uſus devotorum virorum eum locum proceſſionaliter cum ſuis ſubditis humiliter in pœnitentia multotiens circumiſſet portando illic cum aqua benedicta Dominicum corpus, & aſperſiſſet eundem locum per devotos ſacerdotes ubique cum aqua benedicta. Et facta collatione in præſentia multitudinis à ſacerdote precabantur omnes cum fletu & orationibus miſericordem Dominum, ut locum illum mundaret, atque cunctos Chriſti fideles de cetero ab illo tempore protegeret & liberaret. Quod & factum eſt, nam deinceps quiſque locum libere acceſſit, nec terrebatur. Et licet plurima in eodem loco contigerunt tamen hæc præſenti contigerunt chronographia. Anno igitur Domini M. CC. LXXII. Idib. Martii obiit illuſtris gigas *Johannes* nonus Dominus de *Arckel* ſepultus in *Gorinchem* in choro virginis Mariæ in ſumptuoſa tumba cum imaginibus ſuis & uxoris ejus & cum armis militiæ ſuæ, rexitque *Dominum* de *Arckel* annis XXXII.

X. JOHANNES IX. filius *Johannis* octavi fuit decimus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Bertadim* filiam *Gerardi* Comi-

Digitized by Google

Comitis de *Sterckenborch*. Hic (1) poſtquam probitate ſua anno Domini M. CC. LXXXII. impetravit omnibus in ſuo *Dominio de*

(1) Ubi patri ſucceſſit, eodem anno, quo pater obiit, feria ſexta poſt omnium *Sanctorum* confirmavit donationes à *Theodorico* de *Altena* equitibus Teutonicis factas Ann. 1265. & Ann. 1260. quarum prior probata etiam ab Henrico Epiſcopo Trajectenſi. Donationes earumque auctoritates ſunt hæ:

Ego Theodoricus *Dominus de* Altena *notum facio univerſis præſentia viſuris, quod omnia bona quæ* Muloc *habebat & poſſidebat apud* Scalunen *in fundis, domibus, pratis, terris, decimis, paſcuis, ſeu quibuſcunque aliis ſuis attinentiis, quæ ab ipſo* Muloc *emi, contuli libere Commendatori & fratribus Domus Teutonicæ Beatæ Mariæ Trajectenſis ob remedium animarum patris mei, & prædeceſſorum meorum, & in remiſſionem peccaminum meorum jure proprietario perpetuo poſſidenda & tenenda juriſdictione ſeculari mihi tantummodo in eis reſervata. Præterea quicquid habeo in jure patronatus, præſentationis, ſeu collationis eccleſiæ prædictæ de Scalunen, hoc totum ſimiliter contuli Commendatori & fratribus antedictis jure proprietario perpetuo tenendum & poſſidendum, præſentibus* Euſtachio *milite de* Brakele, Theod. Borchmanno, Thielmanno *de* Campo, & Tiberio de Slewyck *& aliis quampluribus fide dignis. In cujus rei teſtimonium præſentes literas eis ſigillo Domini* Wilhelmi *de* Horne *fratris mei, cujus conſenſu præmiſſæ acta ſunt, cum ad præſens proprium non habeo, contuli ſigillatas. Actum & datum anno Domini* CIↃ. CC. LXV. *feria ſexta ante Dominicam Palmarum.*

Ego Theodoricus *Dominus de* Altena *notum facio univerſis, quod volo & conditionavi, quod Commendator & fratres Domus Teutonicæ Sanctæ Mariæ Trajectenſis de omnibus bonis, quæ fratres eorundem ordinis quondam habebunt, & poſſederunt in fundis, domibus, terris, pratis, decimis, paſcuis, ſeu quibuſcunque aliis attinentiis in terra ſive terminis de* Scalunen, *quæ vendi contigerit, priores erunt in emptione, & potius jus habebunt præ omnibus in emenda, & libere ea, ſi empta, abſque qualibet contradictione jure proprietario tenebunt, & in perpetuum poſſidebunt, juriſdictione ſeculari inibi tantummodo in eis reſervata. In cujus rei teſtimonium eis præſentes literas ſigillo Domini Wilhelmi de Horne fratris mei, de cujus conſenſo præmiſſa acta ſunt, cum ad præſens proprium non habeo contuli ſigillatas, præſentibus* Euſtachio Brakele *milite*, Thielemanno *de* Campo, Theodorico *dicto* Borchman, Tiberio *de* Slewyck, *& aliis quampluribus fide dignis. Datum anno Domi-*

Digitized by Google

de Arckel commorantibus libertatem per totam *Brabantiam* à Duce Brabantiæ, ita ut perpetuis temporibus gauderent privilegiis,

Domini CIↃ. CC. LX. *octavo in craſtino Apoſtolorum Philippi & Jacobi.*

Henricus *Dei gratia Trajectenſis Epiſcopus univerſis præſentia viſuris ſalutem in Domino. Cum* Theodoricus *Dominus de* Altena, Jacobus *filius* Beroaldi, & Wilhelmus *filius* Eken, *ad quos ſpectat jus patronatus eccleſiæ de Scalunen ipſum jus patronatus gratuito & libere contulerint & conceſſerint Commendatori & fratribus domus Teutonicæ Trajectenſis perpetualiter poſſidendum, nos dictæ collationi & conceſſioni adhibentes conſenſum ipſis auctoritate præſentium confirmamus, præſentium teſtimonio literarum, quas ipſis dedimus appenſione noſtri ſigilli roboratas. Datum anno Domini* CIↃ. CC. LX. *quinto, in octava Petri & Pauli Apoſtolorum.*

Univerſis præſentia viſuris, ego Joannes *Dominus de* Arkele *notum facio, & recognoſco, quod ego donationem factam à* Theodorico *de* Altena *bonæ memoriæ pro remedio animæ ſuæ & prædeceſſorum ſuorum de omnibus bonis, quæ* Muloc *habebat & poſſedit apud* Scalunen, *videlicet in fundis, domibus, terris, pratis, decimis, paſcuis, ſeu quibuſcunque aliis ſuis attinentiis, quæ nunc poſſident fratres Beatæ Mariæ Theutonicorum in eodem loco, & quæ omnia idem Theodoricus empta à Commendatore & fratribus domus* Beatæ Mariæ Theutonicorum *erga dictum* Muloc, *cum jure patronatus ejuſdem eccleſiæ de* Scalunen, *& cum eo jure, quod in omnibus bonis, quæ ibidem dicti fratres quondam habebant, quæ vendi contigerit in futurum, quod priores erunt in emptione, & potius jus habebunt præ omnibus in emendo bona prædicta, & quod ea empta ſine qualibet contradictione jure proprietario poſſidebunt, & habebunt, ipſis Commendatori & fratribus Domus* Beatæ Mariæ Theutonicorum *apud Trajectum liberaliter contulit, donavit, & tradidit pleno jure, juriſdictione ſeculari ſolum excepta, ratam habeo & firmam, & propria donatione innovo & trado, ſeu dono etiam eiſdem meo nomine omnia ſupradicta. Recognoſcens pro me & meis ſucceſſoribus dominium ſeculare dicti loci ad me eo jure tranſlatum, quod ſalva erunt fratribus prædictis omnia ſupradicta. Promittens etiam & obligans me & meos in poſterum ſucceſſores nunquam contra promiſſa venturos. Et hæc acta ſunt de conſenſu & auctoritate nobilis viri Domini* Wilhelmi *de* Horne, *Domini de* Altena, *à quo teneo in feudum juriſdictionem ſeu Dominium ſeculare dicti loci. In cujus rei teſtimonium & perpetuum munimen ipſis præſentes literas una cum ſigillo meo propio, ſigillis etiam nobilis viri, Domini* Wilhelmi *prædicti, venerabilis viri Domini* Jacobi *Decani*

Digitized by Google

vilegiis, & nihil darent per terram & aquam de vectigalibus & theoloneis, eo quod ipſe præceſſit & in prima acie ſteterat cum

Decani Eccleſiæ Sancti Joannis Trajectenſis, Domini Ottonis *de* Heuclom *patrui mei, ac officialitatis Curiæ Trajectenſis tradidi ſigillatas. Datum anno Domini* CIↃ. CC. LXX. *ſecundo, feria ſexta poſt omnium Sanctorum.*

Anno 1269. cum quæſtio incidiſſet inter eum & Capitulum majoris Eccleſiæ de decimis in *Oſterwyc & Hobelhem* & jure patronatus earundem Eccleſiarum compromiſſam in arbitros ſub pœna banni & 50. marcarum. Tale autem compromiſſum:

Nos Johannes *de* Arckle *famulus &* Otto *dictus de* Arckle *miles omnibus præſentia viſuris & audituris notum facimus, quod nos pure & ſimpliciter ſuper omni controverſia & materia quæſtionis, quæ vertitur inter Venerabiles viros Dominum* Æmilium *Dei gratia Decanum & Capitulum majoris Eccleſiæ Trajectenſis ex una parte & nos ex altera ſuper decimis de* Oſterwyck *&* Hohelhem *ac jure patronatus Eccleſiarum dictorum locorum, ac quibuſcunque aliis cauſis ſive juribus bis attinentibus, in viros religioſos Commendatorem domus Teutonicæ Trajectenſis, &* Giſelbertum *dictum de* Goy *fratrem ejuſdem domus &* Giſelbertum *dictum de* Ameſtelle *Canonicos Eccleſiæ beatæ Mariæ Trajectenſis tanquam in arbitros à dictis Decano & Capitulo & nobis electos communiter compromiſimus ſub pœna quinquaginta marcarum ſterlingorum ratum & firmum habituri, quicquid ipſi infra feſtum omnium Sanctorum nunc proxime futurum ſemper præmiſſis omnibus & ſingulis inter Deum & animas ſuas ac ordinem eorum inquiſita veritate examinatione diligenti præhabita arbitrando duxerint promulgandum. Condicto quod ſi forte ſuper præmiſſis medio tempore dicti arbitri inter dictos Decanum & Capitulum & nos* Johannem & Ottonem *nihil ex aliqua cauſa contingente pronunciaverint, ex tunc ego dictus* Johannes *excummunicatus ſum ut prius, & in eo ſtatu, in quo nunc ſunt, erunt cauſarum omnia & ſingula ante actitata. Si vero ſæpe dicti arbitri ipſum arbitrium pronunciaverint, & nos pronuntiationem nolumus obſervare, in panam prædictam videlicet* L. *marcarum incidimus dictis Decano & Capitulo perſolvendum. Et prædicta pœna ſi omiſſa fuit dictis Decano & Capitulo perſolvenda ego* Johannes *de* Arkle *prædictus conſtituo fidejuſſores meos manu conjuncta & in ſolidum dictum* Ottonem *de* Arkle, Fredericum *de* Sevender *milites, &* Hugonem *dictum* Buttere *famulum Decano & Capitulo memoratis. Et nos* Johannes *principalis,* Otto, Fredericus, *&* Hugo *fidejuſſores prædicti ſub ſigillis religioſorum virorum Abbatis Sancti Pauli & Commendatoris Domus*

cum ſuis armigeris in bello, dum Dux Brabantiæ pro Ducatu Limburgiæ debellaverat contra Comitem de Gelria & de Monte, & induſtria atque fortitudine ipſius eundem Ducatum obtinendo victor exiſtens triumphaverat. (1) Hic manſit occiſus à Friſonibus anno Domini M. CC. XCVII. ſepultus apud

Teutonicæ promittimus omnia & ſingula ſupra dicta per fidei noſtræ ſecuritatem firmiter obſervari. Datum Anno Domini M. CC. LXIX. *in vigilia beati Jacobi Apoſtoli.*

(1) Hic Ann. CC. LXXX. fodi fecit aquæductum ab Everdinga uſque ad Sconrewordam Ameydamque, permiſſis poni ibi cataractis, ut & molibus conſtitutis ad coërcendam vim aquæ, item molium Præfectis, legibus etiam latis ex quarum præſcripto à Præfectis judicandum. Scripti ea de re extant codicilli hujuſmodi: *In den name Gods Amen. Want die menſche vergetel is, ende dat leven cort is, ſo en mogen wy niet lichtelyck op onſen Geeſt, ofte op onſe daet beſceyden die ghene, die langhe na ons comen ſullen, wy en latent hem in ſcrift, dat ſy daer op beſceyden mogen. Hier by iſt, dat ick Heer* Johan *van* Arckel *doe weten alle menſchen die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, Dat dat Capittel ten* Doeme, *dat Capittel van* Oudemunſter *t'Utrecht*, Johan *van* Lede, Giſelbrecht *uten* Goye, *Heer* Zweder *van* Boeſinchem, *Heer* Hubrecht *van* Everdingen, *Heer* Aernoudt *van* Scalcwyck, *Heer* Gerard *van den* Ryn, Bernard *van* Scalcwyck, Giſebrecht, *Heren* Giſebrechts *ſoon van* Scalcwyck, Amelis *ende* Johan Sampſon *hebben met myn door onmoet en ſcade, die ſy lange doegenden aen haren erven by water, dat hem t'onnutte maeckte, gedragen over, ende aldus, dat ick hem vercoft hebbe enen waterganck, ende gewater erffeniſſe, ende nimmer meer, van beneden der ſteden t'*Everdingen *langs tot* Scoonrewoerde *toe, ende tot* Ameydes *zydwinde, allen dat binnen die Bandyck leget, ende aen der* Lecke *door die* Zierick *aen den Dam, ende voert die graft uyt int lange water. Onder ſulcken voerwaerden ende beſceydeniſſe alſe in deſen brief beſceyden ſtaen. Aldus dair ſy comen in* Zierick, *dair ſullen ſy bouden boer ſluyſen ende bare dammen, alſo die Heemraders wyſen. Ende aen den* Leckendyck *ſalmen bouden alſulcken* Queldam, *als die Heemraders bekennen, datmen bouden ſal, ende als dat water in die* Zierick *comen ſal, ſo ſal ick ſelver, ofte myne erfgenamen, die na my comen euwelycke ſelve waeren enſe ſcade buyten ſcade der geenre, die bier boven benoemt ſyn, ende bore nacommer ummermeer alſo verre, als onſe gerecht gaet, maer worde het lant rydende weder, ende het ryde vier jaren lanck af, ende ſonder weer, by bore ſcoudt, die in den* Zierick *wateren, ſo waer die waterganck myn ende mynen erfgenamen naer mynre doot vry, maer wordet lant rydende by mynre*

Digitized by Google

apud Gorinchem in tumba patrum ſuorum, dum gubernaſſet Dominium de *Arckel* annis xxv.

Jo-

mynre ſcoudt, ende Johan *van der* Lede, *ofte onſer erfgenamen, daer mede en waer die waterganck niet verloren. Deſen dyck ſal hebben drie ſcouwen int jaer. Die eerſte ſcouwe ſal weſen die eerſte Sonnendach in Meye. Die ander ſcouwe ſal weſen Sinte Johans miſſe. Die derde ſcouwe Sinte Martens avont. Ende elcke ſcouwe ſal hebben een afterſcouwe, als deſe drie ſcouwen geſcouwet ſyn. Waer dat lant noot waer, daer ſoude men mitten Heemraden opten Dyck comen ende verſeeckeren. Ende waermen twee Heemraden heeft mit een Ambachtsheer, daer mede machmen wel verſeeckeren den Dyck daer s' Lants noot waer. Van deſen drie ſcouwen doet elcke verheurniſſe vyf ſchellingen, dier ſal hebben die Heemraders dat derdendeel, ende die Richter, die 't in ſynen dyck is, die vallet dat tweedeel. En die Richter ſal panden die boeten der Heemraders, alſe die ſcouwen geſcouwt ſyn. Waermen dan comt, ende den Dyck oock ongemaekt is, verheurtmen drie pont, ende dair en ſal die Heemraders niet af comen, by en ſy alſo volmaekt, dat ſy en loven. Ende alſulcken coſt als ſy dair op doen ſullen die gelden wiens den Dyck is. Worden die Dyckers vechtende opten dyck, die ſal die Richter berichten, die des Hoefſlach is, ſonder dootſlage. Geſciede dair dootſlach, dat ſal berichten die de Heerſcappie ſyn is. In deſe waterganck en ſal niemant, nadien dat bet die Heemraders verbieden, viſſchen mit corven, ofte mit ſuycken. In deſen voerſz damme ſalmen leggen ſluyſen, alſo menich, als den Heemrader duncket, dat die landen nut ſyn. Ende die ſluyſen ende dammen ſullen wy ſcouwen, gelyck datmen anderen dyck ſcouwet, ende in den ſelven keure. Ende wat ambacht dat in de keure vervallet, dat verheurt vyf ſcellingen, ende den mergen ſal gelden mergen gelyck. Ende der Heemraders ſal weſen acht, vier van der Lecke, ende vier van der Lange-water, ende die ſullen ſcouwen van der Ameydes zydwinde tot* Everdingen *aen den* Leckdyck, *ende aen der* Dieffdyck. *Voort van der* Dieffdyck *tot aen* Leerdam, *aen Langhe water, dat Langhe water neder tot* Arckel *toe aen den Dyck. Van Berenwaerden iſt aldus geſceyden, dat dat mede wateren ſal, alſo lange alſe Heer* Zweer *dair, of dies erfgename is, ſonder wade bove. Ware dat bet inbraecke, ſo ſal hy ofte ſynen erfgenamer die waterganck beſtoppen, alſo langhe alſe ſy..... water hebben gebaelt. Ende ware ymant, die deſe Heemraders wederſeyde, die verheurde tegen elcken Heemrader een pont, ende tegen dien die 't in ſyn hoefſlach valt acht pont. Ende mogen die Heemraders ende die Heeren die 't yder in ſyn Hoefſlach valt, den Richter bewyſen dair mede in recht, want alſo veel goets ſal den Richter uytpanden, ende die acht pont half hebben. Die opſtal van den waterganck ſal weſen alſo groot, alſe den Lande oirbaer is. Ende waert dat*

Digitized by Google

JOHANNES X. filius *Johannis* IX. fuit XI. Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Eringardam* filiam potentis viri *Henrici* Domini de *Voern*, ex qua *Joannem* genuit ſibi ſuccedentem, qui dum pro militia ſua terram Sanctam viſitaſſet, peregre

aen de zydwinde braecke, ende wie dat een geloofden dyck waer, ſo ſoude die gemeen Polder weder op maecken dat geloeft waer. Waert dat geloeſt waer, ſo ſoudet des mans goet, dies dien dyck waer, alſo verre aengaen, als in ſynen goeden waer. Ende waer des gebreck dair ſoude 't die gemeene Polder weder op maecken. Ende als by gemaekt is, ſo ſal by comen op 't gemeen ambacht daer by in beboort, mit alſulcken erven als dair toe beboort. Waert dattmen den Zierick ſoude graven, ſo ſoudemen die aerde werpen Ooſtwaerts tot mynen lande. Voort alſo verre als menſe mit ruffelen ſcieten oft werpen mach. Ende alle die gbene die comen ter ſcouwe ende ten dyck, ende tot des Lants oirbaer, die ſullen hebben een vaſt geleyde ſo wat ſy hebben miſdaen. Alle voorwaerden alſo ſe bier boven beſcreven ſtaen in deſen brieff groot ende cleyn, dat heb ic Heer Johan van Arckel, *die bier boven genoemt bin, geloves te houden by Ridderſcappe, by waerheyt, ende by kerſtelycke trouwen, ende myn erfgenamen, die na my comen gebonden te houden, alſe ick ſelver gebouden bin. Ende wy die bier boven genoemt ſyn* Johan van der Lede, Giſelbrecht uten Goye, *Heer* Zweder van Boeſinchem, *Heer* Hubrecht van Everdingen, *Heer* Aernoud van Scalcwyck, Giſebrecht *Haren* Giſebrechts *ſone* van Scalcwyck, Amelis *ende* Johan Sampſon, *verſeeckeren ons ende onſen erfgenamen, die na uns comen, ummermeer te ſamen te bliven, ende een man te weſen, dat elck den anderen helpen ſal, ende by waerheyden, ende by kerſtelycke trouwe deſen dyck te houden, gelyck of wy alle broeders waren. Ende ware ymant die ons letten woude, dat ſullen wy gemeyn wederſtaen, ende onſe erfgenamen na ons, oft wy broeders waren. Ende waert dat ymant onwillich ware in onſen Polre, ſo ſullen wy dien alſo goet maecken, dat hy doe alſe die anderen doen. Ende dit hebben wy gelooft ende geſeeckert by kerſtelycke trouwen. In oircunden dat wy alle die dingen die bier boven ſtaen houden ſullen, ſo hebbe ick Heere* Johan van Arckel, *ende wy* Johan van der Lede, Giſebrecht uten Goye, *Heer* Zweder van Boeſinchem, *Heer* Hubrecht van Everdingen, *Heer* Aernoud van Scalcwyck, *Heer* Gerrit van den Ryn, Bernard van Scalcwyck, Giſebrecht *Haren* Giſebrechts *ſone* van Scalcwyck, Amelis *ende* Johan Sampſon, *gegeven deſen brieff, ick bem, ende ſy myn beſegelt malcander elc mit ſynen ſegel van woorde tot woorde in eenre formen, alſe bier beſcreven is. Dit is volmaekt, gegeven, ende bewyſt tot* Everdingen *by der kercken, dis Dynſdags in de Paeſchweecke. int jaer duſent twee hondert ende tachtentich, dat Godt menſche werde.*

Digitized by Google

gre contigit, quatenus repatriando dum apud *Januam* veniſſet ſpoliaretur à prædonibus cum omnibus ſuis, ita quod nihil rehaberet niſi ſimplicem amictum, unde valde anxiatus, dum amare deploraret, conſolabatur per ſuos, dicentes quod mendicando ſibi præſtarent victum, quouſque invenirent aliquem ſibi vel ipſis notum, & ſic dolentes perductus eſt ad civitatem *Januenſem*. Et ecce Deus futurorum præſcius præordinaverat, dum hic idem Dominus de *Arckel* tempore juventutis ſuæ in opido *Gorinchem* haberet pauperem jocoſum mercatorem obviam quodam tempore, petit idem pro tunc domicellus de *Arckel* videre intus in ſporta quid haberet, & dum parum in merce haberet, ait jocoſe domicellus: Placet; fiam ſocius negotiationis tuæ dando tibi tantas pecunias, quantas merx tua valet, ſuperaddendo aliquos denarios ea conditione, quatenus ex omnibus, quibus ſuperlucratus cum eis fueris, fideliter mihi facies bonam computationem, dando & præcipiendo mihi mediam portionem. Annuit & promiſit ſub fide recepitque ea conditione pecuniam ejuſdem domicelli, ſalutatoque domicello abiit gaudens, negotiatuſque cum eis ſuperlucratus fuit in paucis temporibus, duplum referens quæ lucravit domicello de *Arckel*, & offerens ſe paratum marſupii ſui ſibi dare mediam portionem. Domicellus vero hæc parvipendens ſubridens admonuit eum, ut ſemper ſollicitè facta ſua faceret prudenter, porrigendo ſibi adhuc aliquos denarios. Poſt gratiarum denique actiones gaviſus recedens ſic negotiabatur, ut poſt plurimos annos ſummis æquabatur mercatoribus. Dicebaturque vulgariter mercator *Arckelenſis* eo quod ubique depinxit arma militiæ Domini de *Arckel*. Tandem in civitate *Januenſi* divitem valde duxit viduam, ante cujus domum honorabiliter arma de *Arckel* depingi fecit. Igitur cum idem Dominus de *Arckel* in civitate *Januenſi* cum ſuis veniſſet non audens intrare hoſpitium intravit in Eccleſiam mœſtus deplorans infortunium ſuum, aliique circumeuntes plateas civitatis perluſtrabant ſollicite quærendo ipſis aliquem notum, qui eis ſubvenire & ſuccurrere poſſet in tanta neceſſitate, tandem pervenientes ante domum præfati mercatoris viderunt arma Domini de *Arckel* picta ante domum, & intrantes ſciſcitabantur quiſnam ibidem habitaret, & illa arma ante domum illam depinxerat, qui cum certificati fuerunt, quod hoſpes domus natus ex *Almania* inferiori

riori ex *Dominio* de *Arckel* depingi fecerat, gaviſi ſunt valde. Hoſpes nempe cum didiciſſet ab eis infortunium domini ſui & eum fore in Eccleſia lætiſſimo vultu ait: *Domus hæc & omnia bona mea juſtiſſime ſibi pro media parte pertinent eo quod cum pecuniis ſuis hæc omnia ſuperlucratus ſum.* Qui hæc audientes Deo magnas gratias agentes duxerunt eum ad Dominum ſuum in Eccleſia eos præſtolantem. Mercatorque excepit eum cum omnibus ſuis gaudens in domum ſuam, tenuitque eum cum magno gaudio per aliquot dies, qui tandem volens aſſignare Domino de *Arckel* medietatem bonorum ſuorum & eum ducere ad partes inferiores regratiabatur ei exoptans nil aliud, quam ut ſibi tantas pecunias accommodaret, cum quibus honeſte repatriaret, inſuper ut mitteret unum de clientibus ſuis ſecum, cum quo remitteret ſine dilatione eaſdem pecunias ſibi conceſſas. Quod & factum eſt. Et ſic cum gratias Deo devote peregiſſet, quod triſtitia ſua verſa fuerat in gaudium rediit decenter ad Dominium ſuum omnibus diebus vitæ ſuæ mercatores honorando.

Hugo *Buttermam* nepos ejus cum obiiſſet in Flandria ſine liberis *Dominia* ejus devoluta ſunt *Johanni* Domino de *Arckel*, qui *Joannes* ſtatim dedit in feudum *Florentio* fratri ſuo militi egregio *Dominium* de *Spyck*, cum multis aliis Dominiis. Qui & poſtmodum anno M. CCC. XXX. obiit ſine liberis. Et denuo devolvebantur *Dominia* ſua ad Dominum de *Arckel*. Igitur tempore *Wilhelmi Boni* Comitis filiam *Johannis* Domini de *Arckel* duxit in uxorem Dominus de *Eme*. Quæ filia de *Arckel* poſt obitum conjugis ſui † extruxit Trajecti Conventum fratrum minorum. Inſuper in ſumma Eccleſia Sancti Martini fundavit unum altare & dotavit, & ante id altare requieſcit. Inſuper & Dominus de *Apcouda* & de *Duerſteden* duxit aliam filiam Domini de *Arckel* nomine *Beliam*. Sepulta in choro de *Wyck* in tumba ſumptuoſa cum domino marito ſuo.

† Vid. Fundat. Ultraj. *lib.* 1. *cap.* 15.

Anno Domini M. CCC. XIV. *Johannes* Dominus de *Arckel* veniens *Coloniam* ad torneamentum cum Domino de *Hoeckelom*, Domino de *Aſperen*, Domino de *Ackoy*, ceteriſque militibus ſuæ conſanguinitatis, & tandem repatriare decreviſſet, duxit ſecum quoſdam Cruciferos ad ædificandum eis monaſterium infra opidum *Gorinchem* & caſtrum de *Arckel*. Sed devoti patres futura prævidentes volebant ibidem habitare, eo quod ſi aliquo

Digitized by Google

aliquo tempore in posterum castrum esset contrarium opido, quod ipsi in medio tunc tuti esse non possent. Dum ergo in eodem opido locus vacuus nullus tam magnus fuerat ad ædificandum monasterium consensu Domini de *Asperen* cognati sui duxit eos in *Asperen* ad explorandum, si ibi velint moram trahere. Eodem ergo anno, dum locus eis ibidem placuisset, fundatum est monasterium *Crucigerorum* in opido *Asperen*, in cujus medio chori requiescunt in sumptuosis tumbis Domini de *Asperen* orti de *Arckel*. Tempore *Wilhelmi Boni* cum fames invaluisset, contigit in *Gorinchem* notabile miraculum, quod præsenti chronographiæ annotare decrevimus, ut tenaces & immisericordes terreantur, misericordes vero & compatientes animentur. Vir erat ergo in opido *Gorinchem Geroncus* nomine habitans super brevem aggerem, dives & locuples, sed parcus, qui cotidie triticum, siliginem, & cetera frumenta omnibus pro pretio vendere consuevit. Qui imminente tempore famis omnia solaria domus suæ habebat referta cunctis † bladis & frumentis, sperans infinitam gazam inde ab omnibus vendendo extorquere, qui sicut clausit solaria sua, sic & clausit viscera pietatis suæ, ita quod mendicantibus eleemosynam, & emere etiam pro pretio volentibus consimiliter denegaret, sperans postmodum crescente penuria victualium, quod adhuc in duplo emerentur. E contra fuit in eodem opido vidua quædam mulier devota, timens Deum, & super afflictos pauperes gestans viscera pietatis, habitans apud pontem piscium in domo angulari & boreali platea castri, quæ habens in arduissimis temporibus famis unum solarium tritici plenum impertiebatur indigentibus & pauperibus eleemosynam propter Deum petentibus libera mente & hilari vultu fere idem triticum ita, ut sibi parum vel nihil retineret, parum sollicita de crastino, sed omnia Deo commendans, sperans, quod Deus totius consolationis & pater misericordiarum consolaretur humanum genus. Contigit ergo, ut dum hæc Deo dilecta mulier quodam die sederet cum sua familia ad prandium, veniret paupercula cum multis puerulis multum gementibus, quæ valde lamentabiliter conquesta fuit eidem viduæ mendicando, quod ipsa & ceteri juvenes sui per illum diem & ab hora XII. præteriti diei panem non manducassent petens humillime propter Deum sibi &

† *Blada* sunt fruges, fructus.

& pueris elemosynam largiri. Commota devota vidua hoc audiens præcepit ancillæ suæ, quatenus celeriter introduceret eam, & refocillaret cum juvenibus, insuper quod afferret sibi de solario suo vas tritici propter Deum, ne juvenes fama deficerent. Cui ancilla murmurando & cum indignatione admirando respondit: *Non habemus tria vasa tritici in tota domo, & illis consumptis unde nos vivemus, quia triticum vendibile non reperitur.* Cui vidua; *Vade in nomine Domini & da ei triticum, ut præcepi. Deus autem providebit. Non enim possum indigentibus denegare, quamdiu aliquid habuero.* Vadens ergo & ascendens ancilla solarium murmurando, dum ostium solarii aperuisset, ecce apparuit solarium per totum plenum optimo tritico, ita quod aperto ostio fluebat de solario per trabem usque ad pavimentum domus, sic quod ancilla clamore suo omnes provocabat solarium ascendere magnalia Dei intuendo. Videns ergo electa matrona solarium plenum tritico gratias devotissime egit largitori. Vidua igitur non immemor gratiarum per præconem oppidi statim jussit per omnes plateas clamare, ut omnes pauperes & indigentes volentes propter Deum gratis habere triticum venirent ad eam, & ipsa discrete pro modulo uniuscujusque largiter omnibus ministraret. Quo audito facta est lætitia magna in oppido. Post hæc divina misericordia compatiens humanæ miseriæ victualia in dies magis abundabant. Geroncus vero, de quo supra diximus, habens solaria sua superabunde referta frumentis, præcipiens frumenta ubique in minori pretio vendi quam antea, volens reserare solaria sua, & aperire ad vendendum, dum inspexisset, frumenta sua maledictioni proxima videt, & per quendam fœtorem didicit quandam pestem vigere in eis, ita ut possint nec vendi nec comedi ab hominibus vel bestiis. Sicque necessitate coactus projecit nocturno tempore omnia illa frumenta confusibiliter & peccaminose in fluidum rivum ejusdem oppidi, & sic avarus ille nec præmium cœleste nec pretium terrestre inde habuit. Anno igitur Domini M. CCC. XXIV. in vigilia nativitatis Domini nostri Jesu Christi obiit *Iohannes* Dominus de *Arckel*, postquam gubernasset Dominium suum annis XXVII.

XII. JOHANNES XI. filius *Iohannis* decimi fuit duodecimus Dominus de *Arckel*. Hic adhuc vivente patre suo duxit in uxorem Co-

Digitized by Google

Coloniæ in quodam haſtiludio *Ermgardam* filiam illuſtris Comitis *Ottonis Clivenſis* & *Margaretæ* de *Vernenburch* Dominæ de *Dinſlaken*, tali videlicet conditione ac conventione, quod ipſe *Theodoricus* de *Clivis* frater *Ottonis* Comitis tunc defuncto fratri ſuo ſuccederet, & Comitatum *Clivenſem* obtineret quoad viveret, & ſi filium ex ipſis videlicet D. *Iohanne* de *Arckel* & nepte ejus *Ermgarde* naſci contingeret, ille ſibi poſt obitum ejus in Comitatu ſuccederet. Theodoricus ergo fratri ſuo ſuccedens in Comitatu *Clivenſi* duxit in uxorem *Mariam* filiam Comitis *Montenſis* genuitque ex ea tres filias, ſcilicet *Agnetem*, quam duxit in uxorem *Godefridus* Comes ultimus de *Aernsberch*, nam nullam prolem habentes totum Comitatum ſuum de *Aernsberch* adhuc ipſis viventibus contulerunt eccleſiæ *Colonienſi* ordinantes S. *Petrum* Apoſtolum ipſorum hæredem. Secundam filiam Theodorici duxit in uxorem *Adolphus* Comes de *Marcka*, de qua genuit *Adolphum* & *Engelbertum*. *Iohannes* XI. Dominus de *Arckel* habens jam in uxorem *Ermgardam* unicam filiam *Ottonis* Comitis *Clivenſis* genuit ex ea *Iohannem* primogenitum, *Ottonem* ſuccedentem ſibi in Dominio de *Arckel*, *Arnoldum*, *Robertum*, *Herbernum*, & *Wilhelmum*. Habuit etiam duas filias, quarum primam duxit in uxorem Dns de *Hoorn* & de *Althena*, ſecundam duxit ſecrete in uxorem Dominus de Egmonda, Mabeliam nomine, quæ & obiit poſtmodum Anno Domini M. CCC. LXVII. octavo Idus Septembr.

Johannes igitur Dominus de *Arckel* præfatus diviſit filiis ſuis eo vivente *Dominium* de *Arckel*, ita ut omnes magnifice ditati contentarentur de paterna hereditate. Nam *Johannes* primogenitus ejus obiit anno Domini M. CCC. LV. maxime vulneratus *Dordraci* in haſtiludio. Quo mortuo ſine liberis ſucceſſit *Dominium* de *Arckel*, *Ottoni* ſecundo genito (1), *Arnoldo* autem contulit *Dominium* de *Zoelen* de *Avezaet* cum caſtro forti, Domi-

(1) Hujus mentio fit in charta Ann. 1310. Aernt *van* Arckel *Heere van den* Noordelooſe, *Vrouwen* Heylwigen *ſijnen wyve onſer Nichten*, *Vrouwe* Maria *Vrouwe van* Montfoirde *hare ſuſter*, *Vrouwe* Bartha *van den* Dorpe *Heeren* Gerrits *wyve van der Heyden Ridders onſen* ... Diederick *ende* Gerrit *van* Polanen *'s Heeren broeders van der* Lecke *voornoemt onſen neven*, *dat ſy deſe voorſz dingen ende bewyſingen vaſte ende geſtade geloven te houden voor hem ſelven ende voer*

Dominiumque de *Noordeloes*, & Advocatiam de *Alblas* & *Alblaſſerdam*. *Johannes* autem quartus filius factus fuit Canonicus eccleſiæ Trajectenſis, & poſtea Epiſcopus Trajectenſis, & deinde Epiſcopus Leodienſis. *Roberto* autem quinto filio ceſſit *Dominium* de *Berga* Domini *Arnoldi*, quod *Dominium* devolutum erat ad Dominum de *Arckel*. Inſuper hic *Robertus* miles nubens unigenitæ cognatæ ſuæ Domini de *Aſperen* factus Apoſtolica authoritate Dominus de *Aſperen*. *Herberno* ceſſit Dominium de *Slingelant* cum quibuſdam aliis Dominiis.

Wilhelmus autem ultimus filius obiit in juventute ſua ſine liberis, attamen ceſſit ſibi pro portione ſua medietas villæ de *Loſnick*. Anno autem Domini M. CCC. LXII. octavo idus Auguſti obiit illuſtris *Ermgardis* de *Clivis* Domina de *Arckel* ſepulta cum conthorali ſuo in ſepulchro Dominorum de *Arckel* in tumba in choro Virginis Mariæ. *Johannes* autem Dominus de *Arckel* conthoralis ejus obiit anno Domini M. CCC. LV. ſecundo Kalendas Martii & ſepelitur in ſepulchro prædicto, cum gubernaſſet Dominium de *Arckel* annis XXXI.

XIII. OTTO filius *Johannis* XI. fuit decimus tertius Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem *Eliſabeth* illuſtriſſimam virginem Ducis *Barenſis*, cujus mater fuit filia *Gerardi* Comitis *Namurcenſis*, de qua genuit *Johannam* XII. ſibi in *Dominio* de *Arckel* ſuccedentem, & *Johannem* Dominam de *Steynwoerden*. Hic Otto Do-

voer boeren nacomelingen ende erfgenamen, by boeren Kerſtelycken trouwen, ende op boeren eedt, &c. Ende wy Johan *van* Polanen *Heere van der* Lecke, Aernt *van* Arckel *Heer van* Noordelooſe, *Vrouwe* Heylwich *ſyn witachtige wyf*, *Vrouwe* Maria *Vrouwe van* Montfoirde, *Vrouwe* Bartha *van den* Dorpe, Diederik *van* Polanen, *ende* Gerrit *van* Polanen *voorſz*, *omme verſoeke ende begeerte ons liefs gemin-den Heeren ende Oems Heeren* Willaems *van* Duvenvoerde *Heere van* Oſterhout *voernoemt &c. ende hebben ons ſegelen mit ons liefs Heeren ende Oems ſegele gehangen aen deſe tegenwoordige letteren, in kenniſſe ende in veſtinge van allen voorſz. dingen. Ende waer dat ſake, dat van den voorgenoemden ſegelen een ofte meer ſegelen gebraecken, of daer niet aan gedaen en worden, ofte van ouderdom ofte van andere miſvalle gebroocken worden, of gequetſt, ſo willen wy dat nochtans deſen tegenwoordigen brief in ſynre machte blive volcomelick ende altemale gelyck of alle die voorgenoemde ſegelen gans ende gave daer aen gedaen waren. Gegheven in 't Jaar onſes Heeren* ** CIↃ. CCC. *ende* L. *des Saterdages na des Heyligen Sacraments dach.*

** ſupra 1310.

Digitized by Google

Dominus de *Arckel* cum ad requeſtum illuſtriſſimi Ducis *Alberti* tutoris Hollandiæ cum multis Principibus ad Regnum Angliæ transfretaſſet, obiit interim *Theodoricus* XXVII. Dominus Clivenſis matris ſuæ patruus. Et quia *Otto* Dominus de *Arckel* pro tunc abſens fuit, *Iohannes Theodorico* fratre ſuo defuncto tunc Canonicus *Clivenſis* contra Deum & juſtitiam ſe in Comitatu *Clivenſi* de facto intruſit, & *Ottonem* Dominum de *Arckel* nepotem ſuum violenter extrufit, & inſuper, ne ſibi noceret, duxit in uxorem *Mechteldim Reynaldi* & *Eduardi* Ducum Gelriæ ſororem, nullam tamen ex ea ſuſcitavit prolem. Defuncto ergo eo poſt quindecim annos *Otto* Dominus de *Arckel*, & filii Domini de *Parwys*, *Engelbertus* & *Adolphus* fratres de *Marcka*, undique ſurrexerunt, & pro Comitatu Clivenſi, fortiter inſtiterunt. Itaque *Otto* Dominus de *Arckel* volens cum roborata manu introire *Cliviam* prohibetur ab *Eduardo* Duce Gelriæ, & in caſtro Clivenſi exiſtentes Domini de *Parwys* coguntur per Dominos de Marca & oppidum Clivenſe inire concordiam, & accipiunt Dominium de Cranenburch pro concordia, & portione eorum, & * ſic *Adulphus* de *Marcka* injuſte obtinuit Comitatum Clivenſem. Porro *Otto* Dominus de *Arckel* poſtmodum ſæpius laboravit pro Comitatu ſuo Clivenſi obtinendo, ſed in vanum. Non valuit propter fortem reſiſtentiam occupantis prædictum Comitatum. Hic *Adulphus* Comes Clivenſis duxit in uxorem ſororem *Wilhelmi* Comitis *Montenſis* pro tunc Canonicam Sanctæ Ceciliæ Colonienſis, & genuit ex ea tres filios, videlicet *Adulphum* ſuccedentem Comitem & primum Ducem *Cliviæ*, *Theodoricum* Dominum de *Dinslaken* & poſtea ſagittali ictu interfectum, & *Gerardum* Comitem de *Marcka*. Anno Domini M. CCC. LXXXVIII. incepit diſcordia & guerra inter *Ottonem* Dominum de *Arckel* & Dominum de *Vyanen*, & duravit tempore longo. Eodem anno comburitur totum oppidum de *Gorinchem*. (1) *Otto* vero Dominus de *Arckel* & de *Pirle-*

* Vid. deſcript. Gorinchem. ad *Ann.* 1358. *p.* 88.

(1) Hujus duas habeo chartas alteram Ann. 1360. alteram Ann. 1378. Prior ita ſe habet. *Wi* Otto *Here van* Arkel *maken kont allen luden, want wi ter waerheit verſtanden hebben, dat Her* Jan *van den* Steyne *Canonic ten Doem t'Utrecht onſe Capellaen by wille en conſent ons liefs Heren des Biſſchops van Utrecht comen is aen der buſinge ende Hofſteden die ſtaende ſyn ende gbelegen te Utrecht binnen der montaengen van Sinte Martyns, tuſſchen des Proefſts erve van* Elſt *aen d'een ſyde,*

Digitized by Google

Pirlepont obiit anno Domini M. CCC. XCVI. altera Annuntiationis Beatæ Mariæ virginis. Sepelitur honorifice in *Gorinchem*, dum gubernaſſet *Dominium* ſuum de *Arckel* annis XLI.

JOHAN-

ſyde, ende den ſtegben, daer men gaet ten ouden kerchoverwaert aen d'andere ſide, met welker buſingben ende Hofſteden bi met onſen lieven Here ende Vader den Here van Arkel, *daer God die ſiel af bebben moet, eenre vorwaerden was overdragben, dier ons wel gbenoget, ende gbeloven vaſt ende ſtade te bouden in allen manieren als na beſchreven ſtaen, dats te weten, dat Her* Jan *voerſz deſe voernoemde buſinge ende Hofſtede bruken en beſigen ſal tot ſynre beſter oerbaer, alſo langbe als bi ſal leven, beboudeliken ons onſer herbergen daer in te bebben, als wy daer comen, ende naer ſynre doot ſo ſoelen ſyne teſtamentoers, oft ſyn recht erfnamen deſe voerſz buſinge ende Hofſtede vercopen, ende van dien gelde dat dair af comt, te voeren vri untbeffen en loſſen alſulc gelt, als Her* Jan *voerſz, of ſyn ſyn teſtamentoers, of ſyn rechte erfnamen bewiſen mit beſceydenen rekeningen, ende dat mogen ſi grooten mit boren eden, ſonder enich wederſeggben van ons of van ymant van onſer wegben, ende wat gbelde dat daer overloopt boven dat bi daer aen vertimmert beeft, dat zolen wi keeren in onſen oerbaer. Waer oec dat ſake dat Her* Jan van Steyne *voerſz bi ſinen levenden live deſer voernoemder buſingen ende Hofſteden niet bebouden en mocbt, noch en woude, ſo ſoude bi deſe voernoemde buſinge ende Hofſtede vercopen, ende wat dat bi mit ſinen ede bielde, dat bi tot dier tyt toe daer aen vertimmert badde, dat ſoude bi te voren van dien gelde untbeffen in allen manieren als voerſz. ſtaet. Ende aen deſe voerſz buſinge ende Hofſtede beeft bi ons nu bewyſt mit goeder rekeningen, alſo dats ons wael genoegbet, dat bi van ſinen eygbenen gelde vertimmert beeft tot deſen dagbe toe vier bondert pont ende twintich pont. Ende om dat wi willen dat alle deſe voerſz. voerwaerden Heren* Janne van Steyn *voernoemt wittelich ende wael werden gebouden in allen manieren, als voorſz ſtaet, ſonder anders eenigbe arcbeyt in te trecken, ſo bebben wi bem deſen brief daer op gbegeven tot ener beven der waerbeyt open, beſegbelt mit onſen ſegbel, des Donderdagbes na Meydach in 't Jaer ons Heren* M. CCC. *ende t' ſeſtig.* Altera autem ita:

Wi Otto *Here van* Arkel *maken kont allen luden, dat wi quyt geſcouden bebben, ende ſcelden quyt mit deſen openen brieve Heren* Giſebrecht van Walenborch *Canonic, ende Heren* Henric van Attendoren *eertelike Viearius ten Doem 't Utrecbt, ende* Johannes van Steyne *teſtamentoers ende executoers Heren* Johans van Steyne *wilen oer Canonic ten Doem voerſeyt van dertienbondert ponden Utrechts payements, die ons te baten ſouden comen van der buſinge ende Hofſteden, daer Heer* Johan *voorſeyt in te woonen plach, ende die ſi vercoft bebben Heren* Ludolf van Middelwyc *Canonic ten Doem voerſz., want Heer* Ludolf *voerſeyt*

van

Digitized by Google

JOHANNES XII. filius *Ottonis* fuit decimus quartus Dominus de *Arckel*, qui duxit in uxorem illuſtriſſimam virginem *Mariam* illuſtris Principis *Wilhelmi* Ducis Juliacenſis, cujus fratres erant *Wilhelmus* & *Reynaldus* Duces Juliæ & Gelriæ. Ex qua genuit *Mariam* primogenitam, quam ſibi callide deſponſavit ignorante patre *Iohannes* Dominus de *Egmonda*, & *Wilhelmum* Dominum de *Arckel* poſtmodum in bello de Gorinchem occiſum. Iſte *Iohannes* filius *Arnoldi* fuit Dominus de *Egmonda*, qui callide deſponſavit, ut dictum eſt, patre ignorante *Mariam* primogenitam filiam *Iohannis* XII. hujus nominis, & decimi quarti Domini de *Arckel*. Cujus *Mariæ* prædictæ avunculi fuerunt *Wilhelmus* & *Reynaldus* Duces Juliæ & Gelriæ, de qua genuit *Arnoldum* poſtmodum Ducem Gelriæ & *Wilhelmum* Dominum de *Egmonda*. *Arnoldus* autem Dux natus fuit anno Domini M. CCC. X. & *Wilhelmus* frater ejus natus eſt anno Domini M. CCCC. XII. XIV.

Iſte *Johannes* Dominus de *Arckel* à Duce *Alberto* de Bavaria Comite Hollandiæ in anno Domini M. CCC. LXXXIX. adhuc vivente patre ſuo Ottone ordinatur Theſaurarius & Rector totius Hollandiæ, Tandem anno Domini M. CCCC. I. ipſo die ante vigiliam Sancti Bartholomei Apoſtoli præfatus D. *Iohannes* de *Arckel* diffidavit Dominum ſuum Ducem *Albertum* de *Bavaria* Comitem Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, & Dominum Friſiæ, & congregavit multos ad obtinendam antiquam aquam, ſed non obtinuit. Sed ex tunc perrexit verſus *Alblas* & combuſſit ibidem totum captivando multos pauperes, & ſic cum victoria repatriavit. Eodem anno venit D. *Albertus* Comes Hollandiæ &c. cui valde diſplicuit, quod *Iohannes* Dns de *Arckel* ſibi hoc malum feciſſet, cum ſubditus ſuus foret, Theſaurarius, ejus conſul & feudalis longo tempore, & petiit à præfato *Iohanne*, ut faceret ſibi computum de receptis, quia jam multo tempore non fecerat. Sed *Iohannes* Dominus de *Arckel* noluit

sen den dertien bondert ponden voerſx mit ons overdragen heeft, ende ons daer af alſa wol gedaen heeft dats ons genoecht. In kenniſſe der waerheit ſo hebben wy deſen brieff open beſegelt met onſen ſegel. Gegheven in 't Jaer ons Heren duſent drie bondert achte ende 't ſeventich des Maendags na Sinte Aechten dach.

Digitized by Google

noluit ſibi facere computum de receptis, quod diu aliqui Conſulum eſſent in conſilio Ducis *Alberti* præfati, quos præfatus *Iohannes* voluit à Conſulatu Ducis ſecludere. Quare præfatus Dux *Albertus* arreſtari fecit omnia & ſingula bona præfati Domini de *Arckel* ubicunque exiſtentia. Et Dominus de *Arckel* aſſignavit *Dominium* ſuum de *Arckel* Domino *Abbati* de *Inſula Sanctæ Mariæ* tali conditione, quod teneret illud *Dominium* de *Arckel* in feudum de Domino Abbate præfato. Sed deſuper male conſultus quia oppidum de *Gorinchem* & *Dominium* de *Arckel* fuerunt feudalia Hollandiæ, antequam Dominus de *Arckel* dictum oppidum de *Gorinchem* cum *Dominio* de *Arckel* emit de Comite de *Benthem*, qui obtinuit illud à Comite Hollandiæ propter quoddam matrimonium. Item eodem anno quo D. *Iohannes* præfatus diffidavit Ducem *Albertum* Dominum ſuum venit Dux *Albertus* & *D. Wilhelmus* Comes de *Oeſtervant* in *Dominium* de *Arckel*, & combuſſerunt omnia tam frumenta quam domos & alia.

Anno M. CCCC. II. Dux *Albertus* de *Bavaria*, & Dux *Wilhelmus* Comes de *Oeſtervant*, & Comes *Adulphus* Clivenſis cum multis aliis militibus & clientibus, oppidis Hollandiæ, Zelandiæ & multis ex civitate Trajectenſi congregaverunt magnum exercitum, & perrexerunt cum eo circa nativitatem Sancti Johannis Baptiſtæ ante opidum *Gorinchem*, & fixerunt ibidem tentoria ſua ante opidum de *Gorinchem* & caſtrum ejuſdem opidi, ubi Dominus de *Arckel* perſonaliter intus fuit, obſederuntque illud fortiter, & pugnatum fuit ibidem ab utraque parte fortiter, & conquaſſatum fuit undique caſtrum ſagittando, quamvis fuerit pulchrius & fortius caſtrum, quod repertum fuerat inferius Coloniam. Et intranei de *Gorinchem* exiverunt * quinque extra opidum & captivaverunt *Ioannem* Domicellum de *Bredenrode*, qui venerat in adjutorium *Dordracenſium*, qui fuerunt in tribulatione & anxietate inimicorum ſuorum, & in alia captivaverunt Dominum *Florentium* de Borſalia cum multis aliis. Et hoc obſidium duravit viginti duabus hebdomadibus. Sed tandem *D. Iohannes* Electus *Leodienſis* de Bavaria compoſuit inter Ducem *Albertum* & Dominum de *Arckel* præfatos, & vexillum Ducis *Alberti* ſtetit ſuper caſtrum & accepit in deditionem, ſed Dominus de *Arckel* cuſtodiret caſtrum. Et anno Domini M. CCCC. IV. ipſo die Luciæ obiit magnanimus Prin-

* quoque.

Digitized by Google

ceps Dux de Bavaria, Comes Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, & Dominus Friſiæ, & ſepelitur in *Haga Comitis* in *Capella* Curiæ.

Anno Domini M. CCCC. V. perrexit D. *Wilhelmus* de *Yſendoorn* de *Gorinchem*, & improviſo cepit *Woudrichem*, & treugas rupit per electum Leodienſem *D. Johannem* de *Bavaria* factas, & ſpoliaverunt & tulerunt omnia, quæ portare poterant, & perduxerunt in *Gorinchem*, quia non potuerant *Woudrichem* obtinere præ timore, quia terra de *Alibena*, & *Heuſden*, & *Drongelen*, & tota *Zuythollandia* feſtinanter veniſſent in auxilium illorum de *Woudrichem*. Quod valde diſplicuit Duci *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, & Domino Friſiæ & obſedit *Hagenſteyn*, & Epiſcopus Trajectenſis obſedit *Everſteyn*. Hæc obſidio duravit XXII. ſeptimanis, & tandem ipſo die S. Thomæ Apoſtoli acceperunt *Hagenſteyn* & *Everſteyn* in deditionem, & fregerunt *Hagenſteyn* & *Everſteyn*, atque deſtruxerunt uſque ad fundamenta Ann. Dni M. CCCC. V.

D. Iohannes XII. qui fuit decimus quartus Dominus de *Arckel* habuit filium nomine *Wilhelmum*, qui duxit in uxorem ſororem *Reynaldi* Ducis Gelriæ. Cui diſplicuit, quod *Ioannes* pater ſuus calcitravit contra ſic potentem Principem in ſuum perpetuum dampnum, & quamvis ſibi omnia male ſuccederent, nihilominus permanſit in pertinacia ſua. Et *Wilhelmus* Domicellus de *Arckel* filius præfati *Iohannis* fecit amicitiam & compactum cum melioribus & ditioribus de *Gorinchem* contra patrem ad deveniendum ad concordiam cum Duce *Wilhelmo* de *Bavaria* & Comite de *Hollandia*. Quod percepit Dominus de *Arckel* & perrexit verſus *Gorinchem*, ſed illi de *Gorinchem* noluerunt recipere eum, quod ſibi diſplicuit, & inde receſſit, & acquiſivit ſibi amicos ad faciendam concordiam cum filio, & concordati ſunt pater & filius. Quod percipientes illi de *Gorinchem* quod *Wilhelmus* Domicellus de *Arckel* concordaverat cum patre ſuo ſine conſenſu ipſorum, non obſtante quod præfatus domicellus fecerat concordiam cum ipſis de *Gorinchem*, perterriti ſunt valde, quia non poterant alicubi iri, quia habuerunt pro inimico *Wilhelmum* Ducem de *Bavaria*, Epiſcopum Trajectenſem, Dominum de *Vianen*, & eorum proprium Dominum de *Arckel*, & *Wilhelmum* domicellum filium ejuſdem Domini.

Non duxit Wilhelmus ſed Joannes ejus pater. Avunculus Wilhelmi Reynoldus Dux Gelriæ. Vid. *ſupr.*

Digitized by Google

Domini de *Arckel*, qui perduxit eos in tanto periculo, & dimiſit eos in illo. Tandem illi de *Gorinchem* miſerunt ſuos Ambaſiatores ad *Reynoldum* Ducem Gelriæ, ſi poſſet facere concordiam inter Dominum *Joannem* de *Arckel* & *Wilhelmum* domicellum ejuſdem filium. Et Dux *Reynaldus* noluit ſe intromittere. Sed ex quo nullibi acceperunt conſolationem inierunt conſilium, ut mitterent aliquem ad Ducem *Wilhelmum* de *Bavaria* ad experiendum ſi vellet eos recipere ad veniam cum pacto aut deditione. Quod Dux *Wilhelmus* libenter audivit & recepit eos in gratiam concordando cum ipſis, quod intromitterent eum in oppidum de *Gorinchem* cum caſtro ejuſdem oppidi & *Lederdam* cum caſtro ſuo. Et Dux *Wilhelmus* promiſit eis cum literis ſigillatis, quod defenderet eos contra Dominum *Iohannem* de *Arckel* & *Wilhelmum* domicellum filium ejuſdem de omnibus incommodis ab eiſdem Dominis provenientibus, aut ab eorundem amicis, qui ſe de eiſdem intromitterent. Et omnia decrementa aut incommoda exinde eis proveniéntia aut emergentia expenſis ſuis terminaret & finiret. Et ſic fuit expulſus Dominus de *Arckel* primo à filio ſuo *Wilhelmo*, & filius ſuus deinde expulſus fuit de Comitatu ſuo de *Gorinchem* & de *Lederdam*. Et Dux *Wilhelmus* de *Bavaria* & Comes Hollandiæ recipitur & homagiatur pro vero Domino de *Gorinchem* & de *Lederdam* anno Domini M. CCC. VII. immediate poſt feſtum Paſchæ.

Anno Domini M. CCCC. VII. in profeſto Sanctæ Crucis exaltationis *Wilhelmus* domicellus de *Arckel* cepit opidum de *Gorinchem*, ſed non potuit obtinere caſtrum. Quapropter Dux *Wilhelmus* perrexit feſtinanter cum magno exercitu militum, & cum oppidis *Hollandiæ*, cum Domino de *Vianen* & civitate Trajectenſi verſus *Gorinchem*, & munivit caſtrum ſuum omnibus neceſſariis ad tuendum illud. Quod percipiens *Reynoldus* Dux Gelriæ, quod *Wilhelmus* domicellus de *Arckel* cepiſſet oppidum *Gorinchem*, & quod Dux *Wilhelmus* de *Bavaria* jacuit ante *Gorinchem*, efficitur inimicus præfati Ducis *Wilhelmi* de *Bavaria*, & perrexit magno cum exercitu verſus *Gorinchem* ad defendendum & ſuccurrendum illud. Et Dux *Wilhelmus* præfatus manſit intenter expectando *Reynaldum* Ducem Gelriæ, ſi propius accederet. Sed Dux *Reynaldus* fecit inducias in *Spyk* per medium miliare prope *Gorinchem*. Et eodem die ſine magna

mora

Digitized by Google

mora perrexit versus *Gelriam*. Et Dux *Wilhelmus* postquam providisset castro suo omnibus necessariis cum multis stipendiariis etiam perrexit versus Hollandiam. Et Dominus *Johannes* de *Arckel* & domicellus filius ejus dederunt in manus *Reynaldi* Ducis Gelriæ oppidum de *Gorinchem* cum *Dominio* de *Arckel* & de *Lede*, & *Reynaldus* Dux Gelriæ posuit & misit stipendiarios multos in *Gorinchem* ad defendendum illud. Et inde oritur magna dissensio & guerra inter Hollandiam & Gelriam, quia Hollandenses possederunt castrum, & Gelrenses oppidum, & sic magna dampna invicem fecerunt. Et discordia ista diu duravit, & multis vicibus tractatum fuit de concordia. Sed Dux *Wilhelmus* noluit desuper aliquid audire, nec voluit alicui dare desuper audientiam, quin semper voluit rehabere *Gorinchem*, & manere Dominus de *Arckel* etiam quicquid propter hoc pati posset. Demum ita concordatum fuit ab utraque parte, quod *Reynaldus* Dux Gelriæ daret & restitueret Duci *Wilhelmo* de *Bavaria* oppidum Gorinchem cum omnibus suis pertinentiis, & idem *Reynaldus* Dux Gelriæ ita informaret *Wilhelmum* domicellum nepotem suum, quod renunciaret omni juri, quod haberet vel habere intendit in *Dominio* de *Arckel* & de *Leda*, & quod renunciaret hereditati patris sui *D. Iohannis* de *Arckel* pleno jure, & tali conditione Dux *Wilhelmus* promisit solvere *Reynaldo* Duci Gelriæ rationabili tempore centum millia Coronarum Franciæ. Et sic facta fuit pax & concordia inter Ducem *Wilhelmum* de *Bavaria* & *Reynaldum* Ducem Gelriæ. Et ab ista pace mansit seclusus *D. Ioannes* de *Arckel*. Acta fuerunt in opido *Wyck* ab utraque parte. Et domicellus *Wilhelmus* de *Arckel* renunciavit omnia sicut præscripta sunt. Et *Reynaldus* recepit præfatam summam pecuniarum temporibus ad hoc ordinatis. Et Dux *Wilhelmus* de *Bavaria* acceptatur & homagiatur in *Gorinchem* & in *Lederdam* cum omnibus pertinentiis & attinentiis suis pro eorum vero Domino anno Domini M. CCCC. XII. die XXVIII. Julii. Et dum *Reynaldus* Dux Gelriæ perveniisset ad terram *Gelriæ* concordavit cum D. *Iohanne* de *Arckel* & cum Domicello *Wilhelmo* filio suo pro eo quod dedit in deditione oppidum de *Gorinchem* & de *Lederdam* cum pertinentiis suis, & dedit Domino de *Arckel* domum & castrum de *Oyen* cum pertinentiis suis, & quinque millia florenorum cum dimidio ex theoloneo de

Digitized by Google

Lobeck annuatim recipiendorum, & *Reynaldus* Dux Gelriæ donavit *Wilhelmo* domicello de *Arckel* nepoti ſuo *Dominium* de *Borne* cum pertinentiis ſuis, & propter hoc reciperet *Reynaldus* illa centum millia florenorum. De poſt Wilhelmus Dux Bavariæ deſtruxit caſtrum de *Gorinchem*, & reædificavit illud caſtrum in fine civitatis prope *Merwedam*, ut poſſet introire caſtrum & cum dicto caſtro compellere opidum de *Gorinchem*. Anno Domini M. CCCC. XV. capitur Dominus *Iohannes* de *Arckel* in Brabantia, & perducitur in *ſeptem montibus*, & deinde perducitur in Hollandia, & in captivitate locatur in caſtro *Goudenſi*. Qui ibidem informationem Duci *Wilhelmo* fecit de quodam tradimento impoſito ad captivandum Ducem *Wilhelmum* de *Bavaria* ad tradendum *Reynaldo* Duci Gelriæ. Quod & ſimili modo *Reynaldus* Dux Gelriæ intimavit *Wilhelmo* Duci de *Bavaria*, quum in ſimul fuerunt in Velua, quando ambo pacificati fuerunt.

Anno Domini M. CCCC. XVII. feria poſt feſtum Sanctæ Eliſabeth intravit oppidum de *Gorinchem* Dominus de *Egmonda* cum multis amicis domicelli de *Arckel* cum auxilio & favore intraneorum, qui fuerunt de partialitate *Arckelenſium*, & amici Dominæ *Iacobæ* fugerunt ad caſtrum. Quo percepto *Wilhelmus* domicellus de *Arckel* congregavit multos è Gelria, & partibus ſuperioribus, de diœceſi Trajectenſi, & ſimiliter Leodienſi, & intravit cum eis opidum de *Gorinchem*. Quod valde diſplicuit *D. Iacobæ* & congregavit magnum exercitum ex Hollandia, Zelandia, cum illis de *Trajecto* & *Amersfordia*, & cum illis perrexit perſonaliter verſus *Gorinchem* ad ſublevandum & ſubveniendum amicis, qui erant in caſtro, & intravit caſtrum cum militibus ſuis per portam aquæ à parte aquæ *Merwedæ*. Et illi de *Trajecto* & de *Amersfordia*, qui adhuc erant in navibus fregerunt aquæ portam & ampliaverunt & fecerunt aliud foramen in muro, ut eo facilius poſſent intrare caſtrum, & pervenerunt ſic in præfatum caſtrum. Quod tamen mirum fuit, quia Domicellus de *Arckel* habuit bene tunc temporis XXXV. centum homines bene armatos in opido de *Gorinchem*, & idem domicellus de *Arckel* fecit unum foſſatum, quod dividebat caſtrum ab opido, ut ne illi de caſtro faciliter inſultum contra opidum facerent. Attamen ſtipendiarii *D. Jacobæ* una cum militibus *Trajectenſibus* & *Amersfordenſibus* feſtinanter exiverunt

Digitized by Google

verunt caſtrum prædictum & pertranſierunt foſſatum noviter factum vexillis extenſis. Et vice verſa domicellus de *Arckel* ſtetit cum ſuis ſimiliter vexillis extenſis in platea, quæ directo reſpicit caſtrum, & viderunt inimicos eorum pertranſire foſſatum contra eos audaci animo. Quo viſo domicellus de *Arckel* cum ſuis audaciter acceſſit contra inimicos ſuos. Et fortiter ibidem ab utraque parte dimicatum fuit cum magna preſſura. Demum aliqui, qui fuerunt pro parte domicelli de *Arckel* retroceſſerunt aliquantiſper, & ſine honore fugerunt, & amici Dominæ *Iacobæ* prævaluerunt, & campum obtinuerunt. Et ex parte *Arckelenſium* ibidem interficiuntur domicellus *Wilhelmus* de *Arckel*, qui tunc factus fuerat miles, *D. Ioannes* de *Herwynen*, *D. Henricus Baſtardus* de *Arckel*, Domicellus de *Peterſſem*, Domicellus *Otto* de *Bueren*, *Otto* de *Gellichem*, *Otto* de *Hauten*, *Wilhelmus* de *Apeldoern*, *Splinterus* Baſtardus de *Nieuwenrode*, & multi alii cum *Walravio* de *Bredenroede*. Iſti captivati fuerunt in prædicto prælio Comes de *Vernenburch*, *Allardus* domicellus de *Bueren*, Dominus de *Egmonda*, Dominus de *Midlindonck*, Comes de *Heynsberge*, Dominus de *Poederoyen*, *D. Henricus* de *Homoet*, Mamburnus de *Vallendorp*, *D Wilhelmus* de *Yſendoern*, *D. Theodoricus* de *Lienden*, *D. Arnoldus* de *Oirdingen*, & *D. Raſo* de *Oirdingen* frater ejus, *D. Arnoldus* de *Craenbem*, *D. Henricus* de *Hemen*, *D. Arnoldus* de *Kalve*, Dominus de *Batenberch*, Domicellus de *Aerſlot* & de *Bueren*, *Arnoldus* de *Egmonda*, *Otto* de *Vueren*, *Iohannes* de *Eyteren*, *Iohannes* de *Oyen*, Domicellus *Alardus de Bueren*, & quam multi alii nobiles & ignobiles, qui hic non nominantur uſque ad duo millia ab utraque parte. Ex parte vero *D. Iacobæ* interfectus fuit ibidem *D. Walravius* de *Bredenroede*, qui factus fuit ibidem miles, & interfectus fuit ibidem propter negligentiam famulorum ſuorum. Acta fuerunt hæc anno *Domini* M. CCCC. XXII. ipſo die Eligii ſcilicet prima die Decembris.

Vi Iacob belli Gorcum ruit Arckel Eligi.

Iohannes decimus quartus Dominus de *Arckel*, de quo ſupra dictum eſt, captus fuit à Domino de *Sevenbergen*, & *Theodorico* de *Mewen*, & *Philippo* van der *Lecke*. Tandem anno Do-

mini M. CCCC. XXVIII. die XXV menſis Auguſti obiit illuſtris *Iohannes* ultimus Dominus de *Arckel* (1) in Dominio de *Lederdam*. Sepultus in Eccleſia in choro ejuſdem opidi in ſarcophago decenti. In cujus epitaphio cum armis ſuis habentur hæc metra.

Vermibus hic donor, & ſic oſtendere conor,
Et ſicut hic ponor ponitur omnis honor.
Siquis eris qui tranſieris, ſta, reſpice, plora.
Sum quod eris, quod es, ipſe fui, pro me precor ora.

Anno

(1) Lederdami anno ætatis LXV. Vid. *deſcript Gorincb. lib.* 2. *p.* 238. Biennio adhuc ante acceperat in feudum Dominium de Haeſtrecht & quædam alia, quorum meminit charta ann. 1426. *Wy* Peter *van den* Steene *bi der genaden Gods Proeſt t' Oudemunſter t' Utrecht doen kond ende kenlic allen luden, dat wy verleyet ende verleent hebben, verleyen ende verlenen mit deſen tegenwoordigen brieve den Edelen Heren* Jan *van* Arkel *Heer tot* Pierlepont *ende 's Lands van* Mechelen *die Herlickheyt van den lande van* Haeſtrecht, *gerecht, tinſe, ende tiende te lande ende te water, ende alle die manne, die daer van outs an der Herlickeyt toe beboren. Ende hebben mede verlyet ende verlenet den ſelven Here* Johan *dat gerecht after* Everdingen *op* Outena *gebeten die tien* hoven *mit tins, tienden, ende al ſyn toebeboren te water ende te lande, alſo als 't gelegen is ſtreckende uter beerſcappyen van* Hagenſteyn *aen* Lange Bolgerien, *daer die Heer van* Culenburch *mit enen gerecht boven naeſt gelant is, ende die Heer van* Vianen *mit enen gerecht beneden naeſt gelant is, dat by van ons ende van onſer Proefſtyen te leen bout. Item enen acker lants gelegen tot* Everdingen *in de Heerſcappye van* Hagenſteyn, *ſtreckende uter Lecke aen den Hautenaeſcben weeb, daer boven naeſt gelant is* Herman *van* Everdingen, *ende beneden Heer* Jan *van* Arckel *Heer tot* Pierpont *&c. voerſz. Item noch een vrye boeve lants te houden van ons ende van onſe Proefſtyen in allen manieren, ende gelikerwys als by ende ſyn voerſaten deſe goede ende Heerlicheyt voerſz van ons ende van onſer Proefſtyen te houden plagen, behoudelic ons ende onſer Proefſtyen voerſz ende elker malc ſyns rechts. Hier waren over ende aen daer dit geſchiede,* Claes Boerman *Jacops ſoen, ende* Willem *van* Keſſel *Claes ſoen, alſſe manne ons ende onſer Proefſtyen voerſz, ende anders vele goeder lude In oirconde der waerheyt ſo hebben wi onſen ſegel aen deſen brief doen hangen. Gegheven int jaer ons Heren* CIO. CCCC. *jes ende twintich, op den leſten dach van December.*

Digitized by Google

Anno Domini . . . . cum *Iohannes* de *Arckel Bruxellam* equitaſſet ad exequias illuſtriſſimi Principis *Antonii* Ducis Brabantiæ, qui occiſus fuit in bello ab Anglicis, in reditu ſuo doloſe per inſidias capitur per *Theodoricum* de *Merweda* & Dominum de *Sevenbergen* cum ſuis in confinibus Brabantiæ, quem ſecrete duxerunt coopertum alba toga dominorum Teutonicorum, ne agnoſceretur, ad Ducem *Wilhelmum* Comitem Hollandiæ. Qui ab inimicis carcerali cuſtodiæ mancipatus multotiens immerito illuſus, deriſus, & ſpretus fuit, ut gaudentes ſatiarentur de pœna gemituque ipſius. Deinde tranſlatus eſt ex *Haga Comitis* ad caſtrum in *Gauda*, poſtea in *Sevenbergen*.

Epitaphium Wilhelmi Domicelli de Arckel.

Wilhelmus gratus Arckel domicellus amatus,
Vir bene formatus, ſapiens, audax, placitatus,
Gorcum proſtratus bello jacet hic tumulatus,
Vita privatus, qui ſit ſanctis ſociatus.
Hæc peto virgo pia mater benedicta Maria
M. CCC. *quater ſeptemque decem fuit annus, & illo*
Eligii feſto ſemper memor ipſius eſto.
Pro quo dignare tu qui legis iſta rogare.

Notandum, quod licet Duces ſequentes Juliæ & Gelriæ per filiam Domini de *Arckel* propagati deſcenderunt, tamen in iſto *Wilhelmo* defecit nobile *Dominium* de *Arckel*, quo ad arma & quo ad veram & directam virilem lineam primorum illuſtrium Dominorum de *Arckel*, qui ſemper viri bellicoſi, potentes, fortes, viribus & omni probitate pollentes fuerunt, præceptis ſuorum ſuperiorum comparentes, bella horrida & multa proſpere geſſerunt, qui ſicut terrena potentia magna ita maxime ingenuitate & nobilitate floruerunt. Nam primi parentes de *Arckel* de *Oechtenſi*, *Verneburgenſi*, *Sterckeburgenſi*, *Flandrenſi*, & *Hollandenſi* Comitibus deſcenderunt. Itaque ſubſequentes Domini ſucceſſive à Clivenſi, Barenſi, Lotharingenſi, Juliacenſi, & Gelrenſi Ducatibus propagati ſunt. Et quamvis octonarii domicelli de *Arckel* ordinate & placide patent in metris de obitu *Mariæ* Dominæ Egmundenſis ſororis Domicelli de

Arckel ac matris Ducis Gelriæ & Juliæ, tamen hic ordinare decrevi de ſexdenis armis propagationis ejuſdem domicelli, quæ ſunt iſta, videlicet ex parte patris patris ſui, primo de *Arckel*, *Clivia*, *Voern*, & *Vernenburch*, ex parte matris patris ſui ſunt iſta, videlicet Ducatus *Barenſis*, *Lothringenſis*, *Namurcenſis* & *Francia*. Ex parte matris matris ſuæ, *Gelria*, *Anglia*, *Mechlinia*, & *Comitatus St. Pauli*.

Vid. deſcript. Gorinch. lib 2. p. 208.

Et hæc de guerra Domini præpotentis Baronis de *Arckel* contra *Wilhelmum* Principem Hollandiæ ita diſcrete præſenti chronographo inſerui & ordinando veridice annotavi, ut diſcant in poſterum omnes præpotentes divites & nobiles Barones ſuperioribus ſuis obedire, & ſe nullo modo eis opponere, cum legendo perpendent fortiſſima bellica geſta & multa Domini de *Arckel*, qui tamen victus violentia & potentia magnanimi Principis Ducis *Wilhelmi* Comitis Hollandiæ, cum tamen nullus Baronum totius *Almaniæ* ditior eo in certis annuis reditibus ſuo tempore repertus eſt, ut liber computationum declarat. Habuit enim ultra xxxiv. *duſent* annuatim nobilia Anglicana. In Dominiis & potentia nullus major eo fuit. Habuit enim præter *Dominium* de *Arckel* forte & magnum caſtrum in Ducatu *Barenſi*, nobile *Dominium* de *Pirlepont*, cum multis caſtris & villis, in Ducatu Limburgenſi *Dominium* de *Sittert* cum ſuo diſtrictu, in Brabantia totam terram *Mechliniæ* cum caſtris & egregiis villis, in Gelria *Gellickemanſem*, *Driel*, caſtrum de *Oyen* cum aliis villis, & alia multa in Hollandia, videlicet opidum de *Haeſtrecht*, *Vliet*, *Stolwyck*, & fere totam terram infra *Goudam* & *Scoenhoven*, & multa alia *Dominia* in Zelandia, *Dominum* de *Kerkem* cum ſuo diſtrictu, in territorio Trajectenſi prope *Lopyck* aliquas villas & plura alia *Dominia* hinc inde, quæ cauſa brevitatis, ne faſtidium legentibus eſſet, ſcribere ſuperſedeo. Et licet ita nobilis, ita potens, ita hominibus amabilis, tamen in morte lamentabiliter derelictus idem Domicellus de *Arckel*, factus opprobrium hominum, & abjectio plebis, manſit nudus, proch dolor, vulneratus dire, volutatus in ſterquilinio. Vere vere ſecundum gloriam nativitatis ſuæ multiplicata fuit ignominia mortis ſuæ. Nam natus per Epiſcopum dioecesanum baptiſandus cum magna pompa & ſolempnitate ad baptiſterium in oppido de *Gorinchem* portabatur per tres nobiles Barones de ſanguine & armis de *Arc-*

kel

Digitized by Google

kel directe descendentes, qui fuerunt Dominus de *Heuckelom*, Dominus de *Asperen*, & Dominus de *Ackoy*, quem & susceperunt, & levarunt de fonte tanquam patrini, illustrissimus pater & Dominus *D. Florentius* de *Wevelichoven* Episcopus Trajectensis victoriosissimus, *Wilhelmus* avunculus suus Dux Juliæ & Gelriæ, & nobilis Domina de *Gennep* mater domicelli *Walrani* de *Bredenroede* in præfato bello secum occumbentis. Et hæc de Dominis de *Arckel* sufficiunt pro præsenti.

Cujus exequiis expletis videlicet de Domino Johanne decimo quarto Domino de *Arckel* præfato *Arnoldus* Dux Gelriæ tanquam verus heres avi sui homagiabatur in eodem oppido de *Lederdam* cum reliquis *Dominiis* ejusdem, sed de beneplacito nobilis *Iohannis* Domini de *Egmonda* & *Yselsteyn* patris sui contulit eadem *Dominia* cum opido Illustri *Wilhelmo* de *Egmonda* fratri suo cum *Dominio* terrarum *Mechliniæ*, de *Baren*, de *Berghena* &c. Eodem anno iv. die Augusti *Wilhelmus* Dominus de *Bueren* & *Bæsinchem* invidens prosperitatem & felicitatem *Arnoldi* Ducis Gelriæ Principis sui, sicut semper à principio invidebat, pactum dolose contra eum iniit cum *Rudolpho* de *Diepholt* Postulato Trajectensi, cum Domino *Iobanne* de *Langeraeck*, cum Domino *Theodorico* de *Merwen*, cum Hollandinis Hoeckensibus, & multis aliis, Ducem Gelrensem suum verum Dominum proponens cum eisdem sagaciter capere, spoliare, & devastare oppidum *Tielense*, & omnia circumcirca. Exercitu igitur per præfatos congregato misit Nuncium suum die præcedente callide in extremitate Ducatus Gelriæ cum literis diffidationis suæ videlicet ad oppidum *Erckelens*. Eodem vero die misit Nuncium suum secretum ad Consulatum & Rectores oppidi *Tielensis*, deprecans quatenus dignarentur omni negotio postposito venire ad *Bueren* prope eum, eo quod secreta multa haberet conferre cum eis. Qui doli ignari fere omnes venerunt. Cum ergo omnes in castro essent, & libenter expeditionem ad redeundum habuissent, dixit eis, quod expectarent per illam noctem apud eum, crastina die lætus exponeret ipsis mentis suæ conceptum. Statimque ita ordinatum erat, quod nullo modo castrum exire valebant. Igitur circa crepusculum cum ad Trajectenses se præparassent ad reysam, & nobilis *Iacobus* domicellus de *Gaesbeeck* eodem tempore improvise Trajectum venisset, & finem reysæ clam percepisset, illico præ-

Digitized by Google

præmiſit curſorem ſuum ſecrete per aliam viam ad opidum *Tyelenſe* & ad Conſulatum ejuſdem oppidi, quatenus proviſi & vigiles eſſent, eo quod talis exercitus eſſet in motu, & nil aliud didicerat, quin opidum ipſorum expugnare & devaſtare propoſuerunt. Nuncius in *Tiel* veniens & Scabinos & Conſulatum non inveniens tradebat litteram ſenioribus aliquibus *Tielenſibus*. Qua perlecta & ſane intellecta poſt multiplices gratiarum actiones domicello de *Gaesbeeck* factas clauſis & obſtructis portis poſuerunt excubias in fortalitiis ſecretiſſimo ordine quo poterant, conquerentes gemendo de abſentia Conſulatuum invicem. Venientes igitur præfati Domini cum grandi exercitu apud *Tyelam* nil ſiniſtri ſuſpicando, quin ſine obſtaculo idem oppidum caperent, ſtatim cum appropinquaſſent portæ, protenus ſimul & ſemel *Tyelenſes* emiſerunt multas bombardas in forenſem exercitum occidentes aliquos & vulnerantes plurimos & ſic retrocedere exercitum compulerunt. Attonitus ergo & admirans de his Dominus de *Bueren*, quæ ibi fiebant, eo quod haberet Conſulatum opidi in caſtro ſuo, nec ſic recedere volens ſeceſſit cum exercitu ad aliam portam in villam *Zandtwyck*, ut ibi opidum oppugnaret. Sed intranei propter bombardas per ipſos emiſſas totum exercitum fugere compulerunt. Sed cum ad tertiam portam id ipſum attentaſſet, & nihil proficeret, ſed magis ſuos deficere vidiſſet, confuſi cum dedecore receſſerunt conflagrantes aliquas domos in villa de *Zandtwyck*, & partem de *Drempt*, de *Zoelen*, *Waddenoye*, & *Malſen*. Inſuper quinta die Septembris combuſſerunt partem clauſtri inſulæ Mariæ, & ſpoliaverunt illud. Igitur ſexto die Septembris *Arnoldus* Dux Gelriæ adveniens cum Gelrenſibus igne conſumpſit omnes villas in territorio ſeu Dominio de *Bueren*, & poſt ſucceſſive excidit & deſtruxit pomeria & arbores quaſi totius Dominii de *Bueren*. Sequenti anno ipſo die decollationis Sancti Johannis *Baptiſtæ* facta eſt pax inter *Arnoldum* Ducem Gelriæ & Dominum *Wilhelmum* de *Bueren*, & hoc magnis precibus amicorum ſuorum.

FINIS.

Digitized by Google

SIBRANDI LEONIS FRISII

Vita & Res Geſtæ

ABBATUM HORTI DIVÆ VIRGINIS,

SEU

MARIENGARD,

Apud Friſios.

Digitized by Google

SIBRANDI LEONIS FRISII

Vita & Res Geſtæ

ABBATUM HORTI DIVÆ VIRGINIS,

SEU

MARIENGARD,

Apud Friſios.

De Origine Candidiſſimi Ordinis

PRÆMONSTRATENSIS.

ANNO redempti orbis CIↃ. C. XX. tempore *Honorii* II. Pontificis Romani, *Norbertus* † Lotharingus genere, divitiis atque facundia clarus, Sacerdos relicta ſeculi pompa ordinatur, (1) *Magdenburgenſis* Eccleſiæ Canonicus exiſtens, divino ſpiritu vocis inſtar raptus verbo prædicationis inſtitit, nudus nudum ſequitur Chriſtum. Quorundam etiam religioſorum moribus exploratis, ſumpto habitu (2) candido, internam mentis puritatem

† Vid. ad Emon to. 3. *Analect. pr.* **Nobis Tom. 2. p. 8.

(1) Mox & Archiepiſcopus. Vita S. Ludovici Comitis de Arnſtein apud Brouwer. Ann. Dni CIↃ. C. XIX. *beatæ memoriæ Norbertus* XIII. *Magdeburgenſis Archiepiſcopus venit Præmonſtratum, & habitum, quem non ab homine neque per hominem accepit, Apoſtolicis ſanctionibus confirmatum fratribus obſervandum tradidit.* Alberic. ad Ann. 1119. *Ordo Præmonſtratenſis cæpit hoc tempore per virum mirabilem Norbertum natione Teutonicum &c.*

(2) Præmonſtratenſium hic. Unde & orta hinc contentio inter ipſos & Carmelitas. Hoſpinian. *de orig. monach. lib. 7. cap. 12.* Gabbem. *deſcript. Leovard. p. 527.*

Digitized by Google

tatem vitæque innocentiam declarans vitam inauditæ auſteritatis aſſumpſit, per aliquod tempus nudis etiam brumali tempore inceſſit pedibus, nec deſtitit verbum Dei ſpargere, animas Chriſto lucrifaciens, & ab Honorio benigne exceptus (1) ordinis confirmationem Præmonſtratenſis, quam flagitabat, digne conſecutus eſt. A Calixto commendatur *Bartholomæo* Epiſcopo Laudenſi. Quo adjutore in pago *Præmonſtratum* dicto divinitus inſpiratus reſedit, ibique ſolitariam & religioſam vitam agens multoſque fratres colligens regulam S. Auguſtini ſuſcepit. Vid. Vinc. *in Spec.* Naucler. *gener.* 31.

De Fundatione Horti divæ Virginis

MARIGAERD.

Anno virginei partus CIↃ. C. LXIII. monaſterium Horti Divæ Virginis MARIGAERDE fundatur à venerabili & Deo dilecto viro Dn. *Frederico*, Feikone Eccleſiæ in Hallum paſtore. In pago prædicto honeſtis natus parentibus, patre *Dodone*, matre *Sibrich*, in ipſa adoleſcentia mortuo patre, ſuorum præſidio deſtitutus, à matre vidua honeſte educatur, prima Grammatices præcepta *Hallemi* didicit. Quibus edoctus *Monaſterium* Weſtphaliæ ſtudiorum gratia profectus, & pietati & literis plurimum addictus fuit. Cœnobium *Inſulæ S. Mariæ* frequentius accedens, cœnobitarum pietate, vitæque puritate motus ipſam ordinis Præmonſtratenſis diſciplinam amplexus mirum in modum ſtuduit promovere. *Hallemis* rediens, *D. Feiko* paſtor ſenio confectus, juvenis probitate motus, ipſum propriis ſumptibus ſacerdotio conſecrari curat. Sacerdotium adeptus defuncto *Feikone* omnium ſuffragiis ſucceſſor *Feikonis* declaratur.

Hac

(1) Ordo ergo & vivo eo & jam mortuo confirmatus. Quod neceſſario dicendum, ſi & hunc conferas & Albericum ad Ann. 1134. cum Henric. Wolteri apud Meibom. to. 2. *rer. Germ.* ad Ann. 1144. Alberic. ad d. Ann. *Obiit S. Norbertus Archiepiſcopus de Maideburg octavo anno ſui Pontificatus.* Henr. Wolteri ad d. Ann. *In illo etiam anno incepit ordo Canicorum regularium, qui dicitur Præmonſtratenſis, in loco Franciæ, qui dicitur Præmonſtratum, & licet aliquot annis fuit antea, tamen tunc primum fuit confirmatus.*

Digitized by Google

Hac dignitate tametſi ſublimatus nondum illa ordinis pietatiſque ſeminaria olim in *inſula* recepta exciderant. Igitur quo pacto id quod mente ferebat, ut tandem præſtaret, quum necdum ob varia hominum tumultuantium bella, cædes, & latrocinia, templorumque inflammationes videret, homines tandem gravi æterni ſupplicii denuntiatione cœpit movere, inſtare, præterque modum hortari ad reſipiſcentiam, paratam omnibus ſalutem, dummodo poſthabitis carnis deliciis, fraude, & invidia, belli fomite, actaque de prioribus pœnitentia, ipſum Chriſti veſtigia meditantem imitarentur. Hac verborum ſerie ſacro cooperante pneumate hominum animos ſic commovit, ut plures etiam genere nobiles, factiſque inſignioribus clari poſthabito mundo in Eccleſia *Hallemenſi* ſumpto habitu candido monaſticem profeſſi ipſius ſubderentur ordiniſque diſciplinæ. Horum præcipuus *Goſlichus* ex *Goſlinganis* nobilibus fuiſſe memoratur, relicta uxore ex conſenſu, & liberis omnique ſubſtantia ſe totum Chriſto vero zelo incitatus obtulit. Hujus factum *Vibrandus* animo ferox, gloria belli clarus, familiæ Camminganæ ex *Blia* æmulatus id ipſum præſtat. *Fredericus* horum confluxu quotidianiſque incrementis fervidior factus ſeceſſum parat, locum exædificandi monaſterii decernit, quod dum per ſe utpote opibus deſtitutus efficere nequit nobiliſſimæ matronæ *Sia* matris *Renici* cognomento *Magiſtri* nobilis de *Martena* præſidio & munificentia adjutus eſt, cui & honeſta matrona *Gertrudis* in *Dreſem*, *Kemponis* & *Aſgonis* de *Blya* cognata (unde *Camminganí*) acceſſit, eandem in conferendis opibus præſtans munificentiam quam *Sia* præfata. His veluti patronis ſtipatus vir Deo dilectus Anno 1163. novam erigit ædiculam ſacram, Divæ Virgini, Sanctoque Joanni Euangeliſtæ conſecrandam, primumque in ea ipſo die exaltationis S. Crucis Sacrum celebrat. Inter reliquos pietate præſtantes, ordinis amplectendi cupidos & initiatos tres ſimul fratres germanos in ſuum recepit collegium, qui præter modum fidei ardore incenſi valde proficiunt. *Taco* horum major, impetrata à Dn. Frederico venia, abiit, & ex proprio collegio à ſe creato duo alia inſtituuntur ejuſdem ordinis monaſteria, unum in terra *Tranſlavicana Mernæ*, alterum in *Dockum* ad S. Bonifacium. Capella nova elaborata adduntur & reliquæ domus receptui commodæ, ſic ut plurimorum eſſent

capaces. Hinc religionis ſollicitudine magis accenſus aſſumpto ſecum *Alardo Taconis* fratre *Steinfeldiam Eiſtianæ* ditionis properat, re cum Præpoſito communicata ordinis inſtituta omnia impetrat. Addit præterea comitem *Hermannum* Priorem, quo gaviſus, relicta *Colonia*, domum revertit. Accreſcente indies virorum ac fœminarum multitudine, videns monaſterium pro temporis ratione ſatis auguſtum, minuſque tutum judicans utrumque ſexum unis habitare ædibus, & ne res tam pia & ardua aut Sathanæ verſutia, aut hominum pravorum calumnia ſuo ſplendore fraudaretur, locum ædificandi ſacris virginibus cœnobiolum impetrat in *Bethleem*. Quo tandem erecto è veſtigio illas ſimul transfert. Viris literatura & cantus Eccleſiaſtici ſcientia claris certo pretio conductis illas omni & neceſſaria doctrina imbui curat. His piis operibus vir Deo dilectus ſemet exercens anno præfecturæ XIV. in *Bethlehem* gravi morbo correptus vitæ finem certis indiciis præſentiens domum redit. Sacro in *Hallem* celebrato in ipſo ſuo præſentibus omnibus monaſterio diem claudit extremum. In ædicula ſacra ab ipſo fundata altiori ſarcophago tumulatus quieſcit anno Domini CIↃ. C. LXXV.

ENTO Abbas II.

Frederico cœnobiarcha defuncto communi fratrum electione ſufficitur Dn. *Ento Entetus*. Hic ſumma laude præfuit annos octo, ampliandi monaſterii percupidus, ubi videt religioſorum numerum ardore cœleſti accenſum indies creſcere, ſic ut locus parvis initiis occeptus omnium vix capax fuerit, ſummo ſtudio majori ambitu ipſum auxit. Templum novum ingenti opere à fundamentis erigens lapidum laborat inopia. Daventriam profectus lapides tophinos montibus exciſos comparaturus marſupium manibus elapſum, nummis diſtentum, in ipſo Rheni alveo amittit, amiſſum precibus ad Deum fuſis recuperat. Hos Daventria per ſylvam vectos navigio adducit, quibus ipſam ædem ſacram forma quadrangulari feliciter ad ſummum culmen perducit. Horæ mortis proximus collectis omnibus animulam Deo reddit Præfecturæ anno octavo, ſalutis CIↃ. C. LXXXIV. III. Non. Sept.

GERBRAN-

Digitized by Google

GERBRANDUS Abbas III.

Gerbrandus vir doctus ac prudens, suæ fratrumque salutis admodum sollicitus octavo sui muneris mense in Domino moritur Ann. CIↃ. C. LXXXV. V. Non. Sept. III.

JOANNES Abbas IV.

Domino *Gerbrando* defuncto *Joannes* honestis natus parentibus, vir omnibus modis laudabilis, monasterii commodis consulens, quicquid perpetua *Joannis* valetudine adversa, aut temporis brevitate intermissum fuerat, summo studio prosequitur, monasterium suis extructum terminis consecrari curat Anno Domini 1190. Hic moriens Dn. Syardum ipsi notissimum in dignitate subsequi postulat. Moritur anno 1194. XII. Kal. Julii. IV.

SYARDUS Abbas IV.

Syardus ob ingentem pietatem inter reliquos Frisiæ patres clarus extitit. D. *Joanni* succedens virtutum operibus omnium in se favorem excitat, unde & mirum in modum monasterii structura crescit, opem ferentibus iis, quorum intererat viri tanti favorem & gratiam consequi. Cum fratribus simul refectorium intrans eisdem utitur eduliis, nec lautioris quicquam admittit, & siquid hujusmodi allatum esset, novitiis ab illo datum constat. Quo facto fratrum in se favorem summopere concitat. Nudis pedibus diurna nocturnaque sacra frequentans omnium perpetuum in Deum Opt. Max. fervorem excitat, nec * chameuniis humi dormitionibus abstinuit. Unde & summæ per *Frisiam* æstimationis habitus multorum animos ad conservanda monasterio donaria sua commovit. *Sylvani*, quorum tunc temporis summæ in cespitum fodinis erant divitiæ, lata admodum prædia hujus viri amore ob sanctitatis opinionem capti, latissimos agros in Bachaleem ultro ipsi offerunt. Eo profectus novam capellam, *Mariæ Curiam* ab ipso nominatum, constituit. Ad prohibendam maris salsi inundationem ipsius cum reliquis fratribus sumpto ligone haud dedignatur reſtaurare V.

* χαμαιεύνας, humi ſtratus, χαμαιυνία, humi dormitio, à χαμαὶ humi, & εὐνὴ, cubile, lectus.

Digitized by Google

reſtaurare agros marinos. Eunti ad fratrum poſſeſſiones, quas grangias nominant, pauperes & mendicos ſequentes ſemper habuit, quibus juſſit menſam ſterni, & cibis adornari, ipſe ſemper jejunus. Tantus in ipſo divinæ contemplationis fervor urgebat, ut ad quaſvis occaſiones etiam leves ſupernæ dulcedinis memor ſequentes Sacellanos ad ſimilem mentis aciem hortaretur. Choreas virginum in *Icllum* tranſiens ſuis ſtipatus Sacellanis paululum deflectens longam habet de cœleſtibus ſpirituum † choreis, tripudiis, & exultatione angelorum orationem. O quanta cœlitum lætitia, ubi quis ſpreto mundo Chriſtum ſponſum ſequitur: Unde & Dominus viri hujus delectatus calore indefeſſo multam ipſi miraculorum gloriam conceſſiſſe memoratur. Vitæ curſu feliciter acto anno ſuæ dignitatis triceſimo ſexto, ſalutis CIↃ. CC. triceſimo relicto corporis ergaſtulo migrat ad Dominum ipſa nocte S. Brictii Epiſcopi.

† choris.

SIBRANDUS Abbas VI.

VI. Monaſtici omnes hujus piiſſimi patris exitu triſtes, accerſito Dn. *Syardo* Abbate Lidlumenſi, & D. *Tadone* Abbate in *Doccum* ædem ingreſſi Capitularem invocata Spiritus Sancti gratia electionem proponunt. Collectis omnium ſuffragiis *Sibrandus* Abbas nominatur. Illo nominato *Goſlicus* & *Reinerus Macharii* Steinfeldenſes ipſum confirmant. Fuit *Sibrandus* corpore admodum gravi carnoſo & pingui, quod ipſi in obeundis muniis difficultatem peperit. Quam obrem variis intentus negotiis plures ſibi Sacellanos adjungere cogitur. Hujus temporibus de juriſdictione Eccleſiaſtica, de quibuſdam quoque agris *Emoni* Abbati primo & fundatori in *Florido Horto Vitteverum* ſumma contentio fuit cum * *Herdrico* Præpoſito primo in *Schelvolda* viro potente & divite Groninganæ ditionis nobiliori. *Sibrandus* Abbas primarius ab *Emone* ad dirimendas lites vocatus eo proficiſcitur. Fit plurimorum Abbatum & procerum Eccleſiaſticorum ex tota Fivelgonia, Huneſgonia, Reydenſi territorio, *Dammonæ* conventus, cui ſimul interfuit legatus Epiſcopi Monaſterienſis, *Gayco* Præpoſitus in *Farmſum*, Præpoſiti *Schelvoldenſis* avunculus. Uterque vocatus adhibitis teſtibus ad unguem examinatur. Rei veritate comperta *Herdericus* ſuccumbit, damnatur reſtitutionis, atque ob proterviam & rebellionem

* Vid. de eo Emon. to. 3. *Analect.* p. 96. & ſeqq.

** Nobis *Tom.* 2. p. 66.

Digitized by Google

lionem excommunicatur. Poſtmodum ex Primatibus ſubmiſſi ipſum *Sibrando* reconciliant. Hinc domum revertit. Collegii ſacri doctorum virorum fama ubilibet locorum divulgata multos ad ſua conferenda donaria allexit. Unde ex Hollandia plerique mediam inſulæ *Marcken* ditionis Hollandiæ *Amſtelrodamo* proximæ partem dono datam, reliquam centum libris monetæ Hollandicæ à prudenti œconomo fratre *Ulpio* de *Feyntjum* collectis, ſtudio *Sibrandi* à nobilibus de *Perſyn Nicolao* & *Joanne* eſt mercatus. Quo facto ædiculam ſacram, *Mariæ Curiam* ab ipſo appellatam cum aliquot agriculturæ præficiendis converſis eo miſit & erigit. Accidit præterea hujus temporibus memorabilis clades exercitus Epiſcopi Trajectenſis *Ottonis*, ex illuſtri Comitum Lippenſium familia. Hic pro defenſione juris Eccleſiaſtici, pro conſervandis per *Drentiam* & *Tuentiam* decimis, quas incolæ negabant Præſuli præfato, collecto exercitu juſto cum illis certamine conflixit. Superatus ipſe cum omnibus ſuis ad internecionem deletur. Quo in loco poſtmodum ſuccedens Præſul, re cum hoſtibus pacificata, monaſterium ſacrarum virginum *Aſſen* dictum, ipſis *Drentonum* ſumptibus erigi, certis agris & redditibus annuis ditari præcepit. *Ulbrandus* Hildeſemenſis Canonicus Comitis Oldenburgii frater *Ottoni* in Præſulatu ſuccedens, vindicandæ cædis cupidus, habito omnium Eccleſiaſticorum & Ordinum conventu, reprimendæ *Drentonum* audaciæ, & obtinendi juris Eccleſiaſtici modum inveſtigans prælium rurſum ineundum ſtatuit. Crucem in illos prædicari jubet, variantibus animis, quod non æque omnes hoſtibus eſſent infenſi, nec amici. Crux nihilominus prædicari decernitur, ut vel hujus terrore *Drentones* reſipiſcerent, jugoque colla ſubmitterent Eccleſiaſtico. *Drentones* ut ex illata cæde animoſiores facti duce *Rodolpho* Caſtellano Covordienſi, *Heymone* robuſto ductore, armato animo Epiſcopo ſeſe objiciunt, in ipſo conflictu calliditate uſi regreſſum ſimulant, quouſque hoſtes acriter inſequentes in loca admodum paludinoſa lutoque tenaci plena deducant. Hic velut pedicis & laqueis inextricabilibus capti ab hoſte incurſante miſere trucidantur. In eo conflictu Abbas *Sibrandus* ſummum amicum *Heſſelum* Oſtergo Decanum, virum inſignem deſiderat. Hic ab ignoto hoſte captus auri plurimum pro redemptione pollicetur. Hæc eo promittente à tergo imminens hoſtis illiſo capiti bacillo ip-

ſum excerebravit. Hujus cadaver ad *Hortum* delatum tumulatur. *Rodolphus* & *Heymo* poſtmodum capti decollantur, rotis injecti volucri exponuntur. Sic meritas perfidiæ pœnas luunt. *Anaſtaſia* illuſtriſſima Dux Pomeraniæ Abbatis *Ottonis* in *Brelborch* pietate mota ipſum *Sibrandum* Abbatem accedere jubet ſententiam animi ſui explicatura. Decreverat nempe fœmina divino fervore incenſa novum in *Slavonia* erigere cœnobium ſacrarum virginum, quod & opere præſtitit, ipſum à fundamentis erigens, quod à rubis, quibus obſitum conſtabat, dici voluit, quo & ipſi Duciſſæ commigrare in mente erat. Ille arrepto itinere eo profectus omnem rem Abbati aperit. Huic collegio virgines ex collegio Bethleemitico ſumptas imponi poſtulat. Abbas fœminæ in Deum fervore gaviſus obſequitur. In *Bethleem* profectus prolixa oratione illas ad obſequendum hortatur. Sanctum, pium, & Chriſtianum opus Chriſto & Patribus obtemperando ipſius promovere cultum, atque ad honorem Dei novas colligere Chriſto militantium familias. Quibus verbis & obedientiam & lachrymas extorquet, ſic ut omnes ſimul, quotquot erant numero, unanimi conſenſu ſeſe obtemperaturas promitterent, ipſus ex omnibus eligat, quas profectioni aptas norit. Eliguntur ex præſtantioribus decem. *Anna* ex nobili familia *Markelen* Renici ex ſorore neptis, *Sibriga Ottonis* Abbatis ſoror, *Elske* Groningana, *Ents* Leovardiana, *Tett* ex *Marne*, *Tetta Veſtringa* ex Weſtergoa, ſic dicta, quod eo tempore ob maris interfluentis æſtum *Friſia* fuerit bimembris, & modo maris receſſu in terram novam mutata coierit, D. *Margareta* Groningenſis, & altera ejuſdem nominis, *Winna* de *Optuyſel*, *Ints* filia *Jeldardi* Prioris in *Doccum*. Hæ ſimul abeuntes impoſitæ navibus magnum fletum excitant, quod reliquæ manentes illas in vita hac nunquam viſuras crederent. Hamburgam ingreſſæ Slavoniam proficiſcuntur ab *Anaſtaſia* ſumma humanitate exceptæ diviſis utrique filio provinciis. *Rubum* Duciſſa comite adeunt debita humilitate ſeſe ordinis rigori ſubjicientes. Fuit in *Sibrando* de Canonicis optimis literis imbuendis ingens ſollicitudo. Accerſito *M. Frederico* inſignis literaturæ candidato, promiſſo ſtipendio largo, erecta in cœnobio ſchola publica inſtituendæ juventutis curam illi committit. Ante meridiem ethnicorum, Poëtarum, Hiſtoricorum audita lectione, ſumpto prandio *Ambroſium*, *Auguſtinum*,

Digitized by Google

num, & *Hieronymum* illis prælegit, ut omni doctrina exculti veræ Theologiæ notitiam haberent. Erecta ſchola magnus ad *Fredericum* juvenum eruditorum confluxus extitit. Ex *Gryn* oppidulo ad oſtium *Flevi* fluminis juvenes inſtituendi poſtmodum ſacris initiandi deſtinantur. Sibrandus piis operibus jugiter intentus vitæ finem indeptus moritur Anno præfecturæ VIII. Salutis CIↃ. CC. XXXVIII.

JARICUS Abbas VII.

Venerabili Dn. *Sibrando* defuncto *Steinfeldiam* mittunt, qui Abbatis *Macharii* nomine electioni novæ præſideat. Ille ſubmiſſo D. *Petro* electionem maturandam cenſet. Hic collectis omnibus longam orationem Latinam & doctam profert, qua ad concordiam hortati communi ſuffragio idoneum Abbatem eligerent. Cœnobitæ deliberatione habita ingenti animorum conſenſu D. *Jaricum* Abbatem in *Gryn* ſalutant. Erat *Jaricus* ſuo ſeculo literis ſummopere excultus, nec Poeſeos ignarus, quo ſibi ad futuram dignitatem facilem paravit acceſſum. Paſtor in *Hallum* exiſtens *M. Frederici* lectionibus cotidie interfuit, magnis laboribus adhibitis magnæ eruditionis conſequendæ ſpem ſibi comparavit. Hinc auctoritate Dn. *Sibrandi* Eccleſiæ in *Gryn* Decanus effectus eſt, juvenes civium ad pietatem amplexandam cohortatus ſcholæ publicæ erudiendos tradidit. Videns & illud ex voto non ſuccedere aſſumptis ſcholaſticis præordinatis trajiciens *Tammoni* novitiorum Præfecto tradit. Hic aliquando Eccleſiæ in *Wartna* Paſtor relicto ſeculari habitu ordinem ſuſcepit Præmonſtratenſem. Ex ſcholaſticis prædictis *Theodoricus* poſtmodum Abbas, & *Vorpius* ſepulchri S. Mariæ in *Buvencloeſter* Præpoſitus prodiere. *Jaricus* eo quo præfuit tempore de ſtudiorum laboribus nihil remittens apium inſtar ſacra omnia perluſtrat, ſuiſque ſtudiis quæque applicat. Commentarios manuſcriptos temporum injuria amiſſos in *Cantica Canticorum* componit, ſtylo admodum dulci & facili, & iis ſuo ludens ingenio Chriſti & Eccleſiæ varia recenſet pericula, dum in perſona ſponſæ hanc in ſpinis, & horreis, ſylvarum receſſibus, petrarum cavernis, montium abditis, leonum cubilibus, leopardorum receptaculis luctantem commemorat. Proſpicit ſibi de viris pietatis ſtudio claris, quos Prioratus honore

VII.

nore exornat, quod horum opera cultus conſtet divinus. Inter reliquos Priores Dn. *Tzjarda Bernarda* inſignis exſtitit. Hujus ſtirpe *Buvo* procreatus dicitur, qui monaſterii *Buvenclooſter* primus fundator commemoratur. In profeſto exaltationis Sanctæ Crucis in *Jelſum* alicujus negotii ab ipſo velut Commiſſario à ſede Apoſtolica conceſſo cognoſcendi cauſa profectus gravi morbo corripitur, eo graveſcente, dum nulla convaleſcentiæ ſpes effulgeret, Præmonſtratum pro impetranda abſolutione mittit. Cauſa Abbati inſulæ S. Mariæ committitur. Hic adveniens in ipſo itinere ſalutato Abbate *Bernenſi* una adducit. Accerſito Dn. *Sibodo* Abbate Lidlumenſi ipſo die D. Benedicti ædem ingrediuntur Capitularem. Jaricus ægritudine debilis adducitur. Facta dicendi copia longa oratione & languida poſtulatum conſequitur, & brevi intervallo poſtmodum moritur Anno CIↃ. CC. XL. X. Kal. Julias. Ante gradus Sanctuarii ſepultus quieſcit.

JELGERUS Abbas VIII.

VIII. His rite diſpoſitis de novo Abbate deligendo deliberatur. Collatis ſuffragiis omnium conſenſu *Jelgerus* ordine diaconus Abbas deſignatur. Quæ electio tametſi fuerit concors & univoca attamen murmure non caruit eorum, qui ætate & ordinibus majores viderentur, quorum ſupercilio hujus perquam humilis modeſtia eſt ſubventum. Erat *Jelgerus* ſumma prudentia rerumque multarum notitia clarus. A *Sibrando* Abbate ad res arduas procurandas in Franciam ad Capitulum generale Præmonſtratenſe miſſus ſua dexteritate & obſequio multorum in ſe animas commovit bonam ſpem partibus in Capitulo poſt ſe relinquens. Impetratis iis, quorum cauſa miſſus fuit Abbati Cuſſiacenſi *Conrado* innotuit. Abbas *Jelgeri* ſodalitio delectatus benigne illum excipit & dimittit. Rediens ſua legatione feliciter functus magnam apud ſuos gratiam conſequitur. Natus eſt *Jelgerus* honeſta familia *Jelgerhuſum* patre *Edone* de *Jelgerabuſen*, matre *Baucka*, matrona nobili, quæ ſoror *Dodonis Kempinga* viri ob inſignem probitatem inter reliquos Friſiæ nobiles clariſſimi. Hujus *Bauckæ* pater *Vibrandus* potentiſſimus de *Kempingaburen* extitit. *Dodo* ille prænominatus concionibus † M. *Oliverii* Canonici Colonienſis excitatus cum reliquis cruce ſignatis

† Hujus meminit etiam Emmo *to.* 3. *Analect. ad Ann.* 1230. *p.* 131.

** Nobis Tom. 2. p. 90.

Digitized by Google

ſignatis pro recuperanda terra Sancta bis cum exercitu trajecit: Tertia vice addito ſibi cognato *Tetardo* trajiciens in Domino moritur. *Tetardus* rediens monaſticem profeſſus in *Horto* moritur. *Dodo* abiens duos reliquit filios *Vibonem* & *Kemponem*. *Vibo* ducta uxore *Sas* de *Helbada* ſine liberis moritur. *Kempo Haucka* fratris privigna ducta numeroſam relinquit ſobolem. Horum fratrum avunculus extitit *Sydachus* Abbas Clarecampenſis. *Jelgerus* Abbas electus interfecto Epiſcopo Trajectenſi à Drentonibus, cunctis Sacellanis *Veſtphaliam* adiit: prætervectus monaſterium *Mindam* petit, ipſa ſanctæ Paſchæ vigilia ſacerdotio inauguratus *Trajectum* mittitur. A Præſule necdum conſecrato literas adfert dimiſſorias, quibus impetratis Abbas conſecratur. Rediens rebus proſpere actis ſua præſentia magnam excitat lætitiam. Ipſo die S. Joannis ad portam *Latinam* primum ſacrum celebrans ab utriuſque ſexus hominibus præſertim matronis nobilioribus ex Oeſtergo & Veſtergo multis ditatur donariis, auro & argento, annulis & armillis. Tantus erat omnium in viros Deo deditos favor & ſtudium. Accidit huic cum *Sydacho* Abbate Clarencampenſi de quibuſdam paſcuis paludinoſis ſimultas. Haud longe à monaſterio virginum in *Gennaerd*, quod & *Nazareth*, extat villa *Suanvirdt* dicta. Huic in propinquo adjacet poſſeſſio Horti Mariæ *Poppinga-wier* dicta. Inter utramque poſſeſſionem & villam locus extat paludinoſus, modo campus, & gramineus, *Vidameer* dictus. Hic in duo diviſus brachia ſuas facile in *Ee* flumen exonerat aquas. Hic lacus quondam piſcoſus æſtimabatur, atque ab iſtis in *Poppawier* juſto titulo poſſidebatur; at longi temporis progreſſu excreſcens arundinem profert, hinc gramen. Coloni in *Suanvirth* hujus cupiditate ducti ulterius progrediuntur, & arundinem reſecant & demetunt. Abbates Orti illud conſpicati excitato clamore illos prohibent; ipſi nihilo ſecius pergunt. Fit conclamatio. Conveniunt Abbates, examinantur teſtes, res per arbitros componitur. *Naſarethium* lacum obtinent, *Ielgero* agri redduntur monaſterio proximi cum x. monetæ juſtæ argenti libris. Abbas ** Ciſtercienſis *Conradus*, cujus ſupra meminimus, à Sede Apoſtolica miſſus ad *Valdemarum* Daniæ Regem, ipſi Imperii jura offert. Ille *Frederici* potentiam veritus oblatum Imperium reſpuit, relicta *Dania* Friſiam adiit, Abbatem *Ielgerum* vetere amicitia notum in via ſalutat. Hinc Thuringiam profectus

** Supra Cuſſiacenſis.

Digitized by Google

profectus Lantgravio *Henrico* id ipſum, quod *Valdemaro* repræſentat. Hic Imperii habenas arripit, Abbas ex intoxicata chlamyde ipſi ab *Henrico* dono data periit. *Cunradus* patri *Frederico* in Imperio ſuccedit. Rurſum *Ielgero* cum *Sydatho* novum oritur certamen. Sathanas in ipſo religionis exordio avaritiæ invidiæque ſemina ſpargens Eccleſiam Dei turbare nititur. In pago *Tuyzell* juxta villam S. Auguſtini *Gericus* quidam cœlebs & dives extitit. Hic mundi pereuntis gloriam altiùs meditatus novam vitæ inſtitutionem meditatur. Monaſterium novum in *Wigaratorp* paternæ ditionis erigit, quod ex proprio nomine *Gerkis clooſter* dici voluit. *Gerbrandum* Abbatem in *Ludingakerck* ſalutans animi ſui votum explicat. S. *Bernardi* inſtitutum poſtmodum expetens, quod ab *Gerbrando* nihil impetraverat, Abbate hominis levitatem conſiderante, Abbatem *Sydathum* adiit, qui ex priore conatu cum *Gerbrando* viri mobilitate motus ipſum rejicit rei eventum expectans. *Ielgerum* Horti Divæ Virginis Abbatem accedens lachrymis obteſtatur, modo ipſum in ſui tutelam ſuſcipiat, ſe ſuaque omnia ordinis fore ſubdita imperio & inſtituto. *Ielgerus* hac pietate motus ipſum in ſui defenſionem admittit liberaliter, additis Canonicis duobus *Ripperto* Priore & *Ieldardo* Sacellano ipſum dimittit. Ad novum inſtitutum ordinis Præmonſtratenſis in loco novo magnus fit hominum concurſus piorum, magnoque fervore prorſus ſuccedunt omnia. *Gerbrandus* Abbas *Gerici* ex primo acceſſu jus omne *Ielgero* facile concedit. *Sydathus* vero inſtigante quodam *Vibrando*, in *Oſtergoa* ante ingreſſum monaſterium Decano, oblatam quondam à *Gerico* provinciam repetit. Miſſo clam nuncio ab Epiſcopo Monaſterienſi collationis literas obtinet. Exinde clam ad ſe vocato *Gerico* homine inconſtanti largis promiſſionibus ipſum eo redegit, ut palam rejecto ordine Præmonſtratenſi in facie Eccleſiæ jurarit ſe *Bernardi* inſtitutum velle ſequi. Hæc eo tempore contigere, quo *Ielgerus* Abbate *Ottone* Belborenſe defuncto eo profectus novum ipſis deſignaret Abbatem *Sigebodum*. In itinere paululum deflectens in *Rubo* Virgines, illas præſertim ex *Bethlehem* ſuperſtites, ſalutat, quæ ipſum abeuntem fuſis proſequuntur lachrymis. *Gericus* ad monaſterium rediens magnum in cœnobio ſciſma parit, dum plerique hunc, reliqui *Rippertum* ſequerentur. *Ielgerus* rediens rem omnem intelligit, liberam dat omnibus quod velint inſtitutum ſequi electionem.

Gerkemi clooſter fundatur Ann. domini 1240. Vorp. Thaborita *lib. 2.*

Facta

Facta divisione pars cum *Gerico* permanet, reliqui egressi in vico S. Augustini ordinem servant Præmonstratensem. Claruit his temporibus *Buvo* vir nobilis & opulentus ex familia illustri *Harkama*. Hic cœlibem vitam ducens *Gerici* factum æmulatus novam à fundamentis Ecclesiam *Harkemakerck* dictam erigit; monasticam affectans vitam *Ielgerum* accedit, animi sententiam explicat. *Ielgerus* nihil cunctandum ratus conductis navibus Hamburgo ligna adferri curat. Quibus allatis monasterium à se nominatum *Buvenclooster*, sepulchrum S. Mariæ summo fervore erigit, Ecclesiam *Harkemakerck* dictam in usum monasterii convertit. Extructo monasterio decem ex *Bethlehem* adductæ Virgines ordinis institutum auspicantur, pleræque genere nobiles. His *Hillam Hildegardim* Priorissam præposuit. Hæc *Kemponis* & *Iarici* soror declaratur. *Iaricus* ducta *Menoldi* de *Hantumahuys* filia *Sjuck*, filium peperit, qui moriens hereditatem paternam patri reliquit. *Iaricus* Juvonis Gerrarda filia ducta amplam sobolem procreavit, filias omnes una *Ida* relicta *Bethlehem* confert, ut ordini subjiciantur. *Ida Dodoni* in *Branthom* nobili nupta duas peperit filias, quarum una *Syon*, altera *Bethlehem* ingreditur. Paulo post *Jelgerus Syt* filiam *Ayluffi Regnada* Priorissam illis constituit. *Ayluffi* filii fuere *Siuck* & *Viger* in Horto Canonici. Horum frater *Vorp Regnada* liberis carens amplam donationem librarum centum terræ optimæ cum aliquot nummis monasterio *Horti* dono dedit. Præfati fratres *Siuck*, *Viger*, & *Vorp* unam relinquentes sororem *Reymi* nuptui dedere *Pyardo Romberta* castrum suum possidenti in *Mernunhusum*. Hæc duas relinquens filias alteram *Dodoni Martrela Renici* magni ex filio *Dodone* nepoti in matrimonium dat. Hæc rursum duas procreavit filias, quarum una *Aef Kemponi* nobili viro in *Merrum*, altera *Edoni Valtonis* de *Underda* nupsit. Ex *Aef* duæ rursum procreantur *Reimi* & *Bauke*. Harum posterior in *Bethlehem*. *Reimi* duas filias *Eelck* & *Tied* in *Bethlehem* direxit. Ex *Syardo* & *Reimi* tertia filia *Siu* nupsit *Mennoni* de *Blye Tjacoda*. Horum quoquæ duæ filiæ *Reinu* & *Lioethi Bethlehem* ingrediuntur. *Ielgero* Abbati cum Præposito Schelvoldensi de jurisdictione Ecclesiastica incidit quæstio. Præposito dicente monasterium Scelvoldense ex corpore *Floridi Orti* creatum merito debere subjici Abbati in *Witewerum*. *Ielgerus* in Capitulo generali motam quæstionem proponit.

ponit. Cauſa longius diſcuſſa facto decreto *Ielgero* tanquam omnium monaſteriorum Friſiæ Groninganæque ditionis primario totum jus confertur. Quod ægre admodum Præpoſitus *Harderico* concedens tandem *Myncone Floridi Orti* Abbate intercedente res componitur. Fundatur inſuper ab iſto *Harderico* monaſterium S. S. virginum inter villas *Winſchoten* & *Veſterle* in regione admodum ſterili & infœcunda diœceſis Oſnabrugenſis collatis ad cultum divinum virginibus, Prioriſſam illic conſtituit *Edelindam* matronam nobilem materteram ſuam. Primum deſignat Præpoſitum *Luiduardum*; monaſterio nomen indigitavit *Heiligerlee*. Illa defuncta alteram ſubſtituit *Sibrigam* de *Midoalda*. Bonorum utriuſque monaſterii diviſione facta omnes agros in *Broock* & parte orientali *Fivelgoniæ* eſſent ditionis *Heiligerlee*, reliqui agri ab occidentali Fivelgonia *Schelvoldenſis* cœnobii. *Jelgerus* ſuæ adminiſtrationis XVIII. redempti orbis CIↃ. CC. LIX. anno in Domino moritur. Ante gradus presbyterii ſepultus diem Domini extremum præſtolatur.

THEODORICUS IX.

IX. Hic Abbas *Ielgero* ſuccedit communi ſuffragio electus. Hic nullo memorabili facto decoratus ſcriptorum incuria ſilentio præteritur. Moritur ſuæ dignitatis anno XVI. 15. Kal. Febr. Ann. CIↃ. CC. LXXV.

BAUKO Abbas X.

X. *Bauko* baculo decoratus Paſtorali pro Abbate agnoſcitur. Sexennio in Præſulatu tranſacto moritur, anno redempti orbis CIↃ. CC. LXXX. 19. Kal. Januar.

VALTO à SCHELTINGA Abbas XI.

XI. *Scheltinga* in pago *Minderskerck* natus *Baukoni* communi ſuffragio ſuccedit, frater *Theodorici* Abbatis prædicti. Ambo pietate inſignes, quorum prudentia ad monaſterii reique publice profectum multa noſcuntur præſtita. Hic aliquando ex Capitulo generali rediens, Mencone Floridi Orti comite, ſene admodum & docto, electioni in *Lidlum* præſedit. Anno ſui officii XXV. moritur, Salutis anno CIↃ. CCC. I. Nonas Martii.

SI-

Digitized by Google

SIBRANDUS II. Abbas XII.

Sibrandus ejus nominis II. annis XIV. in adminiſtratione feliciter actis moritur in Domino Salutis CIↃ. CCC. XIII. tertio Non Septembr. XII.

POPTETUS Abbas XIII.

Poptetus ſuccedens annis XVI. ſumma laude Præfecturam adminiſtrat. Fato conceſſit anno virginei partus CIↃ. CCC. XXIX. Kal. Novemb. XIII.

JELGERUS II. Abbas XIII.

Jelgerus hujus nominis II. Abbas *Popteto* ſuccedens veram ſectatur pietatem. Hic iniquo ſuccumbens calamo, nullo inſigni merito, quamvis procul dubio plurimum enituit, decoratur. Anno functi miniſterii XIV. in Domino moriens animulam Deo reddidit, utpote creatori, Salutis CIↃ. CCC. XLIV. quarto Idus Octobr. XIV.

VALTO Abbas XV.

Valterus hujus nominis II. ſuccedens ſuo gregi tanquam fidelis paſtor præeſt, multa incommoda & damna perpeſſus ſumma fert patientia. Incidit hujus temporibus cruentum Friſonum cum Hollandis bellum. *Vilhelmus* Ollandiæ Comes Friſiorum invidens libertatis quam certis literis ipſis à *Carolo Magno* Imperatore Romano conceſſam obtinuerant hactenus, gravioribus illos ſtudet onerare exactionibus. Quæ dum molitur Friſios graviter offendit, atque ad arma ſumenda collecto ingenti exercitu illos adigit. *Friſiam* valida manu ingreſſus non ſervato ordine bellum gerit. Hac illac diſperſi hoſtes prædabundi partim à latentibus in arundinetis Friſiis intercipiuntur. Idem tentantes in *Werrege*, id eſt, pago fortiter ſemet defendente, loco palluſtri & arundine obſito, magnas militum manus amittunt, Friſiis ſtrenue pro ariis fociſque dimicantibus. XV.

Digitized by Google

* An à *werren* ſe defendere, & *ga* ſeu *go* pagus, territorium?

Unde & pago nomen inditum * *Werrega*, hoc eſt pagus fortiter ſeſe defendens, quum antea *Raevier* diceretur, locus victoriæ dicatus palmare etiamnum nomen obtinet. Repulſi Stauriam uſque retrocedunt. Simul utroque collecto exercitu cruentum initur certamen. Comes triplici numero major Friſiorum invicta audacia ſic premitur & coarctatur, ut ad internecionem totus propemodum deleretur exercitus. Ipſe Comes trucidatur. Tria millia ſeptingentique amittuntur. Tantuſque Friſiorum furor extitiſſe dicitur, ut ipſos hoſtes fugæ adornatos in mari ſecuti ſint. Hac clade nuntiata Comitiſſa ex amiſſione mariti Friſiis graviter infenſa omnia illorum bona per totam Hollandiam publicata ærario ſuo juſſit inferri. Inſulam *Marcken* ſuis occupans ſatellitibus monachos in mari projectos ſubmergi præcepit. Ædes incenſæ. Sic ut memorata clade monaſterio multum damni ſit datum. Vitæ terminum dominæ naturæ debitum ſolvit officii anno quinto à nato Chriſto CIↃ. CCC. L. Kal. Maji.

VORP TZJAERDA XVI. Abbas.

XVI. *Vorperus* nobili de *Tzjaerda* familia natus in pago *Hallumenſi* triennio ſaltem præeſt, vitæ innocentia clarus. Obiit anno Domini CIↃ. CCC. LIII. Idibus Auguſti.

FREDERICUS XVI.

XVII. *Fredericus* hujus nominis II. annis XX. præeſt. Moritur anno ſalutis CIↃ. CCC. LXXII. tertio Kal. Julii.

HESSELUS XVIII.

XVIII. *Heſſelus* ſumma virtutum opinione præeſt annis XI. Moritur anno CIↃ. CCC. LXXXV. quinto Kal. Aprilis.

GERBRANDUS XIX.

XIX. *Gerbrandus* Abbatis dignitatem adeptus optime rem ſuæ fidei con-

Digitized by Google

concreditam diſpenſavit. Anno ſuæ diſpenſationis nono hominem exuit Ann. CIↃ. CCC. XCIV. VI. Kal. Junii.

VIARDUS XX. Abbas.

Viceſimus Abbas *Viardus* totidem annos ſumma laude præeſt. XX.
In Domino moriens promerente ipſius virtute in medio chori ſepelitur Ann. CIↃ. CCCC. X. quinto Kal. Decemb.

LINDULPHUS XXI.

Lioelof Abbatis infula decoratus ſui propoſiti pii & optimi impotens carnis reſolutione præventus transfertur ex hoc ergaſtulo ad quietem animarum pie morientium, unius ſaltem anni percurſo in dignitate ſpatio Anno CIↃ. CCCC. XX. XXI.

VIBRANDUS XXII.

Vibrandus peracto in Pontificatu ſeptennio ſuæ pertæſus Præfecturæ certo conſilio ordinis mutationem meditatus candidum habitum exuit. Canonicorum reſumit habitum Regularium Ann. CIↃ. CCCC. XXVII. XXII.

TZJALLINGUS XXIII.

Tzjallingus huic ſuffectus oneris intermiſſi curam in ſe recipit, ſummo ſtudio monaſterii prædia ampliare ſtudet. Quod dum fortiter præſtat, veneranda meruit à Deo canicie decorari. In Domino moriens ingens ſui deſiderium poſteris reliquit. Obiit anno CIↃ. CCCC. LXII. *Viardi* ſepulchro illatus quieſcit. XXIII.

VILHELMUS Abbas XXIV.

Vilhelmus Abbas virginum in *Marna* ditionis Groningenſis communi ſuffragio Abbati *Tzjallingio* ſuccedit. Hic exacto decennio de agris monaſterii amplificandis literas emptionis XXIV.

Digitized by Google

insulæ *Marcken* altius scrutatur. Adhibito fratrum omnium consilio ipsam recuperare decernit, agrorum oppignoratione ingenti pecuniarum copia comparata *Bruxellam* Belgii totius Curiam primariam adiit, communicato cum viris juris utriusque prudentia claris consilio actionem instituit, curat per apparitorem vocari insulæ heredes omnes. Magni fiunt apparatus, summo ab utraque parte juris processu, Latina & Gallica lingua agitur, ipso *Carolo* Burgundo præsente. Tandem post longam condictionem dicta sententia. Cuique sua dogmata, quibus possessionem tueri velint, exhibere præcipitur. Insulæ possessores de amissione futura subodorati summo astu rem tractant. Simulant pacificationem, quam quibusvis conditionibus cum Abbate inire prætendunt, ut hoc verborum lenocinio ipsum in suam nassam pertrahant, ad convivium vocant, honorifice excipiunt, & splendide tractant. Quibus Abbas longæ absentiæ & sumptuum pertæsus lubens obsequitur. Fit longa potatio in multam noctem. Interim ipsius famulum dato auro corrumpunt, acceptisque è vidulis omnium rerum literis soli famulo concreditis claudunt & abeunt. Abbas domum deductus de fraude ignarus in utramque aurem secure dormit. Postridie summo mane quæsitus famulus nusquam apparet. Reserata cista literæ ablatæ. Sequitur fletus & stridor dentium. Abbas quo se vertat ignorans ipsi Duci *Carolo* fit obviam. Interrogatus de processu (jam hesternæ fraudis ex indicio certus) nihil respondet. Cui Carolus, *O potor, potor, ut potasti scelus.* Abbas collectis reculis re infecta domum revertit. Anno suæ dignitatis 23. moritur, Salutis CIↃ. CCCC. LXXXV.

TAKO ABBINGA Abbas XXV.

XXV. Hic generosis natus parentibus summam in sui administratione officii probitatem & industriam exercuit, religionis splendorem ex illata reformatione mite auxit, in externa ædium reparatione præcedentis Abbatis socordia collapsarum suam operam adhibuit, & pristino splendori reddidit. In causis simili statu cum prioribus relictis in prædiis abalienatis, de recuperatis rursum ampliandis ingens studium addidit. Novas colonorum ædes in *Backaseen* struxit. Inter reliquos Frisiæ Abbates con-

Digitized by Google

conſpicuus, gravioribus cauſis adhibitus, ſuum quandoque maturum interpoſuit judicium. Ipſius Præfecturæ tempore ob ſchiſma Friſiæ nocentiſſimum Sciringianorum & Vetcoperanorum, dum mutua laniena, cæde, furto, rapina, & incendiis, tota turbaretur Reſpublica, quo validius Groninganum in Friſia foret imperium, cum ceteris Abbatibus *Hermanno Foſvert*, *Joanne* in *Dockum*, *Vilhelmo* Paſtore Groningenſi deputatis ad Maj. Cæſaream profectus literas aurato ſigillo munitas impetrant, quibus Friſiæ totius defenſio & patrocinium Senatui committitur Groningano. Horum vix obtentum imperium *Alberto* ceſſit Saxoni, quocum huic *Taconi* de quibuſdam agris ſumma fuit contentio. *Georgius Saxo* anno quinto poſt CIↃ. IↃ. *Biltam* maris alluvione accretam uno aggere marino ſimul circumducere ad prohibendas maris ſalſi inundationes decrevit. Quo facto Friſiis omnibus littori proximis, & huic monaſterio, cui paſcendi pecoris latiſſima ad occidentem patebat poſſeſſio, ſumma adimitur poteſtas. Videns Dominus *Taco* rem ſibi eſſe cum ipſo Jove tonante indoluit valde, & quum videret nulla arte quod amiſerat poſſe recuperari tædio mœroreque confectus accedente ſenio de abdicando munere cogitat, miſſo clam Præmonſtratum nuncio manumiſſionem impetrat. Accerſito D. Abbate Lidlumenſi *Petro Valck*, & *Joanne Duvelando* Abbate in Doccum, cæteriſque in ædem Capitularem collectis, quid futurum eſſet ignorantibus, habita oratione longa animi ſui ſententiam explicat. Cœnobitæ abſolutionem nullo modo admiſſuros ſe ajunt, tali nolle orbari Paſtore fatentur. *Taco* his auditis literas Præmonſtrato miſſas profert. Orto omnium fletu graviter dolent. Abbati *Lidlumenſi* velut omnium rerum conſcio infenſi ſeſe vix à furore reprimunt. Abſolutus anno Præfecturæ XXI. Salutis anno ſexto poſt milleſimum quingenteſimum. Biennio peracto clam ſemet ſubducit *Lidlum* migrans. Anno CIↃ. IↃ. XII. v. Kal. Aug. peſte correptus in Domino moritur. Ad pedes *Etholoci* de *Liaukama* Abbatis ſepultus, lapide tectus quieſcit in pace.

PAULUS Abbas XXVI.

Venerabili viro D. *Takone* recedente, præſente Domino *Petro* XXVI.

Digitized by Google

tro Valck Abbate Lidlumenſi, collectis ſuffragiis D. *Paulus Beckholt* Abbas proclamatur. Hic ab ipſa electione ſui officii memor *Takonis* veſtigia virtutum exemplis ſectatur, monaſterii domos ruinam minantes ſenſim reſtaurat. Templum majus integro tecto & turri ex ligno & petris ſummo pretio comparatis reficit, novum organum inſigne monaſterio infert. Elemoſynarum largus diſtributor exiſtens plurimorum pauperum neceſſitati ſubvenit, unde & pauperum pater frequenter eſt appellatus. Divinis rebus intentus ſumma pietate omnibus ſacris ſine intermiſſione die noctuque interfuit, de ordinis diſciplina nihil remittens, cum reliquis fratribus laneis induſiis, culcitra, ſtragulis quoque eiſdem uſus, in cibo & potu frugalis & ſobrius, magna utitur parſimonia, uno famulo contentus ſplendorum reſpuit, ſic ut inſigni virtutum cumulo ornatus magnam ſui expectationem omnibus reliquerit. Cum *Vilhelmo Roggendorffio* arctam colens neceſſitudinem monaſterii novæ terræ in Biltana provincia fines, alto maris receſſu obſervato, poſitis in mari molibus ex ſententia plurimum dilatavit, morbo exinde fatali correptus ſuæ adminiſtrationis anno XXVII. Idibus Decembris pie moritur, redempti orbis CIↃ. IↃ. XXXIII.

PETRUS VENLO XXVII.

XXVII. Monaſtici omnes *Horti Divæ virginis* obitu piiſſimi viri præter modum triſtes vocato venerabili viro D. *Joanne Keppel* Abbate Lidlumenſi de novo Paſtore eligendo ſolliciti ſunt, ad dictam horam in æde Capitulari collecti novam inſtituunt electionem, invocata Spiritus Sancti gratia ingenti concordia D. *Petrum Venlo* electum Abbatem ſalutant. Hic enim virtutum tramite incedens *Pauli* veſtigia ſedulo ſectatur, ædibus monaſterii à *Takone* & *Paulo* fortiter reſtauratis haud magnam hic impendit operam. Anno Præfecturæ VII. collectis omnibus in Domino

Digitized by Google

Domino moritur, in choro meritis exigentibus ſollicite tumulatur Anno partæ ſalutis CIↃ. IↃ. XL. quarto Idus Febr.

JOANNES HASSELT Abbas XXVII.

Joannes Haſſeltus genere nobilis variis virtutum exemplis antecedentium Prælatorum veſtigia ſectatus honeſte præeſt, poſtmodum corrupti ſeculi vitiis infectus à pietatis & ordinis tramite paululum deflectens genio plus minus indulſit. Aulicorum quorundam nobilium prodigorum luxum imitatus convivia ſplendida, lauta, & vinoſa advenienti hoſpiti proponit, unde & ipſi plurimum favoris & ſtudii à Prælatis acceſſit. Attamen decori ſtudens, honorificus, & magnanimus, quin & heroicus ſemper extitit, benevolus & gratus, ſuorum fratrum amantiſſimus, quorum in re honeſta utilitati plurimum ſtuduit. Reginam *Mariam* Cæſaris ſororem luſtrantem Friſiam ditionis fraternæ Anno 1545. exquiſita morum civilitate, dato epulo admodum ſplendido, præſente D. *Georgio Egmondano* Epiſcopo Trajectenſi, D. *Maximiliano* Comite Burenſi Friſiæ defenſore hoſpitio excepit, in Domino moriens anno functi muneris VIII. Saluris CIↃ. IↃ. XLVIII. in profeſto VII. fratrum in choro ſepelitur, ſucceſſori aureorum ſex millia debitorum relinquens. Magno empta civilitas. XXVIII.

HENRICUS SMENCK XXIX.

Venerabili patre Domino *Joanne* terræ commendato accedit D. *Godefridus* Zwollenſis Abbas in *Lidlum*. Hic conſultis fratribus ad novam electionem illos hortatur. Qua decreta domum ingrediuntur Capitularem. Collatis ſuffragiis Dn. *Henricus Volvega* Prior Abbas declaratur. Fit ingens gaudium ob ſemel ex proprio corpore creatum caput, qui reliqua totius XXXIX.

cor-

Digitized by Googl

corporis membra regere poteſt. At gaudium illud non fuit perpetuum. Ipſe nempe degenerans & cœnobio & ipſi ſummum luctum parit, multorum onere debitorum monaſterium corruptum hic additis molibus majus incurrit diſcrimen, & monaſterium corrupit, qui nec *Pauli* pietatem, nec *Joannis* aulicam vitam imitari potuit ſocors & negligens, tametſi affabilis, comis, & blandus, multas bene gerendæ rei occaſiones prætermittit, nec unquam de ſubducenda ratione meditans multam ex ære alieno ſibi moleſtiam comparat, prioribus debitis plura addens tandem unde emergat irruentibus ſimul in ipſum creditoribus non videt. Abbate *Lidlumenſi*, cui ex indicio conſtabant omnia vocato, quid fieri debeat, matura deliberatione decernitur. Huic res tota committitur, ille petito Commiſſario rerum omnium teſte eo proficiſcitur. *Petrus Decama* acer & vigilans comes conſtituitur. Benigne accepti ab *Henrico* rerum omnium inſcio cauſam adventus replicant, omnium reddituum ab inito dignitatis gradu exactam rationem poſtulant. Ille nuncio tam inopinato ſtupefactus, utpote qui *Isbrando* ob merita ipſi quandoque præſtita multum fidebat, quid reſpondeat in præſenti non habuit. Tandem impetrato trium ebdomadarum ſpatio omnium rationum exactam computationem ſeſe facturum promittit. *Petrus* à *Decama* acrioribus verbis adortus graviter à prodigalitate, ſecuritate, & fœda adminiſtratione illum corripit. *Isbrandus* re cum *Petro* communicata ſecum perpendens, quo in ſtatu *Henricus* foret, & quod dignitate major patris Abbatis titulo præemineret. *Isbrandus* clam celeri miſſo nuncio *Steinfeldiam* à *Jacobo Panhuſio* viro docto & probo, mihi *Sibrando Leoni* notiſſimo literas impetrat, quibus plenam hujus rei cauſam diſcutiendam ſumma prudentia illi committit. Exactis induciis *Isbrandus Petro* comite, accerſito Dn. *Henrico Keſſelio* Abbate Doccumano ad *Hortum* properat, *Steinfeldianas* literas *Henrico* prælegit, rationes

Petrus Decama Senator Leovardienſis.

Auctoris nomen.

Digitized by Google

nes omnes exigens, occultam pecuniarum copiam, ut plerique ſuſpicabantur, proferri poſtulat. Harum omnium quum nihil adduceretur, nec ulla correctionis ſpes appareret, in communi omnium fratrum conventu, *Henricus* tanquam Eccleſiaſticorum omnium helluo, prodigus, & diſſipator, Præfectura indignus, officio privatur, præterea carceris ſquallori mancipatus non definito termino miſere clauditur. In quo hærens diutius ante obitum triduo liberatus moritur circa feſtum purificationis anni ſequentis. Acta ſunt hæc anno CIↃ. IↃ. LVIII. in autumno.

GODEFRIDUS XXX.

Henrico incarcerato *Godefridus* Buſcoducenſis ſepulchri S. Mariæ in *Buvenclooſter* Præpoſitus communi electione *Henrico* ſuccedit, conſilio maturus, ſobrius, & parcus, quibus ad Præfecturam conſequendam ingentem ſibi ſpem reliquit. Hic ſummo ſtudio agros ære alieno oppignoratos, ne jure quinquennali perpetuo abalienarentur, collecta pecunia redemit, debitorum ſumma tympani pulſu collecta cuilibet ſatisfacere ſatagebat. Gravi oculorum vitio laborans aliorum adminiculo præſtare cogitur, quod ipſe multo commodius præſtare potuiſſet, parentum amantiſſimus utrumque in monaſterio ſervavit, monaſterii damnum ſua reſarciens vigilantia. Oculorum morbo ingraveſcente anno Præfecturæ XII. collectis omnibus *Isbrando* Lidlumenſi mutuam operam præſtante abſolutionem impetrat. Dato ſalario annuo, aſſignatiſque colonis, officio cedit Ann. CIↃ. IↃ. LIX. aulam relinquens ſeorſim extructo cubili uno famulo contentus vixit, quouſque *Leovardiam* migrans ab omni officio divino exoneratus ſibi vivit. XXX.

Digitized by Google

Regnerus Asperen Abbas xxxi. & ultimus.

xxxi. Huic in adminiſtratione *Regnerus* in *Buvencloeſter* Præpoſitus ſuccedit, confirmatus non conſecratur temporis brevitate præventus. Ab Epiſcopo Leovardienſi primo Leoverdiam ad novum collegium Canonicorum ex diplomate Pontificio tranſlatus ampliori ſalario præ cæteris ſuis fratribus Canonicis decoratus vivit ſplendide.

FINIS.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS NONUS.

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRI

NOBILISSIMO, & AMPLISSIMO

VIRO,

D. D. NICOLAO WITSEN,

URBIS AMSTELODAMI TER ET DECIES

JAM CONSULI,

SENATORI ET THESAURARIO;

Ad Regem Magnæ Britanniæ WILHELMUM olim LEGATO,

& mox Ordinum,

& Senatus Ordinum perpetui,

Qui Hagæ Comitis,

ASSESSORI,

Curandis rebus & conſtituendis Societatis Indiæ Orientalis, ut & his, quæ per Hollandiam Navarchos ſpectant,

PRAEFECTO,

Valetudinem, decus, & Felicitatem perpetuam.

PERILLUSTRIS & NOBILISSIME VIR.

REm non inſolitam me facturum exiſtimavi, ſi quod factum jam ab aliis, & à ſummis olim viris, ſi quod fecit Cujacius, quo conſultior, acutior, eruditior olim nemo, qui quum inſcripſiſſet librum primum Obſervationum *Bartholomæo Fajo* Senatori Pariſienſi, cum quo vetus ei amicitia, eidem & ſecundum, & tertium, & quartum etiam

Digitized by Google

etiam inſcripſit, ſic *Cujatium* imitatus & ego, vir Illuſtris, cui jam obtuli TOMUM QUINTUM *Analect.* & Variorum Epiſtolas *Alciati* libello junctas *contra vitam monaſticam*, porro tibi offeram TOMUM NONUM *Analect.* Nec dubitó, quin, qui ſoles, quod à me miſſum in lucem, ut ex jam editis mihi conſtat, eſſe aliquid exiſtimare, futurum ſit tibi gratum acceptumque quod feci. Duo hic Chronica, alterum Ultrajectinum, alterum Hollandicum. Ejusdem ſunt Anonymi Maximiliani I. æqualis. Cujus ſint momenti, ut exponam hic, non neceſſe eſt. Priuſquam autem ad rem accedam patere, vir Illuſtris, ut eorum occaſione, quæ habet Auctor hic de Hollandia, de ejusdem origine, & ejus primis Comitibus, & ego quædam, quæ inter legendum obſervata à me dicam, tuoque ea judicio porro cenſenda & diſcutienda permittam.

Olim qui Batavi, & qui olim terrarum tractus ab iis cultus & habitatus, abunde ex iis id nobis conſtat, quæ tradiderunt Romani. Belgarum pars jam haud dubie. Olim poterat dubitari. Nam ultra Rhenum Germani. Citrà eum Galli. Medium tenebant Batavi. Tacit-

** Cap. 6. *lib. 2. Annal.* ** *Rhenus uno alveo continuus, aut modicas inſulas circumveniens, apud principium agri Batavi velut in duos amnes dividitur, ſervatque nomen & violentiam curſus, qua Germaniam prævehitur, donec Oceano miſceatur, ad Gallicam ripam latior & placidior affluens, verſo cognomento Vahalem dicunt &c.* Ab utriſque hinc & Gallis & Germanis diſtincti, quamvis non negem, quod Galli potius quam Germani, quum Germanis etiam opponantur, ut apud Tacitum paſſim. *Lib. 4. Hiſt.*

** Cap. 17. ** ubi Claudius Civilis Batavus variis argumentis Gallos concitat ad rebellandum, & hoc utitur inter cetera, *Provinciarum*, ait *ſanguine provincias vinci, ne Vindicis aciem*

Digitized by Google

aciem cogitarent, Batavo equite protritos Æduos, Arvernosque, fuiſſe inter Virginii auxilia Belgas, vereque reputantibus Galliam ſuis viribus concidiſſe. Idem. *lib.* 2. ** *Irritabat quinetiam Batavos, Transrhenanosque Padus ipſe.* Idem *Lib.* 4. ** *Batavi Transrhenanique, quo diſcreta virtus manifeſtius ſpectaretur, ſibi quæque gens conſiſtunt, eminus laceſſentes.* Cluver. *lib.* 2. *Germ. antiq. cap.* 34. *& ſeq.* Cattis quidem oriundi, Germanis extra controverſiam. Tacit. *lib. de morib. Germ.* Ipſi tamen proprie nec Germani, nec Galli, niſi certo reſpectu, & reſpectu etiam ipſius fluminis, ſi & illud adſcribas Galliæ, ut fecit Servius ad *lib.* 8. *Æneid. in fin. Rhenus fluvius Galliæ, qui Germanos à Gallis dividit.* Si originem ſpectes Germani. Cattis enim oriundi, aut quod verius iis mixti. Tacit. *d. lib. Batavi non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt. Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſtica in eas ſedes transgreſſus, in quibus pars Romani Imperii fierent. Pars* inquit, *Imperii*, ſed interim non ut ceteri ſubacti, devicti, in provinciam redacti, ſed ut ſocii, fœderati, ut fratres & amici. Lapis apud Lipſium ad *lib.* 11. *Annal. Tacit.* juxta veteris Rheni oſtium: GENS BATAVORUM. AMICI. ET. FRATRES. PO. ROM. Et hinc attrito etiam Imperio adverſus barbaros & Transrhenanos à Romanis protecti. Eumen. in *Panegyric.* Conſtantino dicto de Conſtantio. *Qui terram Bataviam ſub ipſo quidem alumno ſuo à diverſis Francorum gentibus habitatam ab omni hoſte purgavit.* Vix alioquin te expedias, ſi jungas id quod apud Servium *d. loc. Rhenus*, inquit, *bicornis, quia per duos alveos fluit: per unum, qua Romanum Imperium eſt, per alterum, qua interluit barbaros, ubi jam Vahal dicitur, & facit inſulam Batavorum.* Nec aliter iis te expedias, quæ occurrunt

** Cap. 17.

** Cap. 23.

apud

Digitized by Google

apud Zoſim. *lib.* 3 *hiſt.* ubi poſtquam Bataviam à Saliis dixit poſſeſſam, Salios autem, qui & Franci, à Quadis oppugnatos, mox Quados à Iuliano ejectos rurſum inſula, nulla vi aut injuria ab eo Saliis illata, Salios autem animadverſa hac Cæſaris humanitate, ſeu ut ait φιλανθρωπίᾳ, relicta ultro inſula in ſolum Romanum ait ſe contuliſſe ἀπὸ τῆς νήσου, inquit, μετὰ τῶν σφῶν βατιλέως εἰς τὴν ὑπὸ Ρωμαίων ἐπεραίωντο γῆν. Proprie ergo inſula hæc, quam quavis fluminea, πάσης ποταμίας, majorem dicit, Romanorum, aut ſic ut ſubacta ὑπὸ Ρωμαίων non fuit. Verum temporum dein lapſu, quum Arcadius & Honorius Imperio potiti, quorum neuter bello ſtrenuus, aut ἀγαθὸς τὰ πολέμια, cum refrixiſſet virtus bellica, & vetus gloria Romanorum, fatalis autem ſocordia quædam Principes invaſiſſet, cum colluvies quædam gentium, Alani, Hunni, Heruli, Rugi, Gotthi, & Vandali, Europam inundaſſet, & cladibus maximis in Occidente Imperium laceraſſet, Batavorum vix mentio, præpotentibus in iis locis Francorum tum copiis, ut qui Batavis jam mixti, & qui miſceri jam iis cœperant ſub Conſtantio & Iuliano, ut ex Zoſimo jam dictum. Batavi dein Franci, Francorum dein pars, & ſub nomine ipſorum tuti. Paludum olim accolæ ad Oceanum pertingentium & Franci & Batavi. De Batavis notum. De Francis Procop. *lib.* 3. *Gotth.* Ῥῆνος δὲ ἐς ὠκεανὸν τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται, λιμναί τε ἐνταῦθα, ἔνθα δή Γερμανοὶ τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, βάρβαρον ἔθνος, οὐ πολλοῦ λόγου τὸ κατ' ἀρχὰς ἄξιον, οἱ νῦν Φράγγοι καλοῦνται; *Rhenus autem in Oceanum ſe effundit. Paludes ibi, ubi olim Germani, gens barbara habitabant, non magni olim momenti, qui nunc Franci dicuntur.* Nec mirum hinc, quod & Friſii olim Francis ut una gens mixti. Variæ enim gentes, ex quibus Francus coaluit. Eumen. in Panegyric. *Quid loquar ultimas Franciæ nationes, jam non iis locis, quæ olim Romani*

Digitized by Google

ni invaſerant, ſed à propriis ex origine ſuis ſedibus atque ab ultimis Barbariæ littoribus avulſos: ut in deſertis Galliæ regionibus collocatæ etiam pacem Romani Imperii cultu juvarent & arma delectu: & mox: *Arat ergo nunc mihi Chamavus, & Friſius ille vagus, ille prædator exercitio ſqualidus operatur, & frequentat nundinas meas pecore venali, & cultor Barbarus laxat annonam.* Unde & varii ipſorum Reges. De Conſtantino in Panegyric. *Reges Franciæ, qui per abſentiam patris tui pacem violaverant, non dubitaſti ultimis punire cruciatibus.* Eumen. *Paneg. Sciunt Franci poſſe tranſire Rhenum, quos ad necem ſuam libenter admittas, ſed nec victoriam poſſunt ſperare nec veniam, quid ipſos maneat ex Regum ſuorum cruciatibus metiuntur.* Add. Aimoin. *lib.* 1. *cap.* 23. & Gregor. Turonenſ. *lib.* 2. *cap.* 40. *& ſeqq.* Balder. 1. *Chron. Cameracenſ. c.* 4. & quæ dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 23. *&* 28. Certe & Friſia non una. Vaſta olim regio, & quæ ſua amplitudine complexa etiam Hollandiam, ſeu inſulam Batavorum. Unde & Hollandi Friſii, & nomen Batavum cum exſtinctum fere & infrequens, dominantibus paſſim Francis, ei Friſium ſucceſſit. Lamb. Schafnab. ad Ann. 1071. *Atque in Freſiam, quæ confinis Flandriæ, cui Thedericus quondam Comes, & poſt hunc Florentius frater ejus imperaverat, irruptionem fecit.* Idem ad Ann. 1047. *Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Freſiam contra Godefridum ejuſque adjutorem Diodericum. Atque ibi duas urbes munitiſſimas cepit, Rinesburg & Flaerdingen.* Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 14. Nec Hollandi tantum Friſii, verum etiam Zelandi, & Gelrorum pars Flandrorumque *d. cap.* 14. Annal. Bertin ad Ann. 837. *Ea tempeſtate Nortmanni irruptione ſolita Friſiam irruentes, in inſula, quæ Walacra dicitur, noſtros*

imparatos aggreſſi multos trucidaverunt. Friſii non tantum, ſed & Franci, & iis mixti. Nec mirum, quod Franci, paludum accolæ, ut olim Franci. Francorum Friſia univerſa. Imperium cum erciſcerent Ludovici Pii filii, etiam Friſiam partiti, & quæ Germaniæ pars Friſia ceſſit Ludovico, cui ceſſit Germania, ut apud Nithard. *lib.* 4. *hiſt.* Cetera autem Lothario, qui fratrum erat major natu, tranſmiſſa ab eo ad filium Lotharium juniorem. Quo mortuo ſine liberis patrui Friſiam diviſerunt Ludovicus & Karolus. Habent Tabulas diviſionis Annal. Bertin. ad Ann. DCCC. LXX. Schilter. 2. *Inſt jur. publ. tit.* 8. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 20. ex more miſſis in partes, quas cum imperio obtinerent, Præfectis. Quorum deinceps plerique ſucceſſu temporis paulatim, quum attritæ eſſent Francorum vires, majorem ſibi conceſſa uſurparunt poteſtatem, Principatu facto hereditario, qui datus tantum ad tempus. Factum ſic ab iis, qui in Flandriam, in Hollandiam, in Brabantiam olim miſſi. Etſi quod ad Hollandiam obſcura admodum res eſt, Hollandiæ nomen nondum notum tum, latens adhuc, & inauditum. Nec quiſquam Comes tum Hollandiæ, nec quiſquam Comitem ejus ſcripſit ſe ante Theodericum, qui V. ejus nominis, in Diplomate apud Douſam *lib.* 10. *annal.* modo & illud genuinum, & non à monachis confictum, fraudum maximis architectis, aut ſaltem interpolatum. Habet fateor & Miræus id *Cod. piar. don. cap.* 62. & Hedam ejus archetypum oculis uſurpaſſe ait in Archivis Abbatiæ, quæ Egmondæ olim fuit. Sed quid tum poſtea ſi uſurpavit? Quis Comitum ſic ſcripſit, aut deceſſores ſuos ſic recenſuit, à quibus cœnobio illi datum quid beneficii, aut auri, aut prædiorum, Et quid, quod poſtquam recenſuit, inepte admodum dein addit, *Hujus Florentii filius fui ego quartus*

Digitized by Google

tus Theodericus. Quid quæſo illud quartus? An ergo eo adhuc vivente fuit, qui dubitaret, utrum *quartus* nec ne? Etſi nec illud *quartus* ut mendoſum prorſus poteſt ferri. *Quartus* filius fuit non *Florentii*, ſed *Theoderici* tertii. Et ſi pro *quartus* legas *quintus* nondum ceſſat difficultas. Præterquam enim quod omnis emendatio, quæ contra fidem Archetypi, plane eſt odioſa, *quintus* non fuit filius Florentii III. ſed primi. Si errorem dicas in numeris & pro III. legendum I. quod neceſſe eſt, ut dicas tum, tum textus rurſum erit emendandus, ut fides conſtet Diplomati. Et ſic ex quolibet fiet quidlibet. Sermo plane eſt monachalis, in gratiam concipientium monachorum confictus. Et quid quartus? quid quintus? Quod Diploma confictum vel hinc ſatis patet. Et fruſtra eo innituntur, qui adducunt id ad probandum, quod Theodericus I. primus Comes Hollandiæ, & quod Gena ejus conjux, Pipini filia Regis Italiæ, Veldenaer, Chron. Goudan. Ioan. Gerbrand. à Leydis, Beka, aliique, ut & Auctor ** hic, quem edo, infra p. 83. Atqui quinque filias Pipinus habuit, quas & ſcivit, & ſcire optime potuit, & nomina etiam expreſſit, æqualis eorum temporum Eginhartus, gener Caroli Magni & ejusdem Cancellarius. Nulla autem ex his Gena. Et quod ad Theodericum, nec primus Comes Hollandiæ eſt, nec primus in eo tractu, qui Hollandiam jam continet. Et ante eum plures, ut multis jam oſtendi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 29. 30. *& ſeq.*

** Initio Chronici Hollandenſis.

Plures Friſiæ Comitatus, quibus Dux præerat. Plures etiam hinc Comites pro numero Comitatuum, qui Duci dicto audientes. Nihil certius quam quod dico. De Roric Normanno Annal. Bertinian. ad Ann. 850. *Rorich nepos Herioldi, qui nuper à Lothario defecerat, aſſumptis Normannorum exercitibus, cum multitudine*

 navium,

Digitized by Google

navium, Friſiam, & Batavum inſulam, aliaque vicina loca per Rhenum & Vahalem devaſtat. Quem Lotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit, eique Doreſtadum & alios Comitatus largitur. De ſucceſſore ejus Godfrido iidem Annal. & Geſta Normannorum apud du Cheſne ad Ann. 882. *Placida mentè Gotefridum cum ſuis, ut baptiſma ſuſciperet, & Friſiam aliosque honores, quos Roricus habuerat, interventione quorundam obtinuit.* Gotfrid. Viterbienſ. ad Ann. 882. *His ſuaſionum promiſſionibus Godefridus veluti veneno infectus occaſionis fomitem exquirit, qualiter ac ſi juſta ratione à fidelitate Imperatoris ſe ſubducere prævaleret. Statimque Gerolfum & Gardulfum Comites Friſonum legatos ad Cæſarem dirigit. Gerolfum* ait & Gardulfum. Et hic ipſe eſt Gerolfus, qui Friſiæ dicitur Comes etiam à Reginone *lib.* 2. *Chron.* Haud dubie etiam ejus tractus, qui Hollandiam jam continet. Nam Hollandia, ut dixi, nondum tum nota, ſub Friſiæ adhuc latens. Argumento eſt, quod Arnulphus Imp. ei prædia quædam confert in *Comitatu ipſius, inter Rhenum & Suitherdeshage &c.* eo ipſo in loco, ubi alia quædam dicuntur à Carolo dein data Thederico ipſius filio, qui Comes Hollandiæ vulgo primus ſtatuitur, ſed prorſus perperam, ut puto, nam Gerolfus præceſſit, quem patrem faciunt Theoderici, quod etſi nondum eſt ſatis certum, nam vulgus facit Sigisbertum Principem Aquitaniæ, ut & Auctor hic, quem jam edo, valde eſt tamen veriſimile. Nam Gerolfus jam Comes Ann. 882. ut patet ex Gotfrid. Theodericus, ut ſequetur mox, Ann. demum 916. Vid. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 62. Auctor. Chronici Rhythmici, & quæ dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 30. & ad Wilhelm. Procurator. ** *p.* 40. *to.* 4. *Analect.* Ceteros non adducam, quos ibidem

** Imo pag. 4. Nobis pag. 430. Tom. 2.

Digitized by Google

ibidem adduxi jam, & quorum vitam & res geſtas fere oblivio ſuppreſſit. Obſcuri certe ignotique eſſent, niſi exteri meminiſſent. Perquam enim pauci ſunt, qui res Hollandicas literis & memoriæ tradiderunt. Plerique etiam recentiores, & ex officina Egmondenſi, quod ad initium ** no Comitatus incredibilium & fabularum feraci. Hæc certe enim ſola eſt, ex qua nobis prodierunt duo primi illi Theoderici, Hollandiæ Comites jam dicti, priuſquam ulla adhuc Hollandia. Nam nec Diploma, quo dicitur data hæc, ullibi ejus meminit, & nec tractus meminit univerſi, qui Hollandiam jam continet. Et quid quæſo eo datum? An Hollandiæ Comitatus? An quicquam, quod eo ſpectat? Eccleſia data Egmondenſis, & quicquid ad eam pertinet. An Hollandia pertinuit? Ipſa inquam Hollandia an Eccleſiæ Egmondenſis? An quid ſtultius poteſt dici? Ubi pictum aut ſcriptum hoc? An id probat Diploma? An quicquam habet hujusmodi? Diploma etiam ſuſpectum. A Carolo fingit datum. Sed à quo quæſo Carolo? Calvo an Simplice? Diploma enim ſilet. A Calvo ajunt plerique. Sed id ferri non poteſt. Vixit enim Hagano, ad cujus datum id inſtantiam, cum Simplex rerum potitus, non cum ante eum Calvus. Et deinde Calvus ejus tractus, quem Hollandia jam continet, nunquam fuit Dominus, & ſi nunquam fuit Dominus, cui tandem perſuadebitur, quod ex tractu, qui alterius, dono alii quicquam dederit? Verum eſt. Fateor. Lothario juniore, cujus patruus erat, mortuo, cum divideret ejus Regnum cum fratre Ludovico, accepit tertiam partem de Friſia, ut habet ipſa diviſio, quæ ut dixi, in Annalibus Bertinianis ad Ann. 870. Sed de Friſia id accipiendum, quæ Galliæ fuit proxima, ut fuit pars Flandriæ. De Oſtenda apud Mejerum ad

** Leg. noſtri, vel novi.

Digitized by Google

Ann. CIↃ. XI. XI. *Kal. Maji mulier cæca Ermengardis nomine Oſtendæ oppido Friſiæ viſum recepit. Tertiam* dixi *partem.* Nam Lotharii erat Friſia, Lothario patri ceſſa in Regni diviſione inſtituta inter fratres, Ludovici Pii filios, Lotharium, Ludovicum, & Carolum apud Aimoinum *lib.* 5. *hiſt. cap.* 18. Contra accepit Calvi frater Ludovicus *Coloniam, Treviris, Utrecht, Stratburch, Baſulam &c. Comitatum Teſtrebant, Batuam, Hattuarias &c. de Friſia duas partes de Regno, quod Lotharius habuit*, ut eſt ad d. Ann. in iiſd. Annal. ut & apud Aimoin. 4. *hiſt.* 25. Schilter. *to.* 2. *Inſt. jur. publ. tit.* 8. Diviſerunt autem Regnum id mox ab ejus obitu, Ludovicus & Karolus, non obſtante quod Imperator Lotharii frater Ludovicus adhuc eſſet in vivis. Lotharius eorum pater poſt prælium ad Fontiniacum, quo cum fratribus conflixit, & cujus meminit Sigebert. ad Ann. 842. tam cruento, ut vires Francorum attritæ eo conciderint, pace tandem cum iis facta cum titulo Imperatoris & Italia univerſa de cetero patris Regno accepit partem Auſtraſiæ, quæ mox dicta ab eo Lotharingia. Complectebatur hæc, ut Divæus habet in hiſtoria Brabantica hactenus nondum viſa, Arduennam, Moſellanam regionem, Ripuariam, Eifaliam, Campaniam Tullenſem, Condruſos, Hasbaniam, Brachbantum, Hannoniam, Comitatum Cameracenſem, Oſtrebantum, pagum Rienſem, Taxandriam, Teſtrebantum, Batuam, Freſiam, Coloniam, Maguntiam, Treviros &c. Quin Lotharii ergo omnis Friſia transmiſſa ab eo porro ad Lotharium juniorem ambigendum non eſt. Et eſt tamen difficultas, cur ſi ejus etiam Friſia, dicatur omnis Ludovici apud Nithardum *lib.* 4. *hiſt. Evenitque Ludovico*, inquit, *omnis Friſia.* Sed haud dubie de ea id accipiendum,

Digitized by Google

dum, quæ Germaniæ olim pars, ut & ſtatim jam dixi. Friſia ampliſſima olim regio, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 18. Holſatia etiam Friſia, ditio Sleſvicenſis, Aldenburgenſis, Strantfreſia, & regio inter Albim & Viſurgim univerſa. Altfridus Epiſcopus in vita S. Ludgeri: *Transfretavit in confinio Freſonum atque Danorum ad quandam inſulam &c.* Chronic. Slavicum ad Ann. 1479. *ab ipſis Friſonibus de Eyderſteden & circumcirca &c.* Ericus Rex Daniæ ad Ann. 1215. *Imperator Otto &c. Holſatiam ſibi ſubigere volebat, contra quem venit Rex Waldemarus cum exercitu copioſo, habens ſecum de ſolis Friſonibus ſexaginta millia hominum.* Certe hæc omnis Ludovici, qui Germaniæ erat Rex. Annal. Metenſes ad Ann. 843. *Regnum fratres inter ſe dividunt. Et Karolo quidem Occidentalia Regna ceſſerunt, Ludovico vero Orientalia uſque ad Rheni fluenta, Lotharius, quia major natu erat & Imperator appellabatur, medius inter utroſque incedens, Regnum ſortitus eſt, quod hactenus ex ejus nomine Lotharingia nuncupatur.* Add. Annal. Bertinian. ad h. Ann. Et hic eſt Lotharius, qui rerum humanarum tandem pertæſus, ut vacaret divinis, intravit Prumiæ monaſterium, diviſo prius Regno inter Ludovicum, Lotharium, & Karolum filios, Ludovico Imperio, Lothario data Lotharingia.

Hic autem ἄπαις cum vita conceſſiſſet anno 889. mox diviſum ejus Regnum inter patruos, ut dixi, Ludovicum & Carolum, ſed Carolo ceſſit Lotharingiæ ea tantum pars, quæ Galliæ erat propior, & quæ Brachbantum complexa. Qua Calvus non contentus cum rurſum moviſſet bellum, reliquam etiam Lotharingiam adimere fratri Ludovico Germaniæ Regi conatus, Ludovicus autem in ipſo belli exordio cum abiiſſet ad plures, Calvum aggreſſi fortiter finibus ſuis ejecerunt Ludovici tres filii,

Digitized by Googl

filii, Ludovicus, Carolomannus, & Carolus Craſſus. Et ſic nihil de Lotharingia, cujus pars etiam Hollandia eſt, præter id quod jam dixi, ad Calvum pervenit unquam. Et is poſtquam à Papa, ad quem tamen non ſpectabat id, fratris filio Ludovico in Italia defuncto, emendicaſſet Imperium, tandem fato conceſſit ſucceſſore in Imperio Carolo Craſſo relicto, in Galliis filio Ludovico, cui Balbi cognomen. Sed hic Galliis contentus, unde & vulgo dictus *Ludovicus nihil faciens*, ulteriora non attigit, Carolo Craſſo Lotharingiam, cujus pars etiam Friſia, Hollandia autem pars Friſiæ, occupante univerſam. Alberic. ad Ann. 994. *In Lotharingia Adelboldus Epiſcopus Ultrajectenſis &c.* Conf. Albert. Abbat. Stadenſ. ad Ann. 913. & 920. & *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 19. *&* 23.

In Craſſi Friſia poteſtate, Godfrido Normanno cum Lotharii filia Giſla, ut pacatum haberet barbarum, deinceps dono ab eo data. Regino ad Ann. 882. *Noviſſime Rex Godfridus Nortmannorum ea conditione Chriſtianum ſe fieri pollicetur, ſi ei munere Regis Friſia Provincia concederetur, & Gisla filia Lotharii in uxorem daretur. Quod ut optavit adeptus baptiſatus eſt.* Et ſub hac quidem Friſia Batavia etiam data, ut & tractus hic terrarum, qui Hollandiam jam continet. Idem ad Ann. 882. *Quorum callida machinamenta & factionum conſpirationes cum perſenſiſſet Imper. cum Henrico viro prudentiſſimo altiori conſilio pertractas, quo ingenio hoſtem, quem in Regni extremitatibus introduxerat, extinguere poſſet, & ſciens loca inacceſſibilia exercitui propter diverſarum aquarum innumeros decurſus, & impenetrabiles paludes, magis id arte quam virtute experiri ſtatuit. Legatos reſponſo ſuſpenſos abſolvit &c. &* mox: *ipſe cum perpaucis Coloniam venit, & aſſumpto præfato Epiſcopo in Battuam pro-*

Digitized by Google

proficiſcitur. Godefridus audito eorum adventu illis obviam procedit ad locum, qui dicitur Heriſpich, in quo Rheni fluenta & Wal uno alveo ſe reſolvunt, & ab invicem longius recedentes Battuam provinciam ſuo gurgite cingunt. Hanc inſulam ingredientes Epiſcopus & comes multa à Godefrido audiunt &c. Battuam & *Bataviam* ſcio quidam diſtinguunt. Sed inepta eſt dictinctio, ut demonſtravit Pontanus *diſcept. chorograph. cap.* 8.

Interim autem ut id addam hic, ubi jam Theodoricus à Calvo Hollandiæ datus rector, ut vulgaris opinio eſt? Craſſus Calvi ſucceſſor an ablatum Theoderico, quod Calvus dederat, dedit alii? An qui filium habuit ſucceſſorem, jam Godfridum habet Normannum? An monachis Egmondanis plane id ignoratum? Nihil rei unquam Friſiæ, nihil Batuæ cum Calvo, cui aliquæ tantum civitates ex Regno Lotharii, ut Regino diſerte ad Ann. 886. & quem pulſum Imperio Italia etiam ejecit Craſſus, cum fugeret, defunctum Mantuæ, ut ſcribit Sigebert. ad Ann. 878. An non ergo neceſſe eſt, ut cujus eſt donatio, ſit Simplex non Calvus? De eo autem videamus: Balbi filius erat Simplex. Et hic eſt; qui Lotharingiam, ſed Carolo Craſſo & Arnulfo, filio Carolomanni, Imperatobus jam extinctis, ut & Godfrido, cujus memini, Normanno, redegit in poteſtatem. Quod factum Ann. 916. Sigebert. Gemblacenſis: DCCCCXVI. *Karolus Rex Francorum Regnum Lotharingiæ recepit.* Alberic. ad eum Ann. Divæus in hiſtoria, cujus autographum apud me eſt, inedita adhuc hactenus: *Conrardo ſucceſſori ejus* (Ludovici ſcilicet Arnulfi filii) *Lotharingia per Carolum Simplicem Balbi filium Franciæ Regem adempta anno* 916. Vix ſexennium tamen Carolus ejus Regni poſſeſſor. Sigebert. ad Ann. 923. *Reges Henricus & Karolus apud Bonnam confœderantur, & Karolus reddit*

Henrico Regi Regnum Lotharingiæ. Idem ad d. ann. etiam habet Albericus. Divæus: *Cæterum Simplex domestico agitatus bello, ne Germani sibi rebelles debellanti impedimento essent, Henrico Saxoni (is Cunradi morte vacans obtinebat Imperium) eam reddidit, anno* 922. Intra ergo sexennium id necesse ut facta donatio, cujus Diploma meminit. Et quia ante illud tempus Simplici in Lotharingia nullum adhuc jus, legendum puto, non ut Dousa *lib.* 5. *annal.* DCCCCXIII. sed levicula mutatione DCCCCXVI. Dousam fateor secutus sum *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 11. Verum temporis jam ratio, & Auctores, quos dixi, in contrarium me vocant. Fiat tamen, sit ita. Simplex dederit, non Calvus. Cui dederit, tum quæro? Theoderico, inquies. Sed cui quæso Theoderico? Nam plures ejusdem nominis. Hollandiæ Comiti si dicas. Cui rursum quæro, I. an II? Nam Diploma de eo nihil. Primo, si dicas, probationem rursum peto. Si ex Chronicis petas Egmondanis, suspecta hactenus eorum fides. Sunt domestica testimonia, quæ nisi aliis adminiculis adjuventur, mox corruunt. *l.* 5. *C. de prob.* Exterorum est nemo, qui ullam faciat mentionem. Et unde id ergo habet, qui nostratium est vetustissimus, Wilhelmus Procurator? Unde id ceteri, quotquot sunt, qui ad exemplum ejus scribunt, aut nacti, aut edocti, quod certatim de Theodoricis, duobus scilicet primis, etsi nullo tibicine, aut debili saltem, fulti eandem occinunt cantilenam? An. aliud, quo nitantur, quam officina Egmondensis? Qua & nixus Wilhelmus Procurator[*], qui seculo XIII. & sub initium ejus vixit. Videri potest à me editus ** *to.* 4. *Analect.* edendus rursum auctior, ubi erit occasio, quia aliud nactus jam exemplar, è quo multa suppleri possunt, & inprimis defectus, qui occurrit ** *p.* 258. duorum

** Hic Tomus incipit pag. 409. nostri Tom.

** Nobis d. Tom. 2. p. 661.

Digitized by Google

rum foliorum. Sed si serio rem agamus, & oportet ita agi, quantum, quæso, hactenus vel Wilhelmus, vel ceteri, qui omnes sunt domestici, ad rem adferunt momenti? quæ hactenus iis fides, scriptore aliquo extero, διωψήφῳ, τυγχρόνῳ, & qui fidem dictis asserat, prorsus destitutis? Addam argumentum, quod ni fallor, adhuc fortius, & quo vulgata opinio potest prorsus convelli. Vetus adhuc auctor est, & qui hactenus nondum visus, sed qui ceteris quotquot prodierunt adhuc vetustior est, ut puto. Habet eum in membrana diligentissimus ejusmodi antiquitatum indagator Cornelius ab Alckemade, quem utinam tandem edat, & ut aliis pridem editis non inutilem navavit operam, ita & hoc edendo, & cum eruditis communicando seros etiam nepotes sibi habeat obstrictos & obstrictos æternum, Chronicon scripsit rhythmicum, ut Æmilius Stokius, sed Stokio ætate prior. Desinit Stokius in Ioanne Hannonio, paucis tantum additis de filio ejus Wilhelmo, ipse autem in Theoderico, quem V. appellat, sed qui, si vulgus sequamur, ejus nominis est VI. Nomen siquis quærat, est ** *Nicolaus Colyn.* Stokius facit cum Egmondanis, eandem quam & ipsi originem statuens Comitatus. Colyn quantum ad Theodericos ab iisdem discedit. Unum tantum agnoscit, cujus patrem ait Gerolfum, fratrem Walgerum, filium autem Arnulfum. Arnulfus ipsi secundus, qui vulgo Comes censetur tertius. Diploma autem quod hactenus *Carolo Calvo* adscriptum, verbis expressis, & quidem semel iterumque, *Simplici* adscribit ipse. Et datam eo ait non Ecclesiam Egmondensem,

** Hunc Auctorem exhibuit vir Nobilissimus Gerhardus Dumbar Reipublicæ Daventriensi ab Actis Tomo I. suorum Analectorum, Daventriæ 1719. in 8.

Digitized by Google

ſem, & quicquid ad eam pertinet, ſed certos tantum terrarum tractus ad barbaros expugnandos & propagandam eo fortius religionem Chriſtianam. De Eccleſia Egmondenſi nihil, & ne gry quidem. Si dediſſet Simplex Eccleſiam, dediſſet, quod jam donatarii, qui Eccleſiam jam exſtruxerat & fundaverat in ſuo, ut eſt initio diplomatis, cujus ſupra jam memini, Theoderici v. apud Miræum *d. cap.* 62. Et ſi conſideremus, quod Eccleſia primum lignea, an cuiquam credibile, quod ad ligneam pertinuerit univerſus hic terrarum tractus, quem diploma deſignat, & ſic quod vel decuplo major & pretioſior re principali acceſſio? Si dicas, non mirum, is Eccleſiæ fuit favor: ut porro quæram, neceſſe eſt, cujus ergo beneficio ad eam hæc pertinuerint? utrum Theoderici an Caroli beneficio? Si dicas Theoderici; dicam datum ergo rurſum, quod jam olim ipſius, contra §. 14. *Inſt. de act. &* §. 10. *Inſt. de legat.* Si Caroli, nam quæ Eccleſiæ Egmondenſis, & quæ propria Theoderici expreſſe hic diſtinguuntur, Theodericus ergo Eccleſiam non extruxit in ſuo, quod dicitur tamen diſerte in charta apud Miræum *d. cap.* 62. Colinus porro, quod notandum, ponit obitum Theoderici ad Ann. 989. poſtquam Comitatum à Simplice ita auctum annos ſeptem & ſexaginta rexiſſet feliciter, duobus ante eum annis extincta conjuge Hildegarde. Quæ ſuppuratio ſi procedat, neceſſe eſt, ut donatio, quæ à Karolo putatur facta, paulo prius adhuc facta, quam Lotharingia ab eo reddita. Reddita autem, ut Divæus vult anno 922. Contra ut Sigebertus, cujus potior hic auctoritas, anno 923. aliter etiam annorum numeris in Tabulis donationis emendandis rurſum, quam jam factum. Evidentius autem nihil, quam quod res adhuc intricata eſt, & quod totum id, quod circumfertur Diploma

Digitized by Google

ploma, quemadmodum jam dixi, à fraudum monachis architectis corruptum varie, interpolatum, & in rem ſuam inflexum.

Solenne id ipſis jam olim, quorum proprium eſt contemplari, cœleſtia, ut ajunt ipſi, ſed præter horas quas obſervant, quia ſemper in eo toti, ut cœnobium ditescat, inprimis terreſtria. Fingunt, refingunt, pro veris obtrudunt falſa. Tabulas habent, Codicillos, Diplomata, & alia, quorum auctores ipſi, aut pro parte, aut in totum. Sunt quæ ipſi effinxere. Sunt quæ interpolata additis, mutatis, demptis, prout viſum, & ut popoſcit ipſorum uſus. His jactant paſſim & oſtentant argumenta Regum munificentiæ, & Principum ** beneficio congeſtarum à ſcopum. An aliunde, ut illuſtre hoc dem exemplum, Donatio Magni Conſtantini, qua Romam, Italiam, & imperium Occidentis tranſtuliſſe dicitur in Sylveſtrum Romanum Pontificem? Mutila eſt truncataque in Gratiani decreto *diſt.* 96. tota autem & integra apud Boxhorn. *hiſt. univerſ. p.* 275. *& ſeq.* Commentum impudens, & quo fingi poſſit impudentius nihil. Unde & Tabulas requirenti, quibus maris Adriatici Dominium Venetis conceſſum, opportune admodum reſponſum, in tergo Donationis Conſtantini eas ſcriptas. An aliunde illa commentitia Caroli Magni nomine exhibita & ementita privilegia, quibus Aquisgranenſes & Friſii gloriantur? Et ut aliud adhuc addam. Extant apud Meibomium *to.* 2. *rer. Germ.* Annales Gernrodenſium Andreæ Hoppenrodii, in quibus Diploma eſt Werneri Epiſcopi Halberſtadenſis, cum contra tamen conſtet ex omnibus Chronicis tam impreſſis quam manuſcriptis non fuiſſe tum Halberſtadii ejus nominis Epiſcopum, Albertum indigitatum, qui Sedi tum præfuit, Anno

** Non capio.

Digitized by Google

ſcilicet 1412. Plura ſi deſideres, plura reperies apud Gryphiandr. de *Weichbild. Saxon. cap.* 4. Et ne ſolos Egmondanos putes criminis ejus reos, Caroli Magni hiſtoriam figmentis monachalibus & commentis deturpatam etiam apud Eginhartum ibidem queritur Gryphiander; ut non dicam de Turpino Archiepiſcopo Rhemenſi, qui anilibus eam fabulis de Caroli geſtis & Rulandi replevit univerſam. Vid. to. rer. Germ. apud Reuberum. Etiam vitio vertit Letznero, quod Caroli Magni genealogiam de cerebro effinxit totam ibid. Gryphiand. Et memorabile eſt etiam exemplum apud Reineſ. *epiſt.* 19. *p.* 47. impoſtoris cujuſdam, qui mercede ad hoc conductus familiam, quam conſtabat originis Germanicæ, audacter tamen aſſeruit oriundam Romanis, abuſus Imperat. Juſtiniani edicto, quod utrum genuinum nondum adhuc ſatis conſtat, apud Cujac. 10. *obſ. cap.* 12. Et an mirum hinc de monachis, quod chartis pro arbitrio & addunt & demunt, ex quolibet faciunt quidlibet, aliud pro alio reponunt, ſubſtituunt. Nihil facilius, cum apud vulgum pro ipſis militet ſanctitatis opinio. Verum μέμνησο ἀπιζεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν Φρενῶν. Add. Conring. *cenſur. diplom. Ludov. per tot.* Lepida eſt hiſtoria, ſi non ſcelus potius impudens, cujus meminit Beatus Rhenanus. *lib* 3. *rer. German.* & ex eo Conring. *d. tr. cap.* 9. *pr.* *Quidam*, inquit, *ſuperioribus annis, quem adhuc audio ſupereſſe, beatum anachoretam Helveticum, ut vulgus prædicat, Suetonium fuiſſe vocatum effinxit, illius vitam deſcribens, & ſocium habuiſſe, cui nomen eſſet Achatæ. Adii hominem, quæſiturus undenam id aſſereret. Putabam enim hæc illum abſque auctore non dicere. Sed audi impudentiam. Propterea, inquit, addidi, Suetonium fuiſſe vocatum, quod legerem è Suedia prodiiſſe:* &

& quia Æneæ Virgiliano fidus Achates ſemper adhæſit, ideo ſodalem illius hoc nomine douavi, alioqui anonymum futurum. Et hæc fides eſt monachalis & candor prorſus ſingularis. Quæ ab ipſis Pontificiis falſi ſunt convicta, non pauca paſſim extant. Convicit Baronius privilegium, quod S. Medardi monachis Sueſſionenſibus à Gregorio Magno dicitur conceſſum, ad Ann. DXC. §. 85. convictum etiam à Perronio in oratione *ad tertii ordinis Proceres*, & tandem etiam à Blondello in *Pſeudo. Iſidor'o. p.* 647. Et cui non conſtat de ſuppoſititiis literis, chartis, privilegiis, quæ otioſum id genus hominum paſſim jactat & oſtentat, congeſtis plena manu, & in medium productis à Gabriele Naudæo libro, cui titulus *Raiſons peremptoires à pag.* 23. *uſque ad* 41. Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſit, teſtatur diſerte Sigiſmundus Imper. in *Reformatione der Geiſtlichen cap.* 15. inſerta operi *der Reichſſatzungen* à Goldaſto edito: *Nun ſind die Keyſerlichen ſchreiber*, inquit, *auch nicht alſo gantz und alſo recht, als ſie ſchweren. Das empfindet man wol an den Inſtrumenten, die van den Kloſteren an den Hoff geſchicket worden, da ſie die Kirchen incorporiren. Da ſchriben ſi in den Inſtrumenten ihre klag und ihre gebrecken, dat eitel lugen ſind, unt man glubt den Inſtrumenten, und damit ſo haben die kloſter einen furgang gehabt, und is Gott und die welt betrogen worden mannigh jaer &c.* Nec diffitetur id, aut in diverſum abit, Papa ipſe Innocentius Tertius in *cap. inter dilectos. ext. de fid. inſtrum.*

Sed quod adhuc fortius in ſuſpicionem me adducit, quod Diploma id confictum, vel illud etiam facit, quod aliud atque aliud, nec eodem etiam modo, ſed prout quiſque id exſcripſit, aut exſcribere forſan voluit, diverſi-

Digitized by Google

verſimodo exhibetur. Longe aliis verbis conceptum apud Douſam *lib.* 5. *annal.* Io. à Leydis *Chron. Belg. cap.* 6. & Annal. Egmond. *cap.* 6. aliis apud Auctorem, quem in lucem jam mitto infr. Verba invicem conferantur, & apparebit diverſitas, & quam præclare in fingendo Egmondani ſibi conſtent. Ejuſdem anni Diploma eſt, eidem datum, ab eodem. Sed quid quæſo eo datum? An Eccleſia Egmondenſis cum ad eam pertinentibus: Ita eſt apud Douſam *lib.* 5. *annal.* apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 26. Ioann. Gerb. à Leydis *d. loco.* Contra apud Colinum *certus tantum terrarum tractus.* Apud Auctorem hunc infra *provincia Hollandiæ cum ſuis pertinentiis.* De Eccleſia ne gry quidem. Et ſi recte attendamus, qui fieri potuit ejus mentio? quæ nondum extabat ullibi, aut in rerum natura, extructa demum à Theoderico cum jam ſenuiſſet, ut Auctor hic habet infra. Abſurdum cum animadverteret Wilhelmus Procurator non Eccleſiam dicit datam, ſed ſimpliciter *Egmondam cum pratis, ſilvis, &c.* Et eſt alius adhuc, vir Ampliſſime, apud te ſcriptor nondum viſus, & de quo mox nonnihil dicam, qui idem habet diploma ſed quo datum dicitur utrumque, & Hollandia nimirum & Eccleſia Egmondenſis. Et ſic diploma conceptum. *Kaerle by der gratien Goeds Coninck. Want onſe crone toebehoert, dat wy onſe lieve ende getrouwe eeren ende weerdigen ſullen mit gratien ende mit loon hoer dienſt, ſo doen wy verſtaen allen gelovigen Kerſten luden, die nu ſyn, of namaels weſen ſullen, ende deſen brief ſullen ſien of hooren, dat quam in onſe tegenwoordigheyt Hagen, die edele Grave, ende badt ons, dat wy geven wouden enen edelen man, die Walcherius broeder was, Dirck genaemt, Hollant ende die kercke t' Egmont, mit haren toebehoren &c. Die Provintie van Hollant met*

datter

Digitized by Google

datter toebehoert eſt in charta apud Veldenaer, quem Boxhornius edidit Ann. 1650. *Oeſt-Vrancryck, dat nu Hollant is*, ait Auctor Chronici Gaudani *pr.* Sic ſæpius idem Diploma fictum refictumque pro arbitrio monachali.

Etiam Colinus Archivis uſus eſt Egmondanis, ſed uſus aliis atque aliis. Operis ejus hoc initium:

s' Lants geſchichten wil ic oirconden,
Zoe ic heb geſchriben vonden
In den klooſter te Hegmonden
Zo bis t' ons die boecken gonden:

Finis autem hujuſmodi:

Hier laten wi teſen tiden bliven
Van den Graven bet te ſchriven
Ente willen van Grave Florens
Hier naer een groot gepens
Onderwinden te verhalen,
Dit heb ic willen vertalen.
Omme t' oeffenen dennen ſin
Der luden ti mi mit min
*Dicke t' oircond te weten ** daden*
Batet ni, ten ſal in ni ſchaden
Batet der jeſten hervarent zyn,
Bidt an Godt voor Klaes Kolyn.

** *Baden* Dumbar.

Excerpſit hæc & ſubmiſit idem, quem dixi, & cujus eſt manuſcriptum, Cornelius ab Alckemade. Florentius, cujus mentio hic, Florentius eſt, puto, III. Sed dici poterunt certiora, ſi id fiat aliquando, & utinam modo fiat! ut Auctor, qui mendoſus, & la-

Digitized by Google

cunis, ut audio, deformis, integer & incorruptus tandem publici fiat juris.

Cæterum de eo, quem & tu habes, vir Illuſtris ſcriptorem hactenus nondum viſum, cujus modo jam memini, & quem te permittente ex tuis ſcriniis deſcripſi, neceſſe eſt, ut jam dicam quid. Idem habet Diploma, nec non iiſdem verbis, ut habent alii, conceptum. Verba nimirum hæc ſunt: *dat quam in onſe tegenwoordicheyt Hagen, die edele Grave, ende badt ons dat wy geven wouden enen edelen man, die Walcherius broeder was, Dirck genoemt, Hollant, ende die kerck t'Egmonde mit hoer toebehoeren, dats van Zuyther deshage totter Voirtrappen toe &c.* Nuſpiam nomen prodit, ſed ſimpliciter ſe vocat clericum anonymum, oriundum ex terris planis, depreſſis, & quæ ad mare, id eſt, ut opinor, ex Hollandia Boreali. *Een ongenoemt clerc geboren uyten lagen landen by der zee.* Opus ſuum inſcribit Wilhelmo Bavaro Comiti, qui V. ejus nominis Ab ovo etiam rem orditur, & nec fabulas omittit, & vulgares narrationes, quibus ſcatent & ceteri, qui hanc hiſtoriam aggreſſi. Idem habet principium, idem Hollandiæ Comitatus initium, idem de Theodoricis, & Caroli Calvi Codicillis, præmiſſis tamen nonnullis de Hollandiæ ipſius ſitu, de terræ qualitate, de incolarum natura, religione, & converſione ad fidem Chriſtianam. Auctor interim non indignus, qui edatur, ut puto. Nam & habet non pauca, quæ, apud alios non extant, & nonnihil accuratius, clarius, & pluribus circumſtantiis geſtorum ſeriem exponit. Exempli tantum cauſa, nam & ex lacinia poteſt pannus cognoſci, cum cædem narrat, & modum, quo captus à proditoribus Florentius Comes V. inter cetera ſic ait. *Ende als hy buten quam, doe*

Digitized by Google

doe quamen hem te gemoete gereden, die Heer van Aemſtel, Herman van Woerden, Gerrit van Velſen, Aernt van Benſcop, Gerryt van Craeyenhorſt, Willem van Teylingen, Willem van Sande, ende menich man, die van deſen moertdaet niet en wiſten. Herman grepen in den toom; ende ſeyde. U hooge ſpringen is nu gedaen. Gerryt van Velſen taſte den Grave alre eerſt aen, ende die Grave hielt dit noch al voer boerte. Doe quam Aernt van Benſcop, ende ſeyde; Grave ic moet u ſperwer dragen, ende toog ſyn ſweert. Als die Grave dat ſach, werp hy den ſperwer van de hant, ende tooch ſyn ſweert, ende meende hem te verweeren, ende liever doir 't ſweert te ſterven, dan hem die verraders gevangen te geven. Mer alle die weere, die hy doen mocht, en halp hem niet, want ſy en ſcaemden hem der ſcandelicker daet niet, ende wouden hoir duvelycken werck immer volbringen, ende aldus moſte Grave Florys daer gevangen blyven. Daer liep al van hem, dat mit hem uitgecomen was ter Statwaert an. Deſe verraders brochten hem mitter haeſten binnen dier nachten opt huys te Muyden. Binnen deſen ſprane die mare alle t'lant omme, ende 't volc wert al in roer vander jammerliker maer in Kennemerlant, ende in Waterlant, ende quamen haeſtelyk mit hoeven ſcepen over roeyen te Muden. Als Gerryt van Velſen, ende die ander vernamen, dattet lant aldus in roer was, ende hem luden ſterckelyck volchden, om den Grave van hem te verloſſen, namen ſy deſen edelen man, ende meenden hem te voeren, daer ſy ſelver weſen ſouden, om over in Engelant te voeren. Maer die Goyers ende die van Naerden waren hem naerre, dan ſy wiſten. Ende om dat hem dus mannelick gevolcht wert; ſo en mochten zy den Grave niet tyts genoech brengen, daer hy gemeynt was te brengen, ende worpen hem daerom haeſtelic op een peert, ende ſtacken hem een hantſchoe in den mont, bonden zyn

Digitized by Google

voeten onder 't peert toe, ende wouden 'er haeſtelick alſo mede wech. Ende als ſy aldus mit den Grave van den huſe van Muden gecomen ſyn, vernamen ſy dat hem veel volcx by was in den velde. Dus keerden zy haeſtelic om mitten Grave over ſloet, ende over velt, om den volcke te ontryden. Ende want dat peerdeken te clein was, zo vielt mit den Grave int water, en ſy en mochtens uten water ſo haeſtelic niet brengen, die luden quamen haer onder dien opten hals. Ende want hy immer int water blyven moeſte, ende ſy vreeſe hadden van den volcke, dat hem gevolcht was, ſo toende Gerrit van Velſen noch ſyn felle hert totten Grave, ende nam ſyn ſweert, ende ſtack hem, daer hy in den water lach, XXII. *wonden in ſyn lyf. Ende onder deſen dat hy den Grave aldus mishandelde, ontliep hem ſyn peert, ende doe nam hy ſyns knechts peert, ende reet daer mede op Cronenburch. Syn knecht wert gevangen van dien van Neerden, ende op ſtaende voet op eenrat geſet, ende ſlogent al-doot, dat zy onder wege van dien geſelſchap vonden. Die Kermers quamen over den Grave, daer hy lach, ende vonden hem levende, ende zynen aem treckende, ende ſprac een weynich. Sy hieven hem uitten water, ende brochten op Muyderberch. Ten leet niet lange, hy en ſloech ſyne oogen op ten hemel, ende gaf God den geeſt op die Kalende van Iunio. Daer ontkleden zy hem, ende balſemden, ende leyden in een kiſt, ende voerden t' Alcmaer, ende ſetten daer int choer.*

Nu ſuldy een vreemt dinc horen van twee wynden, die hy by hem hadde, doe hy gevangen wert. Sy liepen voor hem opt huys te Muden, ſy liepen mit hem, doe men hem van den huyſe voerde, tot dair hy gemoert wert. Dat ſagen ſy an, daer gingen ſy by liggen op tes ſloets wal, ende doemen t' Alcmaer voerde, ſprongen ſy mede in den ſcepe, ende doe hy t' Alcmaer in der kerken ſtont, gingen ſy by den haer liggen. Sy en wouden eeten noch drincken, men brocht

hem

Digitized by Google

hen ſoete melck, ſy en woudens niet, ſy bleven ſtadelyck op ſyn graf leggen t'Egmont, daer hy begraven wert, ende daer ſouden ſy opten grave geſtorven hebben hadmenſe niet van daer gevoert. Deſe edele Grave &c.

Plura non addam: Poteſt vel hinc quid, de reliquis ſentiendum, quivis ferre judicium æquus rerum arbiter, nec Bœotum in terris craſſoque ſub aere natus. Ego autem vel ob hoc editionem jam diſtuli, ut eſſet ſpatium arbitrandi, hunc interim edituras ſimiliter hactenus nondum viſum, quem in veteri quodam Codice non infeliciter reperi una cum *Geſtis Epiſcoporum Trajectenſium* ejuſdem Auctoris, qui ſub Maximiliano & ejus filio Philippo Chronicon ſuum ſcripſit. Sed quantum ad Trajectenſia poſtquam *David* inauguratus Epiſcopus Trajectenſis ſtatim ſubſiſtit, mentione obiter tantum facta obſidionis *Daventriæ*, Davidem ut Epiſcopum admittere recuſantis, & quam idcirco ut compeſcerer, ſex integras ſeptimanas obſedit magno cum exercitu Philippus Burgundiæ Dux, & tamen fruſtra & nequicquam re linquere facta tranſactione civitatem coactus. Hiſtoriam obſidionis, quam habeo manuſcriptam beneficio *Arnoldi Moonen* Eccleſiaſtæ Daventrienſis, inſeram Syllogæ veterum aliquot Auctorum propediem publicandæ. Cujas fuerit, quem jam edo ut verum dicam, non ſcio. Haud dubie fuit Belga. ** Ait unum ſe vidiſſe ex panibus percuſſorum S. Bonifacii converſis in lapides, & ſe eum vidiſſe ait in Texalia in villa de *Wael*, in vita ejuſdem Bonifacii. Sed quando viderit, non addit. Hoc interim ſat ſcio, quod eodem quidem utatur filo, præſertim quod ad Hollandica, narrationis, quo ceteri, habeat tamen non pauca, neglecta ab aliis, aut omiſſa, & quæ tamen nec contemnenda, nec inutili verborum ſtrepitu, conciſa enim

** Infra p. 314.

Digitized by Google

narratio eſt, lectori tædium ** allatura. Scopus tamen præcipuus mihi edendi Geſta, quæ dixi, captata hinc occaſione, quæ diu à me quæſita, eadem opera publicandi quædam adhuc monumenta, à me olim deſcripta ex Archivis, quæ Ultrajecti, majoris Eccleſiæ. Hæc enim ejuſmodi, quæ ſcitu non indigna, nulli non grata, cuivis etiam profutura, & quæ ad plenam eorum temporum conſequendam notitiam neceſſaria non negabit, quicunque in iis pervolvendis, quæ medii ævi ſunt, ſcriptis paulo erit verſatior.

** Deeſt non.

Certe viſa hæc mihi tanti, ut quodcunque id tandem eſt, quod faſcis hæc continet, tibi auſus ſim vir Illuſtris, & Nobiliſſimo tuo nomini inſcribere, offerre, & quam humillime conſecrare. Tu qui inter anxias urbis potentiſſimæ & laborioſas vigilias hiſtoriarum lectione animum nonnunquam reficis, & qui ſæpius tecum revolvis præclarum illud Roberti Regis Siciliæ & Neapolis olim dictum, malle ſe Regno quam literis deſtitui, non iniquum, ſat ſcio, de his feres judicium Deus te, vir illuſtris, patriæ & Reipubl. incolumem diu ſervet, benedictionibus cumulet, & ringentibus Zoilis ſemper præſtet ſui ſimilem, juſtum, & tenacem propoſiti virum, ſic ut victis difficultatibus hujus mundi ſpretiſque ſerum tandem in cælum evocet. Vovet id ex animo, & faxit utinam ita Deus, ne id votum ſit irritum,

Perilluſtris & Nobiliſſimi tui nominis cultor aſſiduus

Lugd. in Batav.
Kal. Septemb.
Ann. CIↃ. DCC. IX.

ANTONIUS MATTHÆUS.

BE-

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

Sal.

UT nemo naſcitur ſine vitiis, ſic nec ἄμωμος prodit liber hic. Curavi tamen, quantum potui, ut quam pauciſſimis urgeretur. ** *Pag.* 86. *lin* 9. *pro* Iſte Zyfridus *lege* Alter Zyfridus, *p.* 288. *lin. pen. pro* prævictum *prædictum. Ignoſce reliquis ſi placet. Cæterum Analectorum tomus hic nonus eſt. Sequetur mox decimus, & haud dube etiam ultimus. Qui continebit hiſtoriam equeſtris ordinis Teutonici, ejuſdem originem, progreſſum, & incrementum, reſque à Summis ejus Præfectis, partim in Syria, partim, poſtquam hac exacti, Ptolemaide à Saracenis, quod ultimum Chriſtianorum in Palæſtina perfugium, validiſſima olim urbe, vi capta & deſtructa, in Boruſſia, Livonia, & Lituania olim geſtas. Cæterum quum ſolenne iis, qui mittunt aliquid in publicum, ad libri commendationem amici carmen præmittere, nec ejuſmodi jam occurrat, præmittam, quo donavit me, cum more majorum eſſem publice promovendus* V. *Nonas Octobris* CIↃ. IↃC. LIX. *vir tum temporis facundiſſimus, Ultrajecti hiſtoriarum & eloquentiæ Profeſſor, Præceptor plurimum venerandus, cujus grata mihi ſemper & jucunda admodum recordatio, Ant. Æmilius. Quod nec nudum ad me miſſum, ſed comitibus literis, quarum tenor hujuſmodi:*

** Nos hæc in hac editione emendavimus.

ERUDITISSIMO ET PRÆSTANTISSIMO JUVENI
D. ANTONIO MATTHÆO
ANT. ÆMILIUS S.

Non ſemel, amiciſſime Matthæe, publice profeſſus ſum, mihi, qui ſenecta ætate jam quaſi in extrema ſto tegula

Digitized by Google

tegula occaſui proximus, immotum fixumque ſedere, omnem poeticam ſupellectilem ad ſacras Muſarum & Apollinis poſtes ſuſpendere, hæc juvenilia oblectamenta illis relinquere, quos ætate vernantes magis acri thyrſo percuſſit harum literarum præſes Deus.

Eſt mihi purgatam, inquit ille, *crebro qui perſonet aurem*,
Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Ita mihi quoque metuendum, ſi jam, pridem exoleſcente hoc ſtudio, tale quid rurſus coner, ne videar, *argutos interſtrepere anſer olores*, & ceteris noſtri ſeculi vatibus debeam ludibrium, inter poëtaſtros potius quam poëtas numerandus, præſertim quum nec in fonte Caballino labra proluiſſe, nec in bicipiti Parnaſſo ſomniaſſe meminerim. Verumtamen, quemadmodum Romanum equitem Decimum Laberium, quem quingentis millibus invitarat Cæſar, uti jam ſenex in ſcenam deſcenderet, & quos ſcriptitabat mimos, ipſe agere vellet, quamtumvis obnixum denique expugnavit Principis auctoritas, ita me quoque licet per ætatem jam emeritum, & harum Muſarum quaſi transfugam, barbitum & plectrum reſumere, & tuo deſiderio obſequi, ſubegit tui parentis, viri incomparabilis. jam μακαρίτε, ſacra memoria, & quæ mihi cum eo fuit arctiſſima neceſſitudo, ac propenſum ſummi viri in me meoſque ſtudium. Cum autem ei jam indigeti, & ſat beato, humanaque deſpicienti, vicem exolvere, nec poſſim, ſi velim, nec velim, ſi poſſim, ſatis habens defuncti manibus ſubinde levem precari terram, ſequar magni oratoris monitum in paræneſi ad Demonicum quod

Digitized by Google

quod olim adoleſcentuli didicimus: Πρέπει, inquit τὺς παῖδας ὥσπερ τῆς ὐσιάς, ὕτω καὶ τῆς Φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Facere itaque non poſſum, quin prolixam in me benignitatem patris tui, cum quo paria facere jam non poſſum, quali quali redhoſtimento erga te repenſem, atque aliquo, rudi licet, & levidenſi poematio celebrem hunc novi honoris auſpicalem diem, quo in juris prudentum album meritiſſimo adſcriberis, qui nuperrime frequentiſſimo doctorum hominum theatro, magno procerum & juvenum applauſu, ſingularis eruditionis inſigne documentum edidiſti, quæ eminentioris dignitatis (ita equidem ominor) certa prærogativa eſt. Hoc interim ſubitarium & tralatitium poemation, meæ erga te tuoſque propenſæ voluntatis obſidem habe. Etiam atque etiam vale.

Δύσκολα τὰ καλὰ

Difficilia, quæ pulcra.

Excelſo reſidet virtus & Gloria colle,
Aſperaque aſcenſu eſt, & ſalebroſa via.
Veræ igitur virtutis amans hic ſudat anhelus
Perque aſpreta ſibi pandit honoris iter.
Difficile in pretio eſt (dicunt, καλὰ δύσκολα, Graji)
Si facile eſt, multum depretiatur, opus.
Grande decus tantum grandi venale labore eſt,
Quo ſine ſe virtus tollere neſcit humo;
Quoque magis premitur mage palma aſſurgit in altum,
Erigiturque gravi pondere onuſta magis.
Magnus ita Alcides Lernæam conficit hydram,
Mille licet multum ſit metuenda modis.
Multaque præterea ſæviſſima monſtra per orbem
Cominus Herculea procubuere manu;

Victor enim non eſt, ſine qui diſcrimine vincit,
Et ſpolia absque ullo pulvere capta refert.
Non Telamoniades puerum Aſtyanacta, puſillo
Cum clypeo, ſecum combatuiſſe, velit.
Magnanimum potius ſibi deligat Hectora, qui cum
Diſcupiat ſtabilem compoſuiſſe gradum.
** *Horrendum in tauros Libyci fremuere leones:*
Sed tener innocuo ludit in ore lepus.
Sic cupit adverſum ſibi dux generoſus Achillem,
Pugnacem ut liceat conſeruiſſe manum.
Non niſi difficilis multo quæ parta cruore eſt,
Et quæſita gravi vulnere palma placet.
Ferre gravem pariter noctuque diuque laborem
Hæc eſt, crede mihi fortis obruſſa viri.
Mens ignava ſibi tantum proclivia captat,
Et grave declinat deſidioſus opus.
Sed tua ſpernit humum virtus, doctiſſime rerum,
Nulla quod ex humili laus venit ampla loco.
Ardua ſcandere aves, gaudent quia monte Camænæ,
Sublimique ſedet gloria celſa jugo.
Cura itaque una fuit dudum tibi juris & æqui,
Doctæque à teneris Palladis unus amor:
Ut poſſes olim rebus clareſcere geſtis,
Et nomen meritis perpetuare tuis.
Utque artis clarum ſpecimen, clarumque laboris,
Publicaque ingenii nunc documenta dares,
Ante alias placuit multis obſeſſa ſalebris
Materies uni diſſoluenda tibi.
Undique pars adverſa coit; tu fortiter omnes
Excipis, & ſtabili niteris uſque gradu.

** Imitatur Martialem Lib. 12. Epigr. 61.

Et

Digitized by Google

Et facilę exolvis dubioſa ænigmata juris,
Perplexasque tua diluis arte ſtrophas.
Omne tulit punctum, quicunque per invia ſaxa,
Et ſcopulos planum ſternere poſſit iter.
Maxima laus, cornici oculum fixiſſe, quod ajunt,
Quæ nova nunc meritis gloria parta tuis.
Theſea, perplexa comprenſum ambage viarum,
Expediit filo cauta Ariadna ſuo.
Hic etiam Labyrinthus adeſt, Ariadnaque præſto,
Docta ſat, implicitas explicuiſſe vias.
Denique victor ovas toto applaudente Lyceo,
Atque abit in partes docta corona tuas.
Grande ſophos cumulat ſimul omnis ſexus & ætas,
Et notat hunc ſigno candidiore diem.
Ipſa Themis nulli te nunc volet eſſe ſecundum
Utque ſit in triplici par tibi nemo foro,
Quæ tua per populos laus ut teſtatior omnes,
Doctrinæque magis ſit manifeſta fides;
Te nunc clara novi decorant inſignia honoris
Symmyſtamque vocat Curia ſancta ſuum.
Jam toga te promiſſa decet, jamque annulus ornat,
Et capiti impoſitus Principe dignus apex,
Fauſtisque ominibus te cinctum tempora lauro
Proſequitur feſto læta juventa die.
Unanimi ſtudioſa cohors certamine doctæ
Innectunt fronti florida ſerta tuæ.
Et circumfuſi præconia debita dicunt,
Argutaque canunt proſpera fata lyra,
Et quoquo graderis celebri per compita pompa
Obvia compoſitos dat tibi turba choros.

Digitized by Google

Nec niſi odoratas violas & lilia calcas,
Conſtratamque recens fronde viren te viam.
Diſce, juventa, ſequi pariii veſtigia greſſu
MATTHIADE *exemplo nunc præeunte ſuo.*
Diſce quid ingenium valeat ſublimius, & quid
Non minor eximia poſſit in arte labor.
Hoc opus hæc cura eſt animis cæleſtibus una,
Qua mens magna ſibi pandit ad aſtra viam.
His itaque auſpiciis graſſare ad culmen honorum
Ad populi faſces, atque curule decus,
Vel mage quod cupiat Themis ipſa nomen avitum,
Et patrium ſtudio te ſtimulante pari.
Suſcipiens hæc vota tibi. Dii cæpta ſecundent.
Cum patribus populus cum populoque patres.
Quod reliquum ſupereſt, mea nunc, cariſſime rerum,
Accipe propoſito vota ſecunda tuo.
Accipe fauſta tibi ex animo gratantis amici
Verba ſalutigero quæ mihi dictat amor.
MACTE ESTO VIRTUTE TUA, *ſpes magna Lycei*
Juridici in natis perpetuanda tuis.

TAB. DECLAMAT. CCCXXIX.

Tum domum reverſi narrabimus liberis noſtris:

HÆC VIRTUS HABET PRÆMIA.

CO-

Digitized by Google

COMES HOLLANDIÆ.

THEODERICUS III.

APUD JOAN. GERBR. A LEYDIS

Lib. 9. hiſt. cap. 8.

Porro Comes Hollandiæ Adelboldo, patri ſpirituali, honorem & reverentiam exhibens dixit: *Quam ob cauſam Dominus meus Hollandenſium factus eſt inſidiator, ignoro &c.* Tunc Adelboldus Præſul reſpondens ait ei: *O inclite Comes fateor me nunquam ſenſiſſe læſionem vel in minimo à Domino meo Hollandenſi, vel à ſuis prædeceſſoribus &c. nihilominus tamen, quod me movebat inſidiari Domino meo fuit hoc, quod Hollandia olim conſuevit ſtare ſub Epiſcopatu Trajectenſi, & in ſignum hujus civitas Hollandiæ capitalis adhuc hodierna die dicitur Trajectum inferius &c.*

An Caroli v. hinc Conſtitutio; quam habeo manuſcriptam, de non ſeparanda Hollandia à diœceſi Ann. 1540. 1. Sept?

Lamb. Hortenſius lib. 4. hiſt.

Vetus conſuetudo genti Ultrajectinæ ad eum diem uſque durarat, ut Princeps in urbem venturus, præmiſ-

Digitized by Google

ſis cum armis culinariis coquis, adventus ſui certiores faceret; ad cujus ingreſſum ter ſignum tintinnabulo, cui ab eo nomen factum erat, honorifice dabatur.

Adelboldus Epiſcopus Trajectenſis in vita Henriki Sanct. Imper. apud Leibnit. *pr.*

In geſtis ſcribendis duo ſunt videnda, ut & ſcriptor veritatem in prolatione teneat & lector fructum in lectione capiat, ſed ſcriptor veritatem tenere nequit, niſi hæc quatuor aut potenter devitaverit, aut aliquatenus à mente depoſuerit, odium & carnalem dilectionem, invidiam & infernalem adulationem &c.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT CRONICA DE TRAJECTO,

ET EJUS EPISCOPATU, AC ORTU FRISIÆ,

Quomodo & qualiter eſt inhabitata.

FRISIA eſt valde magna, & multæ provinciæ ſunt in ea, quia multi ſunt ibi Epiſcopatus, Ducatus, & Comitatus, & qui modo ſatis ſunt famoſi, ac honeſti, & Principes eorum, qui ab antiquo intra Friſiam computati erant ac inferiorem Saxoniam. Quia à fluvio, qui præterfluit *Hamburch*, nomine *Elve*, uſque hinc vel hoc totum habitum eſt pro *Friſia* vel inferiori *Saxonia*. Et iſti *Friſones* vel *Saxones* fuerunt populus multum incultus, & terra fuit lata & inculta, & omnino beſtialis, & ad ultimum eſt per multum populum perdomita & inhabitata. Quia quod modo eſt *Hollandia* fuit tota (1) nemoroſa ac ſilveſtris & hæc primo poſſeſſa fuit à feris hominibus, qui ex *Anglia* venerunt, quæ tunc Albion, poſtea Britannia, modo *Anglia* vocatur, & † Brutus veniens de Græcia, qui fuit genitus de Troja, vaſtavit eam, & occidit multos generis gigantei, & de reliquiis illius populi expulſi fuit Hollandia prius poſſeſſa, ac

Vid. lib. 1. de Nobilit. cap. 18.

† Fabula & nihil aliud.

(1) Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 12. Ait Zoſimus *lib.* 3. *hiſt.* à Juliano Imperatore ad fines Germaniæ, ubi oſtium eſt Rheni, factas naves onerarias majores lembis octingentas, ex ſylvis flumini proximis cæſa materia.

Digitized by Google

ac incolata, ac ipſi nomen acceperunt, quod Slavi eſſent. Et hoc fuit ante incarnationem Chriſti circa annos mille vel DCCCC. & tempore Samuelis, qui fuit Judex in Iſrael, & David Regis Iſrahel. Et iſte populus contraxit matrimonia cum inferioribus Saxonibus & Friſonibus & populus multiplicatus eſt. Et diviſus eſt populus, ſic quod quidam profecti ſunt ad illas partes, quæ modo Auſtralis *Hollandia* eſt, & quidam ad partem inferiorem Gelriæ, qui populus tunc vocatus eſt *de Wilten*.

Poſt hoc tempore *Julii Cæſaris* & LVIII. annis ante incarnationem Chriſti miſſus fuit idem *Cæſar* à Senatu, ut omnes iſtas inferiores Regiones Romano Imperio ſubjugaret, & ſic venit ad iſtos *Slavos* & *Wilten*, & dextras dedit eis, & in gratiam recepit, quia Julius Cæſar eorum Capitaneum vicit & occidit, qui fuit gigas magnus nomine * *Braban.*

* Figmentum.

Deinde poſt tempore *Claudii* circa annos Domini XL. Claudius profectus eſt *Britanniam*, quia ſolitum tributum dare detrectabant, & in reditu pugnavit cum *Slavis* & *Wilten*, & vaſtavit eos, & ipſe Imperator nominavit illud magnum nemus, quod modo† eſt *Hollandia*, & *Flandria*, *nemus ſine miſericordia*, quod fuit diu ſic vocatum.

† Sic paſſim vult vulgus.

Poſtea vero in anno Domini LXV. tempore *Neronis*, qui fuit multum ſævus tyrannus, & multa mala fecit, Apoſtolos occidit, & fuit primus Chriſtianorum perſecutor. Ipſe fecit incendi Romam in quatuor plagas, (1) & arſit civitas novem diebus, qui delectatus fuit talis incendii pulchritudine. Ipſe etiam occidit matrem ſuam & ſorores, quod cum faceret occurrit, ut videret membra earum, & quædam laudavit, quædam autem vituperavit. Et *Senecam* magiſtrum ſuum occidit. Piſcabatur

(1) Sex tantum, ut vult Tacit. *lib.* 15. *Annal. Sexto demum die apud imas Eſquilias finis incendio factus*, Sex *dies*, *ſeptemque noctes*, *ea clade ſævitum* verba ſunt Sueton. *in Neron. cap.* 38. Sed lapis priſcus eſt apud Lipſium in *not.* qui idem ait quod Auctor.

INCENDIORUM, ARCENDORUM. CAUSA.
QUANDO URBS PER NOVEM DIES
ARSIT NERONIANIS TEMPORIBUS

Nulla tamen difficultas. Vid. Lipſ. *ibid.*

Digitized by Google

batur cum reti aureo, biſſiniſque chordis, & multos occidit nobiles Romanos, tribunos, & Senatores, ſicque multi dimiſſa Roma profugiebant. Inter quos duo erant, quorum alter *Granius* alter *Antbonius* vocatus eſt. *Granius* ſenator fuit, *Antonius* tribunus Romanus.

Granius cum omni ſubſtantia ſua ac familia profectus eſt per Galliam, & venit in *Ardenna*, & invenit aquam ſulfuream in ſilva, & conſtruxit palatium ibidem, & ergo uſque hodie vocatum eſt *Aquisgrani*. *Antonius* ſimiliter receſſit à *Roma* cum omnibus ſuis, quæ habere potuit, & profectus eſt per Germaniam, & venit inferiorem *Saxoniam* vel *Friſiam*, & in finibus, quod modo eſt *Hollandid*, fecit palatium circa Rhenum cum fortalitio, & vocavit eum * *Antoniam* juxta nomen ſuum, quod diu ſic vocatum fuit. Et hoc fecit circa annum LXV. Et *Antonius* cum ſuis poſteris poſſedit illud multis annis, uſque dum iſti *Slavi* & *Wilti* Anthoniam vaſtaverunt. Et ſtetit *Antonia* C. & XXI. annis.

Dein poſt anno Domini CLXXXVI. tunc congregati ſunt *Wilti*, hoc eſt, illi de aquilonari Hollandia, & Slavi potenti manu, & obſederunt *Antoniam*, & vaſtaverunt eam, & multis interfectis ad ſolum uſque dejecerunt, & conſtruxerunt ibidem aliud valde firmum caſtellum, & vocatum eſt *Wiltenburch*, & habitaverunt ibi. Et erat populus inquietus & bella nutriens.

De hinc anno Domini CCC. tempore *Valentiniani* pace facta inter has omnes nationes, ſcilicet *Friſones*, *Wiltones*, & *Saxones*, collectis navibus multis profecti ſunt ſuper Renum in *Almaengen*, & multa damna ibi fecerunt, & etiam in Gallia, & multos occiderunt.

Quo audito *Valentinianus* adunato exercitu feſtinabat tali gentili populo obviare, quod & fecit. Nam captis omnibus navibus venit in inferiorem *Saxoniam* per Rhenum, & deſtruxit caſtrum *Wiltenburg*, & perdomuit *Friſones*, & omnem illum populum, & reverſus eſt cum gloria ad ſua anno Domini CCC. LXXXVII. Et propter nimia frigora ibidem exiſtentia vocata eſt à Romanis tunc *Friſia*. Et terra iſta manſit tunc infidelis uſque CCC. annos. Et anno Domini CCCC. XVI. tunc illi de inferiori *Saxonia* conglobati cum ſuo Rege *Engiſto* & *Horſes* fratre ſuo, & cum *Slavis*, profecti ſunt in *Britanniam*, & expulſis *Britannis* dominati ſunt ibidem, & regnaverunt illic.

* Vid. to. 5 *Analect.* in Not. p. 456. & ſeq.

** Nobis Tom. 3. pag. 3. & ſeqq.

Digitized by Google

illic. (1) Et propter iſtum Regem *Engiſtum* nominata fuit inſula illa *Engiſtia*, poſtea vulgariter *Anglia*. De iſto *Engiſto* venit poſtea *S. Willebrordus*, & *S. Albanus*, & *Gereon*.

Dein poſt cœperunt *Friſones*, & *Saxones*, & *Wilti* creare Capitaneos, & Wilti præfecerunt unum Capitaneum nomine *Lemmen*, & ipſe reædificavit *Wiltanburch*, & habuit filium nomine *Dibbaut*, qui poſtea factus eſt Rex Friſonum, & habuit conjugem de genere giganteo, de qua habuit filios plurimos. De eo etiam deſcendit *Richardus*, quem *Slavi* in *Regem elegerunt*, & vocatus eſt *Eſeloor*, eo quod aures habuit aſininas. Fuit magnus in corpore, & habuit etiam conjugem giganteam. Et habitatio ejus fuit in *Hollandia* prope *Voorburch*, & ibi fecit magnum caſtellum, & habuit filium, qui poſt eum regnavit nomine *Valck*. Et iſte Valck fecit etiam magnum caſtellum ad partem Auſtralem nemoris, & vocavit *Valckenburch*, cujus fundamentum adhuc apparet in littore maris

Ex eodem hoc tripode, ex quo & illud quod ſequitur.

Circa annum Domini DC. & XXV. regnavit in Francia *Lotharius*, & fuit bonus Chriſtianus. Iſte profectus eſt manu armata in Friſiam, & pugnavit contra eos, ſed non expugnavit eos. Secundo venit *Lotharius* cum magna manu in Friſiam, & tunc expugnavit eos multis valde interfectis, & quemcunque (2) Friſonem invenit, qui major ſpata ſua fuerat, decollari fecit.

(1) Holſati, qui & Saxones & Friſii, ex primis olim, qui pulſis incolis & Romanorum præſidiis Britanniam invaſerunt. Eorum autem pars Angli, provinciam habitantes, quæ Ducatus pars Sleſvicenſis, & Flensburgo vicina, & Anglia adhuc nuncupatur uſque in diem hodiernum, ut ſcribit Mollerus civis Flensburgenſis *Iſagog. hiſt. Cimbr. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 9. Inſulam eſſe ait Howel, in qua & hodieque adhuc urbem ait Londinum 1. *epiſt.* 6. *ep.* 5. & 2. *epiſt.* 1. *ep.* 55. Sunt etiam, qui Anglos ex Weſtphalia deducunt, ubi *Angrii* etiam, ſeu *Angarii*, quorum Dux, Archiepiſcopus & Elector Colonienſis. *Angarios* autem per euphoniam, dictos dein Anglos, & *Engelſche*, qui olim *Engerſche*. Guibert. Abbas *lib.* 2. *de vit. ſua.* Gobelin. Perſon. *Coſmodr. ætat.* 6. *cap.* 1. Prior tamen longe eſt veriſimilior.

(2) Saxonem Aimoin. 4. *hiſt. c.* 18. *cum eis Saxoniam ingreſſus ita depopulatus eſt eam, ut nullum ibi hominem viventem relinqueret, qui longitudinem ſpatæ, quam tunc forte gerebat, exceſſiſſet, & Clotharius quidem hoc taliter egit.*

Digitized by Google

fecit. Quod videntes *Slavi*, vel *Hollandini*, & *Wilti*, dextras petierunt & acceperunt. Quas tamen dextras non ſervaverunt memores Regis nimiæ crudelitatis.

Circa annum DC. & XLI. fuit in Francia Rex *Dagobertus* primus, & fuit filius *Lotharii*. Iſte *Dagobertus* perdomuit omnes *Friſones* & *Slaves* & *Wilios*. (1) Iſte iterum deſtruxit *Wiltenburch*, & fecit conſtrui caſtellum cum magno ambitu in gyro ſuper Rhenum, & vocavit *Trajectum*, & ſtetit *Wiltenburch* ab initio uſque huc quingentis annis. Iſte *Dagobertus* fecit fieri infra ambitum iſtius *Trajecti* primam Eccleſiam in honore Sancti *Thomæ* Apoſtoli, & ordinavit ibi Presbyteros, qui converterent Friſones, quod tamen fruſtra fuit, & iſta Eccleſia fuit facta anno Domini DC. & XLII. Et iſte durus populus noluit converti tamen, ſed deſtruxerunt iſtam Eccleſiam.

De S. Willebrordo.

In Anglia fuit honeſtus vir, natus ex *Saxonia* inferiori vel Friſia, deſcendens de Rege *Engiſto* præhabito, & vocatus eſt Wilgiſus, & Deus conceſſit iſti viro filium, & vocatus eſt *Willibrordus*, & iſtum filium fecit nutriri & doceri in monaſterio à probatis monachiis, quod *Herpen* vocabatur, & inſtitutus eſt ibi

(1) Etſi ob propinquitatem plerumque hæc confundantur Trajectum & *Wiltenburch*, quod & *Vultaburg* Sigeberto, diſtincta tamen caſtra. Alterum locum adhuc ſervat ex caſtro urbs illuſtris jam. Alterum ad pagum *Vechten*, qui & Rheno contiguus, & vix ſpatio ſemi horæ à Trajecto olim diſtans. De quo charta Ann. 1169. „ In nomine Domini. Ego Balduinus Dei miſericordia in „ Eccleſia Beatæ Maria Præpoſitus notum facio omnibus Chriſti „ fidelibus præſentibus & poſtmodum futuris, qualiter decima in „ Wiltenburch, quam Herimannus de Wedene, decima quoque in „ Lepica, quam Gerardus Domini Framberti filius à me & ab an„ teceſſoribus meis ſub jure pheodi tenuerunt &c. Prædicti vero „ viri non vocati, ſed propriæ voluntatis arbitrio ad nos venien„ tes, Herimannus præfatam decimam in Wiltenburg, majorem „ & minorem, & ſecularem juſtitiam, decimam quoque in quibuſ„ dam circa Wiltenburg adjacentibus locis, Gerardus vero in Lo„ pica decem manſorum decimam, &c. absque ulla exceptione „ &c. & abſque ſpe repetendi pleniſſime reſignaverunt &c.

Digitized by Google

ibi clericus, & anno xx. tonſuratus eſt, & proſecit, ibi in ſumma doctrina. Ad ultimum iſte juvenis procedens de virtute in virtutem quæſivit dulcedinem Sanctæ Vitæ, & venit ad *Egbertum* Archiepiſcopum Nordanymbrorum, & ſecutus eſt eum in omnibus virtutibus, & profectus eſt in *Hiberniam*, ut ibi duceret heremiticam vitam. De iſto *Egberto* putatur, quod Sanctus iſte *Willebrordus* ordinatus eſt Presbyter. De poſt iſte *Egbertus* miſit ſuum diſcipulum *Vinibertum* Abbatem in Germaniam, ut doceret populum incredulum veritatem S. Euangelii. Sed iſte Sanctus vidit tantam reſiſtentiam in iſto populo, quod cerneret inibi infructuoſum ſuum laborem, & ideo reverſus eſt in Angliam.

Anno Domini DC. LXXXVIII. fuit (1) Dux in Brabantia *Pipinus* de *Harſtel*, & fuit tertius Dux Brabantiæ, & fuit famoſus & primus conſiliarius Regis Franciæ, & gener, & ipſe rexit Regnum Franciæ. Iſte Pippinus collegit manum magnam militum, ut pugnaret contra *Richarduim* Regem Friſiæ. Quo pugnante Friſones cum ſuo Rege viriliter reſtiterunt, ſed in fine Richardus Rex occiſus eſt cum multis millibus Friſonum. Iſte *Pippinus* ex parte Regis Franciæ fecit *Slavoniam* vel (2) *Hollandiam*

(1) Dux tum temporis apud Francos, qui præerat toti provinciæ, Comes qui tantum urbi. Uterque ad tempus, non ad vitam. Hereditarii Duces adhuc nulli tum. Vid. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 5. *& ſeq.* Nec Dux Pipinus, ſed Major domus. Nec Brabantia adhuc ſatis nota. *Bracbant* olim, *Bracbantum.* Pagus paſſim, ſed qui aliis tum terminis circumſcriptus, quam hodie. Magnam olim Flandriæ, magnam etiam Hannoniæ in ſe partem complexus. Nam & Ganda ſeu Gandavum ejus pars. Vita S. Ludgeri apud Brouwerum cap. 15. *Dedit ergo ei monaſterium in pago Bragbanto, quod Lotuſa nominatur.* Sigebert. ad Ann. 1059. *In pago Bracbatenſi juxta Tornacum multitudines colubrorum altrinſecus congregatæ prodigioſo prælio inter ſe concurrunt.* Charta Ludovici Pii Ann. 819. apud Miræum *piar*, *donat. cap.* 14. *in monaſterio, quod dicitur Ganda, quod ſitum eſt in pago Bracbbatenſe, conſtructum in bonore S. Petri.* Lipſ. *Lovan. lib.* 1. *cap.* 13. Joh. Robert. *ad vit. S. Hubert. n.* 76. Primus, qui Brabantiæ Ducis aſſumpſit titulum, Henricus tertius fuit Ann. 1249. Mejer. ad eum Ann.

(2) O*eſt-Vrancryk*, ut ait Chronic. Goudanum. Sic Auſtraſia olim dicta, cujus etiam Hollandia, ſeu tractus hic, qui Hollandiam jam continet, credita olim pars. Dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 28.

Digitized by Google

landiam vocari tunc orientalem Franciam. Et hoc fuit anno Domini DC. LXXXVIII.

De poſt anno DC. XC. non ceſſavit à cœpto ſupradicto *Egbertus* Archiepiſcopus, ſed miſit *Willibrordum* tunc presbyterum cum undecim ſociis in Germaniam ad convertendum populum ad fidem rectam, & erant fideles operatores in verbis Domini, ſcilicet *Singebertus*, *Willebrordus*, & Abbas *Winibaldus*, & duo *Ewaldi* ſacerdotes & martyres, & *Lebuinus*, & *Werenfridus*, & *Marcellinus* presbyter, & *Albertus* Diaconus. Iſte reſignavit Regnum, quod venit ſibi à patre, & cum *Willebrordo* profectus eſt in peregrinationem. Et quia iſti Doctores nati fuerant de progenie Saxonum, ideo facilius poterant prædicare Evangelium ſecundum linguam eorum. Et applicuerunt primo ad inſulam, quæ *Walcheren* vocatur, quæ modo *Zelandia* dicitur, ad villam, quæ *Weſtcappel* vocatur, & ibi invenerunt idolum *Mercurii*, & *Willibrordus* confregit illud idolum in fruſta, & cuſtos idoli percuſſit *Willibrordum* cum gladio, & vulneravit caput ejus, & conſervatus à morte curatus fuit in brevi. Et ille qui percuſſerat eum ſtatim arreptus fuit à dæmonio, & tertia die obiit. Et Willibrordus prædicavit, & docuit, & convertit totum populum ad fidem Chriſti. Et ergo *S. Willibrordus* eſt ibi Apoſtolus & patronus illius terræ, ſcilicet *Zelandiæ*, quia ipſe primo ibi eos convertit. Deinde profectus eſt in orientalem *Franciam*, hoc eſt, in *Hollandiam*, & prædicavit ibi multis in locis, & multos ibi convertit, & ad ultimum pervenit ad *Wiltenburch*, hoc eſt, *Trajectum*, & prædicando ibi multos convertit ad fidem Chriſtianam. Et *Pippinus* Dux prædictus juſſit *Willibrordo*, ut ultra ad Friſones proficiſceretur ad eos convertendos. Statim ſuis prælto exiſtens cum ſociis ſuis profectus eſt in Friſiam ad prædicandum. Tunc fuit ibi Rex nomine *Radbodus*, ſed Cronica *Franciæ* nominat iſtum *Radbodum* non Regem, ſed Ducem, quia *Francia* tunc dominabatur Friſiæ, & voluit, quod non Rex ſed Dux vocaretur Dominus Friſiæ, ſed Friſones eum habebant ut Regem. Iſte Radbodus habuit domicilium apud inſulam, quæ * *Foſtelant* vocata erat, & ibi fiebant conventicula idolorum. Et ibi veniens *Willibrordus* deſtruxit omnia idola in templis, quæ in honore Jovis dedicata erant, & baptiſavit tres homines, qui diabolum

* Vid. *ad to 5. Analect. p. 465.*

** Nobis Tom. 3. p. 12. & ſeq.

Digitized by Google

lum abnegabant. Et *Radbodus* fecit unum de ſociis *S. Willibrordi* decapitari cum ſorte, id eſt, quem ſors tetigit. Et ille quem ſors tetigit ſolitus ſemper exſtitit Deum exorare, ut cum martyrio poſſet ad eum venire.

Videns autem beatus *Willibrordus*, quod *Radbodum* cum ſuo populo non poſſet convertere, receſſit inde, & rediit in *Hollandiam*, ut neophytum populum in fide confortaret, & ultra eos adduceret ad ſacrum baptiſma, & dedicavit Eccleſiam apud antiquam *Slavenburch*, quæ nunc *Vlaerdingen* eſt, & collegit presbyteros multos, & ſic venit *Trajectum*, quod venit ſub Dominio *Franciæ*. Et conſtruxit apud Eccleſiam *S. Thomæ*, quæ fuit deſtructa, Oratorium *S. Crucis* (1) & conſecravit ibi primum fontem baptiſmalem.

De Pippino Duce Brabantiæ.

Dux Pippinus collegit exercitum, & duxit contra *Radbodum*, & ipſe ſimiliter contra eum magnam manum, & pugnatum eſt, & victus eſt *Radbodus* cum ſuis, & promiſit ſe Chriſtianum fieri, quod non ſervavit.

Anno Domini DC. XCV. *Pippinus* conſiderans inſtantiam beati *Willibrordi* in prædicando rogavit eum, ut iret Romam pro benedictione Papæ, ut Epiſcopus fieret. *Sergius* Papa primus admonitus per angelum in viſione, ut ipſum *Willibrordum* honorifice ſuſciperet, & ordinaret, quod & fecit ſimul rogatu *Pippini*, & conſecravit eum Epiſcopum in Eccleſia S. Petri cum pallio. Et tenuit eum aliquamdiu apud ſe, & dedit ei nomen, & vocavit *Clemens*. Interim quum *S. Willibrordus* fuit Romæ, ventus urens ſurrexit, & orientalis, & evertit omnes arbores, & una nocte per totam *Friſiam* & *Slaviam*, quæ fuit orientalis *Francia*, quod fuit mirabile multum.

Poſtquam *S. Willibrordus* benedictionem Papalem obtinuit, &

(1) Fontem nudi intrabant, ut videre eſt apud Ciampinum in expoſitione duorum ſarcophagorum, ubi & formam fontis & ingreſſos eum, expreſſit ære. Et ejuſmodi adhuc fontem videre eſt Zutphaniæ in majori Eccleſia.

Digitized by Google

& Epiſcopus effectus eſſet, tunc licentiam petiit ab Apoſtolico redeundi ad populum ſuum, & quum audiſſet, quod omnes arbores everſæ eſſent, tunc cogitavit futurum eſſe præſagium converſionis illius populi, & miſit *S. Albertum* cum multis ſanctis viris ad informandum populum in fide Catholica.

Dictus igitur *Willibrordus* factus primus Epiſcopus Trajectenſis anno Domini DC. XCVI. XL. annis rexit Epiſcopatum, & conſtruxit monaſterium Canonicorum Regularium in eodem loco, in quo Eccleſia beati *Thomæ* Apoſtoli prius ſteterat, & in honore *S. Martini* Epiſcopi & Confeſſoris. Et præcepit quod ibi ſemper eſſet ſedes Epiſcopalis, & eſſet principalis Eccleſia Epiſcopatus, quia ipſe illam Eccleſiam primo in ſua diœceſi dedicavit & conſecravit ſua propria manu, & poſuit ibi XL. Canonicos, qui diebus & noctibus vacarent laudibus Dei.

De Karolo Martello.

Karolus Martellus filius *Pippini* fuit potens Dux *Brabantiæ*, & rexit domum *Franciæ*. Et poſt mortem *Pippini* patris ſui venit ipſe cum manu valida in Friſiam expugnare *Radbodum*, & obtinuit eum, & promiſit *Radbodus*, quod Chriſtianus fieret. Eodem tempore fuit *Vulfrannus* Epiſcopus *Senonenſis* admonitus à Deo, ut in Friſiam properaret adjuvare Archiepiſcopum *Clementem* in converſione Friſonum. Et iſti duo glorioſi Epiſcopi prædicaverunt Friſonibus fidem Chriſtianam, & docuerunt, & inſtruxerunt *Radbodum*, ita ut veniret *Radbodus* ad fontem, ut baptizaretur, ſed cum ſimulata devotione. Nam cum poſuiſſet unum pedem in fonte ſacro, ut ibi ſacræ fidei ſatisfaceret, reſpondiſſe refertur, ibi prædeceſſores ſui majores eſſent: dictum eſt ſibi inferno eos eſſe. Qui reſpondit, *ſatius eſſe cum multis in inferno eſſe, quam cum paucis in cælo.* Et ſic ille deceptus perſtitit in malo ſuaſu diaboli. Et ſic mortuus eſt tertia die miſerabiliter. Poſt mortem *Radbodi* permiſſum eſt *Wilbrordo* ire quocunque voluerit in Friſia, & publice prædicare, & baptizare, & ſacerdotes ordinare, & ubique Eccleſias conſtruere. Et poſtea obiit *Karolus Martellus* primus Dux Eccleſiæ Trajectenſis. Quodam tempore venit *S. Willibrordus* in Friſia in litore maris viſitare ſuos, ita ut populus

ſuus

ſuus ſitiret, & aqua ſalſa fuit, & Falerna defuit. Quibus compaſſus Sanctus fecit unum ſibi familiarem tentorium ſuum explicare, & fecit parvam foſſam fodi, & ſic ingreſſus ſolus tentorium oravit Deum pro aqua. Et ſtatim fluebat recens aqua ſatis large ad bibendum ex ſalſo ſabulo. Qui fons adhuc manet in villa, quæ dicitur *Heylo* prope *Alcmariam*, & vocatur uſque hodie puteus *S. Willebrordi.*

Illo tempore, quo *Willibrordus* reſedit Epiſcopus in Trajecto, venit unus presbyter ex *Anglia* in *Almanniam* nomine *Winfridus*, ut ſua doctrina poſſet ibi profugare omnem ydolatriam, & ſemen Sancti *Evangelii* ibi ſeminare, & venit ad *Willibrordum*, quem ipſe cum honore ſuſcipiens rogavit eum ſui laboris ſocium fieri. Quod annuens *Winfridus* manſit apud illum XIII. annis prædicans & docens rudem populum in vera fide. Poſtmodum cogitans *Winfridus* multum populum eſſe in Germania, qui indigebat ſalutari doctrina, & accepta licentia profectus eſt *Moguntiam*, & docuit ibi, & convertit ibi multos de Francia & de Turingia.

S. Willibrordus miſit diſcipulos ſuos in omnem terram ſuæ diœceſis ad prædicandum. *S. Albertus* Archidiaconus ejus miſſus eſt *Kermerlant*, & ibi convertit multos. Ad ultimum vero ibidem obdormiens ſepultus eſt in *Egmonda* in ſuo oratorio. In loco autem illo multis miraculis floret.

Anno Domini DCC. & XXXVI. requievit *S. Willibrordus*, & tradidit animam ſuam Deo, & corpus ejus delatum eſt ad monaſterium *S. Benedicti*, quod vocatur *Epternaken* in diœceſi Treverenſi, quod ipſe antea fundaverat cum adjutorio ſuorum diſcipulorum.

S. Bonifacius fuit Epiſcopus Trajectenſis XVI. annis, & cum audiſſet iſte *Bonifacius* primus Epiſcopus Maguntinenſis mortuum *Willibrordum*, & Eccleſiam Trajectenſem viduatam, congregata multitudine Prælatorum inſtitit apud eos, ut *Lullus* venerabilis ordinaretur Epiſcopus *Maguntinenſis*, quod & factum eſt. Et ipſe profectus eſt *Trajectum*, de conſilio *Karoli Martelli*, & acceptavit curam illius Eccleſiæ in nomine Domini, ne populus relaberetur ad priſtina mala, quem ipſe prius etiam cum aliis condiſcipulis converterat. Et iſte Sanctus volens ampliare cultum Dei fundavit monaſterium Canonicorum circa oratorium Sanctæ crucis circa annum Domini DCC. & XXXVIII.

Et

Digitized by Google

Et iſta Sancta Eccleſia erat Eccleſia Salvatoris, & ibi poſuit XL. Canonicos, ſicut erant in ſumma Eccleſia, quam fecit *S. Willibrordus*. Quidam dicunt, quod *S. Willibrordus* hanc fecit, & ordinavit ibi LXXX. Canonicos. Qui etiam XL. illorum poſuit ad *S. Martinum*, quod tamen non habetur firmum & certum. Sed invenimus, quod *Bonifacius* fecit monaſterium Salvatoris, & ordinavit, quod Canonici de *ſummo* & Canonici *ad Salvatoris* eſſent ut fratres de uno collegio. Et quia *Bonifacius* Eccleſiam Salvatoris fundavit, ac conſecravit, ſic Sancti martyres, qui ſecum fuerant interfecti, fuerunt ibi ad XIII. ſepulti, & ſanguis eorum collectus in vaſis teſteis cum eis repoſitus. Sed corpus *S. Bonifacii* delatum eſt per miraculum in diœceſi *Maguntinenſi*, in monaſterio S. Benedicti, quod vocatur *Fulda*, quod ipſe fundaverat. Et *S. Gregorius*, qui poſt Bonifacium fuit, etiam ibidem ſepultus fuit, & *Odulphus*, & *S. Fredericus* ſimiliter ad S. Salvatorem jacent. Sic locus Salvatoris Sanctior eſt univerſis locis aliis in *Trajecto*. Et ergo multi devoti Epiſcopi deſiderabant ibi ſubterrari. Et poſtquam Bonifacius canonizatus fuit à Papa elegerunt iſti Canonici S. Bonifacium patronum iſtius Eccleſiæ, eo quod ipſe fuit primus fundator & inſtitutor ejus.

In anno Domini DCC. & LII. *Bonifacius* ſciens imminere martyrium ſuum ordinavit ſibi ſucceſſorem Sanctum *Gregorium*, & *Bonifacius* cum ſuo ſuffraganeo *Eobano*, & *Wintingo*, *Waltero*, & *Alberto* ſacerdotibus, & *Haymundo*, *Sacbaldo*, & *Baſato* diaconibus, & *Wackero*, *Gundato*, *Hidero*, & *Tulfo* monachis. Iſti triginta viri deſcenderunt per *Slaviam*, & venerunt ad populum incredulum, ibique explicabant tentoria ſua, & paululum quieti ſe dederunt. De poſt *Bonifacius*, qui nuncius fuit ſapientior, conſtanter cœpit prædicare illi populo evangelium Chriſti, quod quidam eorum crediderunt. Sed antiquus hoſtis invidens hujuſmodi profectui ſuſcitavit ſanguinolentum populum adverſus prædicatorem Chriſti, qui potius elegit mori, quam à prædicatione ceſſare. Et non timens minas hominum confortavit ſuos diſcipulos perſiſtens in prædicatione. Sed illi mali prætenſi homines obturantes aures ſuas, ſicut ſerpentes, ne audirent verba vitæ, ſed cum gladiis & lanceis percuſſerunt ſervos Dei, & multis vulneribus inflictis occiderunt primo die Nonas Junii. Et Sanctorum erat numerus quinquaginta duo,

Digitized by Google

qui perſeveraverunt in fide contra perfidos uſque ad mortem in civitate Dockum, & migraverunt ad Regna ſyderea. Et ſtatim feſtinabat inſanus populus omnes Sanctorum libros in fruſta conſcindere, & ſic ſanctam fidem ex eorum liminibus eliminare, ſed divina virtus conſervavit librum Sancti inconcuſſum, ſic quod nullam læſionem pateretur, ubi ſcriptura Sancti fuit. Quo facto gaudebant plurimum prædicti carnifices propter latrocinia jam facta. Qui reverſi ſunt ad propria, ut diem plus ſolito feſtivarent edendo & bibendo, ubi contigit magnum miraculum, quia omnium illorum panes converſi ſunt in lapides, qui adhuc ſervantur in Friſia in memoriam Sanctorum martyrum, quorum unum ego, qui hæc ſcripſi, vidi in *Texalia* in villa de *Wael.* Et ſic venerunt Chriſtiani quidam & collegerunt tredecim martyres, & navi impoſitos vexerunt Trajectum, & ſepelierunt eos ad S. Salvatorem. Sed corpus *S. Bonifacii* delatum eſt in *Fulda* monaſterio per miraculum, quod ipſe (1) prius fundaverat in multa paupertate.

Iſte *S. Bonifacius* fuit ſecundus Archiepiſcopus Trajectenſis poſt *Willibrordum*, & poſt mortem ejus fuit ſatis tenera ac debilis Eccleſia *Trajectenſis*, & à modo non habuit Archiepiſcopum, quia Eccleſia *Colonienſis*, quæ multum locuples erat, prævaluit contra eam in appellatione. De poſt in brevi tempore venerunt Dani & Normanni, & pene occiderunt omnem populum *Trajectenſis* diœceſis, ſicque terra iſta germinabat ſpinas & tribulos propter inopiam hominum, & depauperatus Archiepiſcopatus redactus eſt in Epiſcopatum ſimplicem.

Gregorius fuit (2) tertius Epiſcopus Trajectenſis XXXII. annis. Quantæ autem caritatis, & pietatis, & largitatis fuerit, invenitur in ſua legenda. Iſte *Gregorius* miſit *Lebuinum*, & *Mar-*

(1) Annal. Fuldenſ. ad Ann. 744. *His temporibus fundari cœptum eſt Fuldenſe cœnobium in ſolitudine Boconia.* Alberic. ad Ann. 743. *S. Bonifacius factus Archiepiſcopus Maguntiæ cœnobium Fuldenſe nobiliſſimum in Boconia ſylva fundavit.*

(2) Ob humilitatem interdum etiam *Abbas* tantum dictus, ut in vita *S. Ludgeri cap.* 9. *Abbas Gregorius libenter ſuſcepit, & comperto quod eſſet vir bonus & doctus ſuaſit ſibi cœpiſcopus fieret.* Abbas autem, quod Canonicis, qui regulares adhuc præeſſet. Nam & his olim Abbas.

Digitized by Google

Marcellinum, & *Winiboldum* in Tranſiſelaniam ad prædicandum, & convertendum populum. Et obiit *Lebuinus* in *Oldenſael*.

Anno Domini DCC. & LIII. viſæ ſunt ſtellæ cecidiſſe de cœlo, ita ut populus putaret mundi finem inſtare. Item Gregorius, qui fuit ſanctus confeſſor Chriſti, diu vixit paralyticus. Ad ultimum commiſit Deo populum ſuum, & fecit ſe portari ad Eccleſiam *Salvatoris*, & perceptis ſacramentis obiit. Et obiit VIII. Kal. Septemb. & ibidem ſepultus anno Domini DCC. & LXXXIV.

Aelbricus venerabilis pater Anglicus fuit quartus Epiſcopus Trajectenſis x. annis. Primo fuit Canonicus Trajectenſis, & quia *Gregorius* fuit debilis & ſenex, deputatus fuit iſte *Albricus* in adjutorium ſuum. Qui Eccleſiæ & populo prudenter præfuit, ita quod *Gregorius* dixit ei, quod poſt eum epiſcoparet, quod & factum eſt. Et propter eximia merita ſua factus eſt Epiſcopus. Et iſte miſit S. *Lutgerum* Epiſcopum Monaſterienſem virum Sanctum in Friſiam, ut eos ſub Epiſcopio ſuo duceret, & ydola exſtirparet. Et *Aelbricus* obiit & ſepultus eſt ad S. Salvatorem, anno Domini DCC. & XCIV. Anno Domini DCC. & LXXXVIII. Dux *Widichindus*, de quo ante locuti ſumus, conjunxit ſe Friſonibus & rebellavit *Carolo* (1) *Calvo* Regi Franciæ, & *Karolus* bellavit contra eum, & triumphavit *Karolus* occiſis multis Friſonibus, ceteris omnibus perdomitis.

Theodardus glorioſus Doctor fuit quintus Epiſcopus Trajectenſis VI. annis. Ipſe docuit multos *Friſones* & obiit ſepultus ad S. Salvatorem.

Her-

(1) Carolo Magno, non Calvo. Necdum Calvus, ut conſtat, tum in rerum natura. De Widechindo Vita S. Ludgeri apud Mabillon. *ſeculi* 4. *SS. ord. S. Bened. part.* 1. *cap.* 18. *Conſurrexit radix ſceleris Widekinit Dux Saxonum eatenus gentilium, qui avertit Friſones eatenus à via Dei, combuſſitque Eccleſias, & uſque ad Flou fluvium fecit Friſones Chriſti fidem relinquere. Sed & Albricus Epiſcopus in ipſa perverſa commotione de hac luce migravit.* Widekindi tamen apud alios nulla mentio ad hunc annum recepti jam in gratiam, & baptizati anno DCC. LXXXV. ut Annal Fuldenſes ac Chronographus Saxo ad eum Ann.

Digitized by Google

Hermakarus fuit VI. Episcopus Trajectensis XXVII. annis. Fuit devotus & prudens vir & prædicator. Obiit & sepultus est ad Sanctum Salvatorem.

Rixfridus pius & devotus vir fuit VII. Episcopus Trajectensis; IX. annis præfuit satis grandævus. Diu fuit febricitans. Sic obiit III. Nonas Octobris, anno Domini DCCC. & XXXVI. & sepultus est ad Sanctum Salvatorem. Istius tempore fuit quidam juvenis, nomine *Fredericus*, qui à matre sua oblatus fuit Trajecti in templo cum muneribus, & committitur sic militiæ Dei. Et ipse Episcopus suscepit puerum istum, sicut proprium filium, & bene profecit in scientia & virtutibus. Et iste Episcopus cognovit ex inspiratione Dei, quod iste puer episcoparet post eum. Et sicut fuit devotus multum in divino officio, sic fecit istum juvenem presbyterum, cum ad annos venisset.

S. Fridericus nobilis genere fuit VIII. Episcopus Trajectensis duobus annis postquam *Rixfridus* obierat. Fuit Imperator
† Magni. & Rex Franciæ *Ludovicus*, filius *Karoli* † *Grossi* primogenitus. Iste habuit conjugem *Ermgardam*, de qua habuit duos filios. Postea accepit aliam uxorem nomine *Iudith* filiam (1) *Bavariæ*, neptem suam, de qua habuit duos filios, sicut dicitur in Cronica Francorum. Iste Imperator venit in *Almanniam* inferiorem cum *Judith* filia Bavariæ conjuge sua, & audiens quod *Rixfridus* obierat, & tunc mandavit, ut *Fredericum* eligerent in Episcopum, quem diligebant, quod & factum est. Cui statim annulum & sceptrum & cetera ornamenta Episcopalia tribuit. Et quamvis invitum ipsum tamen statim fecit consecrari & Episcopum esse in sua præsentia. Quibus omnibus expletis percepit Imperator & instituit Curiam regalem, & omnibus inibi habundantissime ministravit in cibo & potu, in multo genere. Alia die orto sole circa meridiem locutus est Imperator *Frederico* Episcopo blandis verbis dicens hoc modo: *Carissime fili, Ecclesia Trajectensis elegit te in Episcopum, ut tua sancta doctrina castiges, & convertas populum peccantem. Quia ergo*

(1) Welfonis nobilissimi Comitis, ut Auctor vitæ Ludovici Pii, & Annales Francorum incerti Auctoris ad Ann. 819.

Digitized by Google

ergo in (1) *Walcheren eſt inſula, quod eſt lamentabile multum, & populus peſſimus in peccatis vitam agens, de quibus dicitur, quod non ſolum frater cum ſorore, ſed & mater cum filio contrahunt. Quare te adjuramus per omnipotentem Deum, ut hujuſmodi homines à tam inceſto opere coherceas, vel ſi opus fuerit excommunicatione fulmines.* Quod (2) audiens Epiſcopus ingemuit & dixit: *Domine Imperator, majeſtas veſtra me adjuravit, ut in peccatoribus poteſtatis meæ manus ſæviat, ergo interrogo, qua ex parte convenientius piſcis appoſitus ad comedendum attrectatur.* Qui reſpondit; *puto, ad caput quia ibi plus cerebri continetur.* Cui Epiſcopus; *Bene dixiſti. Et quis eſt caput, niſi vos! Quia ergo eſtis caput populi, ergo vos primo aggredior, antequam ad caudam perveniam, quia vos conjugem habetis contra legem & ordinationem Eccleſiæ, nomine* Iudith, *filiam Ducis Bavariæ, quæ vobis eſt affinitate proxima. Ergo admoneo vos per eandem ſententiam, ut eam à modo dimittatis. Quod ſi non feceritis, prædico vobis, quod multa incommoda vobis & Regno veſtro inde evenient, quæ non poteritis evadere, quia Apoſtolus dicit; Fornicatores & adulteros judicabit Deus.* Quod cum Sanctus Epiſcopus conſtanter diceret, & verba ſua multis auctoritatibus Sacræ Scripturæ muniret, ſic ingemuit Imperator, & petiit veniam de ſuis peccatis, & promiſit ſe eam deſerturum. Et ſic Epiſcopus accepta licentia receſſit ab Imperatore, & rediens *Trajectum* poſitus eſt in ſua cathedra, qui tunc ſpecialiter jejuniis, orationibus, & elemoſynis vacabat. Et reparavit certa tecta templi, & caſtrorum ſuorum. Non poſt multum temporis profectus eſt in *Walcheren* ad corrigendum prædictum flagitium, & multa bona ibi perfecit. Sed quidam indurati minati ſunt ei. Qui videns eos obſtinatos receſſit & venit ad propriam ſedem. De poſt venit ibi barbarus populus in illam inſulam, & interfecerunt Ducem *Eggardum* cum multis Francigenis, & mulieribus, & parvulis, & acceptis clenodiis receſſerunt. Et Epiſcopus perambulans totam *Friſiam* invenit ibi Arrianam perfidiam, quam in Trinitate habuerunt, quam ipſe cum magno conatu ſtuduit attemptare, & commiſit

(1) Zelandia. Pars pro toto. Sic ſupra p. 8. ad inſulam quæ Walcheren vocatur, quæ modo Zelandia dicitur. ** Nobis p. 309.

(2) De tota hac hiſtoria quid ſentiat Buchelius vir ſublimis judicii vid. ad Bekam, ſi placet, *hiſt. Ultraj. p.* 25.

Digitized by Google

misit *Odulpho* Canonico Trajectenſi ad S. Salvatorem Eccleſiam in *Stauria*. Et ſic perfectis omnibus profectus eſt iterum Trajectum. *Ludovicus* timens diutius permanere in terris illis cum ſua *Iudith*, quæ *Iudith* multum laboravit apud Epiſcopum muneribus, ut animum ſuum mutaret. Sed vir beatus inflexibilis permanens non curans munera Reginæ nec verba, ſed cogitavit eos ſeparare. Et miſit Imperatori litteram paterne eum admonens, antequam excommunicationis ſententiam fulminaret. Quare Imperatrix contra Epiſcopum magnam invidiam concipiens cogitavit, quomodo eum morti traderet, & duos nequam homines circumvenit muneribus, ut virum Dei occiderent. Qui ſpoponderunt & perfecerunt. Nam venientes *Trajectum* dixerunt ſe eſſe de familia Imperatoris, & quod neceſſarium habuerunt Epiſcopo loqui. *Fredericus* Epiſcopus per divinum inſtinctum ſentiens ſibi martyrium imminere, juſſit illos tardare uſque ad finem miſſæ. Qua completa ad Evangelium nuntiavit populo verbum Dei in templo Salvatoris, & dixit etiam nihilominus diem mortis ſuæ inſtare. Quibus peractis receſſit Epiſcopus in ornamentis in ſacriſtia S. Iohannis Evangeliſtæ, ibique oravit Deum pro conſtantia habenda ſuæ paſſionis. Et juſſit venire nuncios & ſuos recedere retro ſummum altare Salvatoris. Tunc Epiſcopus Sanctus dixit ad latrones: *Jam perficiatis ad quod veniſtis, quod bene novi, antequam civitatem intraſtis.* Tunc illi extractis gladiis perfoderunt Epiſcopum improperantes ei: *Jam Imperator vindictam accepit de inimico ſuo.* Quibus ille dixit: *Cariſſimi filii, jam perfeciſtis mandatum Dominæ veſtræ. Jam cito properate, abite hinc.* Et ſine mora properantes abierunt & intimaverunt Imperatrici rei factum. Poſt horam vocavit Epiſcopus clericos ſuos, & dixit ſe morti vicinum propter vulnera ſibi pro veritate inflicta. Jam convocate presbyteros & clerum civitatis, ut ſepeliant me, & ſpiritus meus redeat ad Dominum ſuum in gloria. Et cum hoc clericus ejus audiſſet, clamavit voce magna & lamentabili, ſic quod populus concurrit ad morientem Epiſcopum. Et circumſtantibus illis ac flentibus dixit martyr Chriſti prophetando: *Fratres mei & filii, ſi aliqua portio mihi eſt in cælo cum Sanctis martyribus, tunc orabo pro vobis & pro ſalute veſtra, & ut Dominus vos cuſtodiat ab omni plaga, quia propter peccata Imperatricis, quæ in terris iſtis moratur, deſtruetur per Da-*

nos

Digitized by Google

nos omne Episcopium istud. Quo dicto tradidit Sanctus iste animam suam benedictam, & intrans criptam reposuit semetipsum in petra sepulchri, & obiit. Iste Episcopus pertulit martyrium anno Domini DCCC. XXXVIII. die XV. Kal. Augusti. per quem multa miracula fiunt ad laudem Domini nostri Jesu Christi Amen. Episcopi in Francia pariter & in Alemannia audientes innocentem mortem Episcopi Sancti convenerunt pariter propter istud flagitium, & *Gregorius* Papa IV. similiter, cum audisset, venit in Galliam & omnes Episcopi secum, & *Ludovicus* depositus est de suo Imperio, & missus est ad monasterium in *Suecia*, ut pœnitentiam ageret. Et Episcopus *Jesse* Ambianensis dedit Imperatrici velamen in capite, & posuit eam in monasterio monialium, quod *Circinus* vocatur, ut faceret pœnitentiam. Post passionem Sancti Episcopi fuit aliquantula dissensio inter Ecclesiam & populum, quis esset dignus occupare Sanctam martyris cathedram. Quidam elegerunt Præpositum * *Castnon* divitem, ut Episcopatum administraret, & alii elegerunt *Aelbricum* fratrem Sancti martyris, sed cum libera voluntate Ecclesiæ & *S. Odulphi* Canonici. Sic Præpositus est depositus, & *Aelbricus* est cum magno honore in sede fratris collocatus.

* *Craft* est apud Bekam, apud Interpretem ejus *Castenu.* Apud Hedam est *Craft.*

Aelbricus fuit IX. Episcopus Trajectensis, frater *S. Frederici* & sedit VII. annis. Istius tempore, sicut Fredericus prophetavit, surrexit magna miseria, quia *Dani* cum *Suecis* & *Normannis*, populus gentilis & sævus, conglobati fuerunt, & multas naves & multas terras invadentes Christianis multa mala fecerunt multis annis. Iste venerabilis Episcopus *Aelbricus* obiit XVIII. Kal. Decembr. & sepultus est ad S. Salvatorem apud fratrem suum.

Lutgerus fuit X. Episcopus Trajectensis XI. annis. Hic fuit doctus & prudens vir. Obiit XI. Kal. Maji, & sepultus est ad S. Salvatorem.

Hungerus fuit XI. Episcopus Trajectensis. Hic fuit pacificus & prudens, ac honestæ vitæ, & in primo anno sui Episcopatus, scilicet anno Domini DCCC. LVI. venerunt *Dani* & *Normanni* cum suis navibus in Hollandia, & multa fecerunt mala, & profecti destruxerunt majorem civitatem illius terræ, quæ habuit, ut dicitur, LV. Ecclesias parochiales. Et ista civitas vocabatur *Duerstеden.* Et post hoc obsederunt *Trajectum*, & impu-

Digitized by Google

impugnabant civitatem ſine intermiſſione arietibus & ſagittis, & fundibulis tam fortiter, quod civitatem obtinuerunt armata manu ſimul cum caſtello. Et iſti ſanguinolenni interfecerunt omnem clerum, & portas & turres, & omnia uſque ad ſolum dejecerunt, ita quod *Hungerus* Epiſcopus cum paucis Canonicis vix evaſit. Et venit ad Regem *Lotharium* in monaſterio *Parmenen*, ut ibi ſervaretur. *Lotharius* Rex motus miſericordia & regia pietate dedit Canonicis Eccleſiæ Trajectenſis monaſterium montis * *Odelen*, ut ibi in pace quieſcerent à facie Danorum, & ibi devote Deo ſervirent. Poſt hoc deſtruxerunt Dani omnem Hollandiam, & venerunt in *Kermerlant*, & deſtruxerunt ibi Eccleſiam *S. Alberti*, & apud *Noortwyck* ſanctum presbyterum *Ieronem* decollaverunt, & deſtruxerunt ibi caſtrum valde forte, quod fuerat prius Regis *Arunduli*. Tunc Hollandini arma capientes oppoſuerunt ſe *Danis*, & Deo permittente *Dani* prævaluerunt, & occiderunt duos milites ſcilicet Dominum *Dibbout* & *Gerlacum* cum multus *Hollandinis*, & captivas ducentes mulieres cum parvulis miſerunt in terram alienam. Et anno Domini DCCC. & LXVI. IX. Kal. Ianuar. dormivit *Hungerus* in Domino, & neſcitur ubi ſepultus ſit. Et iſtius tempore anno Domini DCCC. LXII. creatus fuit primus Comes *Flandriæ*. Et eodem tempore Anno DCCC. LXIII. creatus eſt nobilis princeps *Theodericus* I. Comes Hollandiæ.

* Vid. Bek. *b. in Hunger.*

† *Adelbaldus* fuit XII. Epiſcopus Trajectenſis XXXIV. annis. Hic ſatis fuit liberalis, juſtus, & bonus. Tempore ſuo anno Domini DCCC. LXXXII. venerunt Dani & Normanni in *Walcheren*, & anno ſequenti deſtruxerunt omnem terram *Ardennam*. Sed * *Karlus Groſſus* venit cum *Lombardis* & *Almannis* & pugnavit cum eis, ſed peccatis ſuis exigentibus eos expugnare non potuit. Ad ultimum treugæ factæ ſunt, ut de pace tractarent. Et paciſcuntur, quod *Godefridus* Rex *Normanniæ* Chriſtianus fieret ea conditione, quod haberet Imperatoris neptem *Giſelam* filiam *Lotharii* de *Lotharingia*, qui fuit filius avunculi vel patrui Imperatoris, & daretur cum ea provincia Friſiæ *de Louwers* ſurſum, quod & factum eſt, & *Godefridus* Rex baptiſatur, & Imperator factus eſt patrinus ejus. Sed poſtea *Friſones* noluerunt iſti *Godefrido* obedire, ſed adeo perdomuit eos Rex, quod quilibet Friſo compulſus fuit portare funem ad collem, ut Rex eos ſtatim jugulare poſſet, ſi in rebellionem ſurgerent. Poſt hoc

† Odibaldus.

* Ludovici Pii nepos ex filio Ludovico.

Digitized by Google

hoc in brevi anno DCCC. & LXXXVI. occisus est iste *Godefridus* cum multis *in die Batuwe.* Et ibi vindicatus est sanguis Christianorum, quem ipsi antea effuderunt. Anno Domini DCCCC. Idibus Decemb. obiit Adelbaldus & appositus est ad patres suos. De isto scribit Abbas (1) *Parmenensis*, quod fuit sanctus homo.

Egilboldus fuit XLII. Episcopus Trajectensis decem mensibus. Et obiit VII. Kal. Octobr. & sepultus est ad S. Salvatorem cum patribus suis.

Radbodus fuit XIV. Episcopus Trajectensis decem & septem annis. Iste Episcopus electus est ad instantiam Imperatoris *Arnulphi* quanquam invitus. Hic fuit sanctus homo, bene doctus, humilis, & nobilis, quia Rex *Radbodus* fuit matris ejus avus & *Guntarius* Archiepiscopus Colonienſis fuit ejus avunculus. Iste fuit magister in omnibus artibus, & multas virtutes conscripsit de Sancto *Willebrordo* & de *S. Bonifacio.* Et iste composuit historiam, quæ cantatur in translatione S. Martini. Postquam effectus est Episcopus vixit semper in jejuniis, in oratione & elemosynis sine intermissione usque ad finem vitæ. Hic sedit in *Daventria*, quod *Trajectum* destructum fuit per *Danos.* Contigit ipsum semel venire Trajectum, visitare cum devotione loca sanctorum patrum, sed Dani non sinentes eum ulterius ire prohibebant eum. Et ipse paterne ammonuit eos, ut Christiani fierent, & desisterent amodo Christianos interficere. Et quanto plus prædicabat, tanto magis indignabantur, & minabantur ei mortem, si non taceret. Et cum videret pius pater, quod eos convertere non posset, tunc (2) excommunicavit & maledixit eos, & statim descendit fulgur de cœlo, & combussit *Danos* illos, sic quod misere obierunt. Christiani hoc videntes accipientes arma occiderunt omnes Danos, qui

(1) Prumiensis. Idem ad Ann. 899. *Ea tempestate Odilboldus sanctus vir Trajectensis Ecclesio præsul rebus humanis sublatus ad cœleste Regnum transivit, in cujus loco subrogatus est Radbodus venerabilis antistes.*

(2) Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 876. *Tunc Frisia depopulata est Trajectum civitas excisa. Sanctus Radbodus urbis Episcopus cedens persecutioni Daventriæ sedem constituit, ibique consistens anathematis gladio paganos ultus est.*

Digitized by Google

qui erant in civitate, & ſic civitas liberata eſt. Iſte S. Epiſcopus habuit ſpiritum Prophetiæ, quia multa futura ſuis familiaribus indïcavit. Hic Sanctus fuit pronepos *Radbodi* Regis Friſonum. Item *Baldricus* filius Comitis (1) Kunchardi de Cleve qui fuit juvenis modeſtus, quodam tempore duxit ſecum duos juvenes ad iſtum Epiſcopum clericos, qui erant de terra Clivenſi, & rogavit, ut eos presbyteros ordinaret. Quo viſo iſte Sanctus Pater reſolutus eſt in riſum cum læto vultu, & dixit: *Fili kariſſime tertio anno poſt hunc mortuus ero, & tu eris paſtor iſtius Eccleſiæ Trajectenſis, & ſic ordinabis tu iſtos propriis manibus, & tu reædificabis iſtud palatium, & totum Trajectum ſicut prius fuit.* Poſt hoc ivit ipſe Epiſcopus in Drente, & ibi infirmatus lecto decubuit. Apparuit autem ſibi virgo Maria mater Dei cum magna claritate, & habuit in ſua comitiva beatam *Agnetem* & *Teclam* Sanctas virgines, & allocutus eſt venerabilem Antiſtitem hoc modo: *Fili dilecte ne metuas me videre præſentem, quum ſæpe ſalutare conſueveras, quam non videras. Et certus eſto, quod de hac infirmitate evades, ſed poſt hoc non diu vives.* Et cum iſtis verbis viſio diſparuit. Et ibi venit tam dulcis odor & aer tam amœnus, quod vix mens humana potuit capere, & Epiſcopus convaluit in dies. Poſt hoc anno Domini DCCCC. & XVII. exivit *Daventriam*, & venit *Ootmerſchen*, & ibi in infirmitatem incidit ſine magno dolore, & legit iſtam antiphonam, *Ecce læti laude digna*, & VII. Kal. Decembr. beate quievit in Domino, & ſepultus eſt in *Daventria* cum honore digno, qui multis coruſcavit miraculis.

Baldricus de *Cleve* XV. Epiſcopus Trajectenſis adminiſtravit Epiſcopatum VI. annis. Hic fuit filius † *Lutgardi* Ducis Clivenſis decimi, & fuit frater Baldewini Ducis Clivenſis XI. Et ſicut invenitur in hiſtoria Lombardica *Henricus* qui fuit iſto tempore Imperator Romanus per devotionem mente concepit, ut poſt *Radbodum Brunonem* filium ſuum vinciret dignitate clericali, & ſtatueret eum in Trajecto Epiſcopum. Sed cum

† *Luthardi.*

(1) Luthardi. Sed juxta Cuſpinianum hujus nepos Baldricus. Ita enim idem in Arnulph. Imper. *Bertam Luthardus ejus nominis primus Comes Clivenſis, filius Eberhardi, uxorem duxit, duoſque filios ex ea peperit, Balduinum &c. & Rixfridum patrem Balderici Epiſcopi Trajectenſis.*

Digitized by Google

cum percepiſſet, quod gentilis populus deſtruxiſſet Trajectum, & populum occidiſſent & fugaſſent, ideo eundem filium ſuum militiæ mancipavit, ut Danos expugnaret, & Epiſcopatum defenſaret, & reſtauraret. Et ergo juxta prophetiam Sancti viri *Radbodi* electus eſt *Baldricus* Epiſcopus Trajectenſis. In iſtis temporibus erupit fons in civitate *Ianuenſi*, qui ſanguinolentus apparuit. Et eodem die interfecti fuerunt omnes Dani, ubicunque erant. Quibus occiſis & profugatis de diœceſi ſic reædificavit *Baldricus* ſuam civitatem Trajectenſem, & murum circumjecit cum multis turribus & fortalitiis, & combuſtas Eccleſias reparavit, & aulam Epiſcopalem cum obrutis domibus fecit in ſtatum priſtinum reparari. Anno Domini DCCCC. LXVI. profectus eſt iſte *Baldricus* in Italiam, ut loqueretur ibi de utilitate Eccleſiæ Trajectenſis, & expedito negotio licentiam petiit ab *Ottone* Imperatore, & Imperator dotavit Epiſcopum cum ſancto corpore Sancti martyris *Pontiani*, *S. Benigni*, & *S. Agnetis*, & portavit ea ad ſuam Eccleſiam in Trajecto, ubi ea repoſuit cum magna devotione. Super hoc invenit iſte ſanctus Epiſcopus corpus S. *Werenfridi*, atque *Lebuini*, *Plecbelmi*, *Ogerii*, *Wittonis*, *Odulphi*, & *Radbodi*, cum quibus ſanctis patronis ipſe optime ornavit eccleſiam Trajectenſem. Anno Domini DCCCC. LXXVII. VII. Kal. Ianuar. obiit iſte ſanctus Epiſcopus, & ſepultus eſt Trajecti in ſummo.

Volcmarus fuit XVI. Epiſcopus Trajectenſis XIV. annis, & fuit (1) Sanctus & Deo devotus. Et anno DCCCC. & XC. IV. Idus Decembr. obiit ſepultus in ſummo.

Balduwinus fuit XVII. annis Epiſcopus Trajectenſis IV. annis. Hic fuit glorioſus vir, magnarum virtutum & nobilis genere, quia Comes *Arnoldus* XII. Clivenſis fuit ejus avunculus, quia fuit frater matris ejus. Et ipſe obiit anno DCCCC. & XCIV. Idibus Maji & ſepultus in ſummo.

Ansfridus fuit XVIII. Epiſcopus Trajectenſis XV. annis. Primo fuit Comes de *Teyſterbant*, & clericus effectus per devotionem & ordinatus in Epiſcopum eſt electus. Et iſte *Ansfridus* ** ſicut Deus inſpiravit, & ſic dedit multa patrimonia ad uſum

** An deëſt *fecit*?

(1) Religioſus primum Diaconus poſt Epiſcopus Trajectenſis. Auctor vitæ S. Bernwardi apud Brouwer pr.

Digitized by Google

usum Ecclesiæ Trajectensis, quod prius possedit in Comitatu. Iste Comitatus fuit prope *Tiel* & *Boumel*. Terra illa & terra de *Heusden* & *Altena*, etiam ad Comitatum pertinebat. Iste *Ansfridus* factus est cœcus in utroque oculo anno Domini 105. Sanctus iste Episcopus fundavit monasterium ordinis S. Benedicti in monte prope *Amersfordiam* in honorem beatæ Mariæ virginis. Et ibi suscepit ipsemet habitum ordinis, & mansit ibi in sancta observantia usque ad finem vitæ, & obiit anno CIↃ. VIII. v. Kal. Maji, & ibi sepultus est.

Adelboldus fuit XIX. Episcopus Trajectensis XVIII. annis. Hic fuit vir (1) prudens, & fuit summus consiliarius Imperatoris Henrici. Anno Domini CIↃ. XV. fecit destrui opus antiquum, quod *Baldricus* fecerat. Et jecit novum fundamentum, & erexit summum Trajectense à novo. Et etiam Ecclesiam in *Tiel*, quas ambas in brevi tempore perfecit. Anno Domini CIↃ. XXIII. perficitur summa Ecclesia Trajectensis per Episcopum *Adelboldum*, & in consecratione istius Ecclesiæ venit Imperator *Henricus* cum XII. Episcopis Trajectum VI Kal. Junii, qui omnes concorditer confirmaverunt & sanctificaverunt sua benedictione in honore Dei & Sancti Martini. Quidam qui Cronicas scripserunt, scribunt, quod Episcopus iste *Adelboldus* fecit conscribi omnes suos prædecessores Episcopos, ac nobiliores dominos illius terræ, sicut est *Brabantia*, *Hollandia*, *Gelria*, *Cleve*, *Benthem*, *Cuyck*, *Ghoer*. Quod tamen fallit, quia tunc temporis nondum fuit Comes in Gelria. Anno Domini CIↃ. XXXVII. in Kal. Decemb. obiit iste Episcopus & sepultus est in summo, quod ipse construxit.

Bernulphus fuit XX. Episcopus Trajectensis XXVII. annis. Post mortem *Adelboldi* tunc ortum fuit schisma in electione. Quare Imperator *Conradus* venit Trajectum ad concordandum illud schisma, & cum eo *Gisela* conjux sua, quæ fuit casta & devota matrona. Et quia ilta Regina erat propinqua partui ideo dimisit eam in via in villa nomine *Oesterbeeck* in domo cujusdam sacerdotis, qui vocatus erat *Bernulphus*. Et Imperator pro-

(1) Ejusdem & sapientiam & scientiam commendat Auctor vitæ S. *Meinwerci cap.* 87. Ubi variis ex locis constat, quod & Principi charus & frequens in comitatu *cap.* 25. 36. & 56. aliisque.

Digitized by Google

properavit ad urbem Trajectum, ut concordaret eos in Capitulo. Et cum in unum convenire non poterant, tunc omnium vota Imperatori committunt, qui ipse ordinaret eis Episcopum, quem vellet, & ydoneum sciret. Et illo in tempore peperit Regina puerum venustæ formæ, & nunciavit Imperatori per illum presbyterum *Bernulphum*. In quo multum lætatus est Imperator, & dedit illi (1) *Bernulpho* Episcopatum Trajectensem, & ornamenta, & annulos, & sceptrum, & positus est in sua cathedra. Et statim postquam factus est Episcopus fecit pacem cum principibus Hollandiæ. Iste *Bernulphus* in memoriam sui extruxit duas Ecclesias Canonicorum regularium in Trajecto, unam in honore S. Petri, & aliam in honore S. Johannis Baptistæ. Iste etiam fundavit collegium in *Davantria* in honore S. *Lebuini* Confessoris, & accepit unam partem scilicet XX. de S. Salvatore, & posuit eos ad S. *Lebuinum*, & Abbatiam, quam *Ansfridus* fundavit prope *Amersfordiam* posuit in Trajecto. Ibi fecit monasterium in honore S. Pauli. Et sic iste *Bernulphus* (2) obiit anno Domini CIↃ. LXI. XIV. Kal. August. & sepultus est ad S. Petrum. In diebus istis anno Domini CIↃ. LXI. XIV. Kal. Iul. *Florentius* VI. Comes Hollandiæ occisus est ab inimicis suis prope *Heusden* cum multis nobilibus.

Wilhelmus de Pont & tutor Gelriæ fuit XXI. Episcopus Trajectensis XXII. annis: Hic fuit vir magnanimus & animosus prælator. Iste habuit multa prælia cum *Godfrido* de *Lotharingia* contra *Theodericum* Comitem Hollandiæ juniorem, & Comitem Flandriæ *Robertum*, qui fuit *Theoderici* vitricus. Iste *Wilhelmus* fecit castellum in *Iselmunda*. Et anno CIↃ. LXXVI. Kalendis Maji obiit, & sepultus est in summo.

Conradus fuit XXIII. Episcopus Trajectensis XXV. annis. Iste antea fuit *Henrici* IV. Imperatoris Rector & magister. Iste Con-

(1) Præmium olim ob felix nuntium. Plaut. *Captiv. act.* 4. *sc.* 3. *Speroque me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.* Εὐαγγέλιον Græcis. Cic. ad Attic. O *suaves Epistolas, quibus Evangelia deberi fateor.*

(2) Conventui interfuit, quem Atibo Archiepiscopus Moguntinus Francofurti indixit Ann. 1028. Acta & Facta Præsul. Nuenburgens. apud Paulin. p. 130.

Conrardus impetravit ab *Henrico* Imperatore Dominium in Friſia orientali, hoc eſt, *de Lauwers* uſque *Emdam*, quod vi obtinuerant Principes Hollandiæ. Iſte *Conrardus* perfecit caſtrum *Yſelmunde* cum eccleſiis, & turribus, & fortalitiis, & per viros ſuos adminiſtravit. Iſtis diebus fecit *Conrardus* ad ſui memoriam Eccleſiam Canonicorum in Trajecto in honore S. Mariæ, ubi ipſe fundum tam lutoſum invenit, quod quaſdam pilernas firmiter fundare non poterat. Tunc inter cæmentarios fuit quidam *Friſo* nomine *Pleberus*, qui præſumpſit ſub pœna mortis Eccleſiam firmiter fundare, ſed multam pecuniam inde poſtulavit. Quare Epiſcopus dedit ipſius *Friſonis* filio pretioſa clenodia, & multa donaria, ut à patre filius artem eliceret. Et ipſe perfecit Eccleſiam in honore Sanctæ Mariæ. Quare prædictus *Friſo* concepit magnum odium adverſus Epiſcopum, & cogitavit, quomodo eum morti daret. Poſt hoc anno Domini CIↃ. XCIX. poſtquam celebravit divina miſteria, & ſolus in domum ſuam intraſſet, & iviſſet cubitum, tunc venit prædictus *Friſo*, & vidit, quia oportunum tempus ſibi eſſet, & ſimul inſtinctu diaboli extraxit gladium, & percuſſit (1) Epiſcopum VIII. Kal. Maji, & ſepultus eſt in eadem Eccleſia cum luctu magno. Et Friſo ſic evaſit.

Burchardus fuit XXIII. Epiſcopus Trajectenſis XIII. annis. Hic fuit vir ſanctus & pacificus. Anno Domini CIↃ. & XII. XV. Kal. Iunii obiit, & ſepultus eſt in ſummo. Eodem anno interfectus fuit Præpoſitus in ſummo *Rodolphus* ab inimicis ſuis.

Godebaldus fuit XXIV. Epiſcopus Trajectenſis XV. annis. Hic fuit prudens & pius homo, religioſuſque & ſancta diligens, quia anno CIↃ. C. XXI. fundavit iſte monaſterium in palude tam monachorum quam monialium, ſeparatim tamen, in honore Mariæ Virginis & S. Laurentii, quod vocatum eſt *Ooſtbroeck*. Et in eodem monaſterio multis annis tam ſtrenue victum eſt, & perfecte, ſecundum ordinem S. Benedicti, quod multis annis vocatum eſt *carcer ordinis*. Et ibi fuit multus concurſus religioſorum, eo quod florebat ibi ſtrenuitas illius ordinis. Item anno

(1) Alberic. ad Ann. 1097. *Conradus Ultrajectenſis Epiſcopus quarta feriæ Paſchæ poſt miſſam à ſe celebratam à quodam ſervorum in domo ſua perimitur.*

Digitized by Google

anno Domini cıɔ. c. xxviii. Godebaldus (1) gravatus eſt infirmitate, & habitum ſuſcepit monaſterii, & obiit paulo poſt pridie Idus Novembr. & ſepultus eſt *Ooſtbroeck* in monaſterio.

Andreas filius Comitis de *Cuyck* fuit xxv. Epiſcopus Trajectenſis x. annis. Hic fuit vir prudens & pacificus. Iſte magnam habuit impugnationem propter *Hermannum* Comitem de *Cuyck* contra *Theodricum* Comitem Hollandiæ quia iſte *Hermannus* poſuit *Theodrico* inſidias prope *Trajectum*, & occidit *Florentium* fratrem *Theodrici* Comitis. Quare Comes Hollandiæ expulit Comitem *Hermannum* de ſua terra, & deſtruxit eam. Et Epiſcopus non fuit auſus in *Trajecto* remanere. Et *Lotharius* Imperator, qui fuit avunculus *Theodrici* & *Florentii*, qui doluit multum de hoc facto, poſuit *Hermanno* diem judiciarium, & exuit eum omni dignitate & Comitatu denudatum. Sic ſolvit quodcunque contra Theodricum commiſerat. Et *Hermannus* pacem quæſivit cum *Theodrico*, & factus eſt ſuus. Et * in fœdere fecit *Hermannus* Abbatiam in *Marienweerde*, & *Andreas* Epiſcopus rediit Trajectum, & depoſuit xii ſacerdotes de *Stauria* propter ſuam inſolentiam, & reportavit de *Ooſtbroeck* monachos & moniales ibi. Et anno Domini cıɔ. c. & xxviii. obiit iſte Epiſcopus, & ſepultus eſt in ſummo.

* ex

Herbertus fuit xxvi. Epiſcopus Trajectenſis xii. annis. Et hic diligens fuit, ut presbyteros in bonum ſtatum promoveret, & fuit natus de Berom. Iſte fuit in Curia Romana propter cauſas neceſſarias, & cum rediret invenit magnas diſcordias in terra ſua, quæ *Drente* vocatur, quia illi de *Groningen* impugnabant Eccleſiam *S. Walburgis* cum magnis fortalitiis, ac ſi fuiſſent caſtella, & Eccleſiam cum ſagittis & arietibus. Propterea venit iſte Epiſcopus ſine dilatione in *Groningen*, & vaſtavit illos, ne amodo vaſtarent Eccleſiam, & illos, qui intus erant

(1) Tranſactioni hic, ſeu ut vocant Concordatis, inter Henricum v. & Calixtum Papam interfuit de inveſtituris Epiſcoporum, & Concordatis ſupſcripſit Ann. 1122. Vid. apud Schilter. ad *Inſtit jur. publ. lib.* 2. *tit.* 13. Facta autem Wormatiæ hæc, Meibom. *de jur. inveſtit Epiſcop. p.* 413. *& ſeq.*

Digitized by Google

erant adjuravit, ne amodo de Ecclesia militiam exercerent, & *Burgenses* de *Groningen* promiserunt, quod civitatem suam non munirent muro, nisi de licentia Episcopi. Iste Episcopus *Herbertus* habuit duos fratres, quos promovere volens fecit unum Comitem *Burgensem* in *Groningen*, sic tamen quod accommodatum haberet ab Episcopo Trajectensi., alium fecit Castellanum in *Coeverden*, & Præfectum in *Drente*. Et hoc similiter accommodatum ab Episcopo Trajectensi, quia auctoritas Episcopi tunc omnes Præfecturas administravit, ut nemo eas molestaret. Anno Domini CIↃ. C. XLVIII. arsit civitas Trajectensis, quem ardorem non poterant extinguere, ita quod pene omnis civitas incendio periit. Sed in Ecclesia S. Martini, Petri, & Pauli, & Iohannis, Salvatoris, & Stephani altare mansit illæsum. Item capellum Salvatoris, quod apud S. Salvatorem est, & consecratum fuit tempore S. Willibrordi in honore Sanctæ Crucis, etiam combustum est cum omnibus contentis, excepto iconio Salvatoris, quod mansit integrum, quanquam crux, in qua iconium pendebat, fuit combusta cum clavis, & iconium fuit incendio denigratum. Tunc venit clerus cum devotione, & fusceperunt iconium, & portaverunt cum hymnis & canticis ad S. Salvatorem, ubi adhuc permanet. Item anno Domini CIↃ. C. L. III. Idus Novembr. obiit Episcopus *Herbertus* & sepultus est in summo.

Hermannus de *Hoern* fuit XXVII. Episcopus Trajectensis sex annis. Post mortem *Herberti* fuit magnum scisma in Capitulo, quod summi viri Ecclesiæ Trajectensis scilicet *Theodericus* Comes Hollandiæ, & *Henricus* Comes Gelriæ rogabant (1) pro *Hermanno* de *Hoern* Præposito S. Gereonis in Colonia, ut fieret Episco-

(1) Otto Frisingens. 1. *de gest. Frid. Barbaross. cap.* 62. *Ea quoque tempestate in inferiori Trajecto Frisiæ urbe Hartliebo ejusdem Ecclesiæ Pontifice obeunte grave scbisma oritur, quibusdam Fredericum Adulfi Comitis filium, aliis Hermannum Ecclesiæ S. Gereonis in suburbio Coloniensi suæ Præpositum, in illius Præsulem eligentibus &c.* Ubi, qui *Hartliebus*, noſtris *Herbertus* est. Quemadmodum &, qui *Hermannus* hic, aliis *Wermannus* est. Chronographus Saxo ad Ann. 1157. *Wermannus Trajectensis Episcopus obiit, cui successit Godefridus.*

Sed

Digitized by Google

Epiſcopus. Burgenſes & illi de Daventria inſtabant pro *Frederico* cum *colle*, (1) ſed majeſtas duorum Principum prævaluit, ſic quod Hermannus vota obtinuit, & Epiſcopus factus eſt. Poſt duos annos miſit Papa Cardinalem, & citavit iſtos duos, ut venirent *Leodium*, & ibi obtinuit idem Hermannus per eundem Cardinalem, & per *Conrardum* Imperatorem, qui Epiſcopatum obtinuit. Iſte *Hermannus* ſatis modeſtus fuit & pius, ſic quod in præſentia ſua homicidia fiebant in civitate, eo quod Burgenſes non potuit ſedare, ut ei obedirent. Et ſub iſto primo orta eſt partialitas in *Trajecto*. Anno Domini CIↃ. C. & LVI. VI. Kal. April. obiit iſte Epiſcopus, & ſepultus eſt in ſummo.

Godfridus de *Renen* Præpoſitus in ſummo fuit XXVIII. Epiſcopus Trajectenſis XXIII. annis. Et poſt mortem *Hermanni* tunc venit Imperator *Fredericus* Trajectum, & ſedavit diſcordiam Capituli in electione, ita quod *Godefridus* Præpoſitus in ſummo electus ſit, vir honeſtus & magnanimus. Item anno Domini CIↃ. C. & LXX. venit magna tempeſtas ventorum, ſic quod aqua marina confluxit feſtinanter ad muros civitatis Trajecten-

(1) Hollandiæ ſcilicet & Gelriæ, Hermanni adverſariis à Friderico oppreſſis & grandi ære mulctatis. Gunther. *lib.* I. *verſ.* 512.

Haud mora Trajectum patruo regnante ſuperba
Abjeciſſe jugum cervice, piumque recentes
Offendiſſe virum factis crudelibus auſum
Hoſtili fervore petit, muroſque parabat
Inclinare ſolo, captaſque evertere turres,
Suppliciumque reis (pietas o magna nepotis,
Iudiciumque viri) patrueles fortiter iras
Ultrici ſatiare manu, Regnique dolorem.
Tandem multorum vix eluctante rogatu
Magnorumque Ducum, multo prius ære redemptis
Parcitur, & juſti fera Principis ira reſedit.

Æneas Sylvius de vita Fridirici III. in *Trajecto Friſia civitate Hermannum Epiſcopum confirmavit, grandi ære multatis, qui reſiſtebant, civibus.*

Digitized by Google

jectenſis adeo perſæpe, quod (1) Lambote piſces capti ſunt in foſſatis civitatis cum retibus. Item anno Domini CIↃ. C. LXXI. in nocte nativitatis Chriſti viſa ſunt fulgura & tonitrua audita, quæ horribiliter ſonuerunt, ita quod omnes qui audierunt mirabantur. Et anno ſequenti tunc arbores frondebant, & gramina creſcebant in vere multo citius quam conſueverunt, & volucres ovabant, & ova excubabant, & pullos generabant circa feſtum purificationis Mariæ.

Anno Domini CIↃ. C. LXXIII. furatum fuit venerabile Sacramentum de duabus Eccleſiis ſcilicet de *Buerkercke* & *S. Jacobi*, & non potuit ſciri, quis hujuſmodi ſceleris factor extiterit. Poſt hoc v. Idus Maji venit magna plaga aquarum, adeo magna, quod tota terra operta fuit aquis. Et propter vim aquarum redactæ ſunt domus & arbores ad ſolum, ita quod multi putabant, quod diluvium inſtaret, & quod mundus ſubmergeretur. Et ſi diu duraſſet, ſicut tempeſtas primo inceperat, Trajectum non perſtitiſſet, ſed miſericordia diminuit curſum aquæ in tribus diebus, ita quod pedetentim ad mare recurreret, & omnes villæ prope mare liberatæ ſunt à vi fluminis.

Hildebrandus Abbas *S. Pauli* fecit ſermonem in die Aſcenſionis, & admonuit populum, ut Deum orarent, ac jejuniis inſiſterent & elemoſynis, ut Deus contineret iram ſuam à populo propter negligentiam factam circa Sacramenta furtim ablata, ne civitas majoribus plagis vapularetur. Iſta prophetia Abbatis non caruit veritate, quia eodem die hora veſperarum ita flagrabat incendio civitas, quod Eccleſia S. Martini, hoc eſt, *die Buerkerck* combuſta fuit cum majori parte civitatis Trajectenſis. Quare *Godfridus* Epiſcopus, qui timuit iram Dei convenit cum Eccleſia & civibus & mandavit omnibus Chriſti fidelibus ſuæ diœceſis, ut certo die convenirent. Et feria quarta poſt Pentecoſten ipſemet cum Eccleſiaſticis nudis pedibus incedens viſitavit loca Sanctorum cum devotione, orantes & deprecantes, ut Deus iram ſuam mitigaret, invocantes Sanctos

(1) *Bollek* vocat Wilhelmus Procurator *to.* 4. *Analect.* [** Nobis Tom. 2. *p.* 464.] ut & Beka ad *h. Ann. Bolc.* ejuſdem Interpres *to.* 5. *Analect.* ** Nobis Tom. 3. *p.* 104.

Digitized by Google

ctos & Sanctas Dei, ut pro eis orarent. Iste *Godfridus* ad sui memoriam fecit construi quatuor castella Ecclesiæ S. Martini, scilicet *Horst* contra Comitatum Gelriæ, & *Vollenhoe* contra Frisones, & *Montfoert* contra Hollandinos, & *Woerden* contra rebelles suæ terræ, & ut per ista castella terminos suæ diœcesis tutaret. Anno Domini CIↃ. C. LXXVIII. obiit iste Episcopus VI. Kal. Junii, & sepultus est in summo.

Balduwinus de *Hollandia* fuit XXIX. Episcopus Trajectensis XVIII. annis. Hic fuit frater *Florentii* Comitis Hollandiæ. Hic fuit pius homo & castus, ita quod putatur, quod mansit semper Virgo. Fratres habuit *Florentium* Comitem, & *Theodericum* Præpositum in Trajecto, & *Ottonem* de Hollandia, & Comitem de Benthem, & per adjutorium istorum fugavit iste omnes raptores ex diœcesi sua, & administravit terram satis prudenter. Et isto tempore Burgenses acceperunt curam civilium ab isto. (1) Item Episcopus fecit conscribi omnes

(1) Adscribit Heda id Adelboldo. In libro Cameræ etiam Trajectensis hæc epigraphe reperitur. *Memoriale & scriptum D. Adelboldi Episcopi Trajectensis de liberis Vasallis Ecclesiæ Trajectinæ, & eorum feudis, quæ tenent ab Ecclesia.* Suspectum tamen Buchellio est ad Hed. *in not.* quod nec Comes Hollandiæ, qui Episcopi tamen *liber* in eo dicitur *feudalis*, nec Hollandia adhuc nota tum. Posterioris id ætatis & ad sequentem aliquem Episcopum putat potius referendum. An ergo ad Balduinum hunc? Subsisto, nam commemoratio hæc multo amplior, & plane alia, quam quæ vel alibi vel apud Hedam occurrit. Plane etiam suspecta, vel hoc tantum argumento, quod jam Comes de Goye habuisse hic dicatur Comitatum Burgensium de Trajecto ab Episcopo, quem tamen diu post à Benthemio demum nactus Ann. 1307. Charta ejus anni. „ Wy Joncker *Jan* Grave van Benthem doen „ te verstaen in kennisse der waerheyt allen den genen, die dese „ letteren sullen sien of hooren lesen, dat wy opgeven mit desen „ jegenwoordigen openen brief den Gestichte van Utrecht, onsen „ Eersamen Heeren Ghye by der genaden Gods Bisscop van „ Utrecht, thins, tienden, hofsteden, ene Borchbrugge mit ander „ vryheit ende heerscap, die daer toebehorende is, die onse ou- „ der ende wi tot hier toe gehouden hebben van den Sticht van „ Utrecht, ende gelegen is binnen der Stadt van Utrecht, in al- „ sulcker manieren, dat hy dit voorgenoemde goet verlyen wille „ enen Eersamen persoon Heeren Gysbrecht den Heere uten Goye. „ In oerconde der dingen, die wy mit onsen vryen wille gedaen „ heb-

Digitized by Google

omnes ſuos nobiles, ac legios,' qui ſub ſua ditione conſtituti erant, ac juriſdictione, ut venirent, aut procuratores dignos mitterent, ut faterentur ſe Epiſcopi legios, ac adminiſtrationes ab eo reciperent temporalium. Et iſti ſunt diœceſis Trajectenſis alti viri ac adminiſtratores.

Primo Dux *Brabantiæ* eſt *Droſſatus* Epiſcopi, ac accommodatam habuit ab Epiſcopo civitatem de *Tiel* cum ſuis pertinentiis, & terram *Kemp*, & *Velue*.

Secundo Comes *Flandriæ* fuit ſecundus & habuit ab Epiſcopo quatuor adminiſtrationes.

Tertio, Comes *Hollandiæ* eſt Epiſcopi Marſcalcus, & habet ab eo accommodatum *Waterlant*, & quædam alia in Hollandia, & decimas in Zelandia.

Quarto, Comes *Gelrenſis*, qui eſt ſummus venator Epiſcopi, habet ab eo Comitatum *Zutphaniæ* & mediam partem de *Emmerick*.

Quinto, Comes *Clivenſis*, qui eſt ſummus Camerarius Epiſcopi, & habet ab eo Comitatum de *Teyſterbant*, & partem in *Tielrewaert*, & totum in *Bommelrewaert* cum *Betuwe*, quod totum

„ hebben, hebben wy deſen brief beſegelt met onſen ſegele. Ge-
„ gheven in 't jaer onſes Heeren cıɔ. ccc. en ſeven, des Donder-
„ dachs na Sunte Bonifacius dach. " Ab hoc autem ponte, cujus charta hæc modo meminit, quod quædam ei ibi prædia, quoddam jus, & territorium, docet charta Gisberti Ann. 1316. „ Allen den
„ genen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, doe ic ver-
„ ſtaen *Giſebrecht uten Goye Knape*, Borchgrave van Utrecht, dat
„ ic ſculdich bin &c. ". Ab his extinctis maſculis ad Vianios jus devenit, & ab his ad Brederodios. Charta Ann. 1338. „ Allen
„ den genen, die deſen brief ſullen ſien of hooren leſen, doe ic
„ verſtaen Henrick van Vianen Ridder, dat ic alſe een mombaer
„ des Kints van den Goye, ende tot s' Kints behoef ontfangen
„ hebbe van Eerſamen luden den Deken &c. ". Charta Ann. 1404.
„ Wi Henrick Heere van Vianen, Heere van den Goye, Burch-
„ grave t' Utrecht, ende Heer van Ameyden, doen kont en ken-
„ lick allen luden, dat die thienden in Goye &c. " Vid. *libr. de jur. glad. cap.* 23. Nec differt Comes Burgenſium de Trajecto à Burggravio. Prorſus ſynonyma hæc. Sic infra *Comes Burgenſis de Montfoort* dicitur, qui alibi *Burggravius de Montfoort*; & ſimiliter ſupra ** *p.* 155. *Comes Burgenſis de Leydis.*

** Nobis pag. 607. Adde ſupra *p.* 328. & infra *p.* 528. 531. & 563.

Digitized by Google

totum nunc eſt partis Gelriæ, & etiam terram de *Heuſden*, & terram *Altena*.

Sexto, Comes de *Benthem*, qui eſt ſummus oſtiarius Epiſcopi, qui habet ab eo Comitatum Burgenſium in *Benthem* totum, & alia multa.

Septimo, Comes de *Kuuk* pincerna Epiſcopi, qui habet ab Epiſcopo majorem partem de *Cuuck* & multa alia.

Octavo, Comes de *Goer*, qui fuit ejus portarius, qui omnia ſua habuit ab Epiſcopo accommodata.

Omnes iſti ſunt officiales Epiſcopi præter Comitem *Flandriæ*, qui non habuit officium ab eo.

Nono, Comes *Zutphaniæ* habuit ab Epiſcopo *Zutphaniam* & *Goylant* ad collegium de *Elthe*, cum filia de *Zutphania*, quæ fuit Abbatiſſa illius † collegii vel Abbatiæ de * *Elthen*. Et ad ultimum ſub certa penſione pecuniæ venit ad Hollandiam.

† Canonicarum Regularium.

Decimo Comes de *Teyſterbant* habuit Dominium ſuum ab Epiſcopo accommodatum, quia Comes *Clivenſis* ſic habuit ab Epiſcopo eodem. Et iſte Comes deſcendit junior filius *Clivenſis*, & poſt junior filius de *Brabantia*.

* Altinenſis.

Undecimo, Comes *Roethem* in *Velua* habuit *Veluam* in commiſſis ab Epiſcopo, & ab eo advolvit ad Ducem Brabantiæ, & à *Brabantia* in *Gelriam*.

Item Comes de *Goy* habuit Comitatum Bugenſium de Trajecto, & caſtellum cum aliis bonis.

Dominus de *Groningen* habuit ab Epiſcopo Comitatum Burgenſium de *Groningen*.

Dominus de *Coeverden* habuit Caſtelleynatum de *Coeverden* cum Marſcalcatu ab Epiſcopo accommodatum, & Officiatum de *Drenten* habet ad redemptionem, quod ſub certa pecunia potuit redimi.

Dominus de *Heuſden* habuit primo Dominium ſuum de diœceſi, poſtea de *Clevis*, ac de poſt de Hollandia.

Dominus de *Arkel* habuit de diœceſi Dominium de *Hageſteyn* & *Haeſtrecht*.

Dominus de *Altena* primo habuit de diœceſi, poſtea de Cleve, ac de poſt de Hollandia.

Dominus de *Lede* habuit magnam hereditatem, & decimas de diœceſi.

Digitized by Google

Dominus de *Bureı* habuit quaſdam decimas ab Epiſcopo.

Dominus de *Culenborch* habuit quaſdam decimas aliaque Dominia ab Epiſcopo.

Dominus de *Vianen* habuit quaſdam decimas & alia Dominia de Epiſcopo.

Dominus de *Montfoort* habuit Dominium de *Montfoort* ab Epiſcopo in commiſſis.

Dominus de *Aemſtel* habuit majorem partem ſui Dominii in commiſſis ab Epiſcopo.

Dominus de *Abcoude* illud caſtrum cum *Duerſtede* habuit in commiſſis.

Dominus de *Voorſt* habuit caſtrum de *Voorſt* cum aliis in commiſſis.

Dominus de *Yſelſtein* habuit decimas & alia officia ab Epiſcopo in commiſſis.

Dominus de *Woerden* habuit caſtrum cum civitate ab Epiſcopo in commiſſis.

Dominus de *Aenholt* & *Zulen* habuit caſtrum de Zulen ab Epiſcopo in commiſſis.

Dominus de *Waterlant* habuit majorem partem ſui Dominii ab Epiſcopo.

Dominus de *Ameyde* totam terram Ameyde habuit ab Epiſcopo in commendis.

Omnes iſti prædicti Domini habuerunt Dominia ſua ab Epiſcopo, tanquam ſui homines ac legii, & adhuc plures Domini & milites, qui non ſunt hic ſcripti, ſed multa alienata ſunt à diœceſi propter ſucceſſionem diverſorum in hereditatem, quæ ceſſerunt in manus Principum, quæ tamen jure divino pertinere dicuntur ad Eccleſiam Trajectenſem. Et quum *Baldewinus* ſic omnes officiales ſuos evocaſſet, ut ſua feudalia ab Epiſcopo requirerent, id omnes fecerunt excepto Duce *Brabantiæ*, qui neglexit *Veluam* requirere, quam amodo Comes *Gelrenſis* obtinuit ab ipſo Duce. Quare Epiſcopus intravit (1) *Veluam* cum

(1) Godefrid. Monach. ad Ann. 1187. *Tunc etiam inter Baldewinum Trajectenſium Epiſcopum & Ottonem Comitem de Geire grave bellum committitur pro terra Veluwe, cædes & incendia graſſantur, quod voluntate Imperatoris agitari ferebatur, quo minus auxilii partes illæ ferrent Colonienſibus, & naves in ſuperiora ire potuiſſent.*

Digitized by Google

cum manu valida, & expulit inde Comitem *Gelriæ*. Anno Domini CIↃ. C. XC. ſub Papa *Cœleſtino* tertio, & *Henrico* Imperatore V. quando paſſagium fuit in *Accon* tunc fundavit Rex Henricus de Iheruſalem, & Patriarcha ejus, Dux *Fredericus* de Swevia frater Imperatoris *Henrici* cum omnibus Principibus & militibus ordinem *militarem* de *templo*, & etiam *Hoſpitalarios* Sancti Iohannis, & datum eſt eis hoſpitale Teutonicale Sanctæ Mariæ, quod fuit in monte *Sion* infra *Iheruſalem*, quod prius Sancta Helena fecit conſtrui. Et Epiſcopi & Burgenſes de *Lubeck* & de *Bremen* habuerunt hoſpitale in obſidione ſub velis propter vulneratos Chriſtianos. Quod hoſpitale etiam iſte ordo ſervavit in *Accon*, & Rex Franciæ multa dona obtulit ad conſervandum iſtum ordinem. Anno Domini CIↃ. XCVI. XI. Cal. Maji obiit *Balduwinus* Epiſcopus, & ſepultus eſt in ſummo.

Arnoldus de *Yſenburch* fuit XXX. Epiſcopus Trajectenſis. tribus annis. Et poſt mortem *Baldewini* Epiſcopi venit *Theodricus* Comes Hollandiæ, & *Otto* Comes Gelriæ cum armis in civitatem Trajectenſem, & ſeminaverunt magnam diſcordiam inter electores, & fecerunt eos partiales. Quidam Capitulares elegerunt *Theodricum* de *Hollandia* Præpoſitum in ſummo fratrem *Balduwini*. Et illis adhæſit *Theodricus* Comes Hollandiæ, & tota inferior diœceſis. Sed alia pars elegerunt (1) *Arnoldum* de *Yſenburch* Præpoſitum in *Daventria*, & illi adhæſit *Otto* Dux Gelriæ, & Tranſyſalani omnes. Quod audiens Imperator miſit *Theodrico* Hollandiæ nepoti ſuo annulum & ſceptrum, & poſuit eum in Epiſcopatu, donec appellatio terminaretur in Curia. Et Imperator commiſit *Theodrico* Hollandiæ regimen civitatis & diœceſis ad regendum uſque ad finem appellationis in Curia Romana. Et ambo iſti electi Epiſcopi, ſcilicet *Theodricus* de *Hollandia* & *Arnoldus* de *Yſenburch* profecti ſunt in Curiam ad habendum reſponſum appellationis à Papa Innocentio III. Et Papa ſententiavit, quod *Arnoldus* obtineret & Epiſcoparet. Et conſecratus eſt ibi XXX. Epiſcopus Trajectenſis.

Et

(1) Godefrid. Monach. eum vocat *Cunradum*. ad Ann. 1197. *Cunrado Præpoſito Daventre, & Theoderico fratre Comitis de Hollant, electis Trajectenſis Eccleſiæ mortuis ſuccedit Theodericus de Narberg.*

Digitized by Google

Et eodem anno obiit idem Epiſcopus in Curia, & ibidem ſepultus eſt.

Theodricus de Hollandia, qui prius fuit Præpoſitus in ſummo electus fuit XXXI. Epiſcopus Trajectenſis VI. menſibus & ultra. Et poſt mortem *Arnoldi* de *Yſenburch* in Curia tunc dedit *Innocentius* Papa iſti *Theodrico* Epiſcopatum cum magna honorificentia, & conſecravit eum XXXI. Epiſcopum Trajectenſem, profectuſque de Curia verſus Trajectum correptus eſt infirmitate in *Papia*, & obiit, & ſepultus eſt ibidem III. Nonas Auguſti.

Theodricus de *Are* Præpoſitus ad S. Iohannem in Trajecto fuit XXXII. Epiſcopus Trajectenſis XII. annis. Hic fuit vir nobilis & prudens, & multum miſericors. Hic vocatus eſt de *Sicilia*, ubi fuit in cauſis Imperatoris, & venit *Trajectum*, quo citius potuit, & quia Epiſcopatus fuit ſatis gravatus debitis. Quare profectus eſt in Ooſtfriſiam de conſilio ſuorum Prælatorum, ut poſſet ibi rogatu ac cum jure nanciſci ſummam pecuniarum. Sed frater Comitis † *Wilhelmi* de Hollandia tunc ibi principaliter non ſuſtinuit, ut populus ſuus exactionem daret, & captivavit Epiſcopum in *Stauria* poſt miſſam. Sed quidam monachi & Friſones, qui Deum timebant, cogitabant, quod Comitis ſui injuſta pertinacia poterit incidere in maledictionem, acceperunt Epiſcopum per vim ex priſione Comitis. Anno Domini CIↃ. CC. X. Nonas Decembr. obiit iſte Epiſcopus *Theodricus* Daventriæ, & inde tranſvectus eſt Trajectum, & ſepultus eſt in ſummo.

† *Theodrici.*

Otto de *Gelria* XXXIII. Epiſcopus Trajectenſis tribus annis & IV. menſibus. Et poſt mortem *Theodrici* venit Trajectum *Adulphus* Archiepiſcopus Colonienſis, Otto Epiſcopus Monaſterienſis, *Gerardus* Epiſcopus de * *Ooſtenbrugghe*, & *Wilhelmus* Comes de Hollandia, & *Gerardus* Comes de Gelria, & rogaverunt Capitulum, ut eligerent *Ottonem* de *Gelria*, qui fuit Præpoſitus in *Santen*, & fuit frater (1) *Gerardi* de *Gelria*. Et ad inſtantiam iſtorum Dominorum electus fuit *Otto* iſte. Et tunc

* Oſenbrugge.

(1) Godefrid. Monach. ad Ann. 1212. *Theodericus Trajectenſis Epiſcopus in die S. Nicolaii obiit, pro quo Otto frater Comitis de Gelria ſuccedit.*

Digitized by Google

tunc fuit ſolum XVIII. annorum, & quia junior fuit voluit ire Romam pro diſpenſatione. Et adminiſtravit Epiſcopatum cum magno honore. Hic fuit multum diſcretus, & providus in omnibus factis ſuis, & incidit in febrem, & obiit in Noorthuſen anno Domini CIↃ. CC. XIV. VII. Kal. April. & devectus eſt Trajectum, & in ſummo ſepultus eſt.

Otto junior frater de *Lippe* fuit XXXIV. Epiſcopus Trajectenſis XIII. annis. Mortuo *Ottone* Gelrenſe præſentes fuerunt *Wilhelmus* Comes de *Hollandia*, & *Gerardus* de *Gelria*, & inſtiterunt, ut *Otto* de *Lippe* eligeretur, quod & factum eſt. Et profectus eſt in *Frankenvoert*, & per conſenſum obtinuit ibi benedictionem, & ibidem etiam obtinuit jus ſeculare ab Imperatore *Frederico*. Et iſte *Otto* permunivit omnia caſtra ſuæ diœceſis, & accepta cruce accepit paſſagium terræ Sanctæ cum Frederico Imperatore, & commiſit Eccleſiam (1) *Hermanno* fratri ſuo in Trajecto. Item *Otto* iſte de *Lippe* captus eſt ante *Coeverden*, & multis pœnis eſt interfectus. Primo excoriabant tonſuram ejus, & ſic projecerunt eum in ſterquilinio, & conculcabant eum ibi. (2) Hoc factum eſt anno Domini

(1) Bernardus Comes de Lippia, (*Hermannum* vocat Menco to. 3. *Analect. ad.* Ann. 1247. **) filios habuit duos Ottones, alterum Trajectenſem alterum Monaſterienſem Epiſcopum. Menco *ad d. Ann.* item Gerardum Archiepiſcopum Bremenſem, & Hermannum, cujus mentio hic. Ipſe uxore mortua, poſtquam ad clerum tranſiit Abbas primum, mox Epiſcopus, à proprio filio conſecratus. Henricus Wolteri apud Meibom. 2. *rer. Germ. ad Ann.* 1217. *Gerardus* 27. *Archiepiſcopus* (Bremenſis) *filius Bernardi Comitis de Lippia, cujus pater etiam Abbas, deinde Epiſcopus factus eſt. Nam & Comes Bernardus clericus mortua uxore legitima, quam duxit virginem, intravit religionem &c.* mox ad Ann. 1227. *Otto Epiſcopus Trajectenſis conſecravit patrem ſuum in Epiſcopum de Aldenſes, & poſt idem pater cum eodem filio conſecraverunt alium fratrem in Archiepiſcopum Bremenſem &c.* Obſcurum autem illud *Aldenſes*. *Leathenſem* vocat Epiſcopum non autem de *Aldenſe*, in Livonia Krantz *metrop. lib.* 7. *cap.* 40.

** Nobis Tom. 2. p. 145.

(2) Cœperunt circumferri tum cladem ſignificantes, qui ſequuntur, verſiculi.

Lippia me pavit, Trajectum pontificavit,
Tandem ſors nocuit, quia me Coverdia ſtravit.

Digitized by Google

mini CIↃ. CC. XXVII. Kal. Aug. Et occulte ſublatus eſt hinc; & in ſummo ſepultus eſt cum magno mœrore.

Wille-

Annis bis denis ſeptenis M⁹ que ducentis
Ad va ia vaccina patitur miſeranda ruina
Bernard Tyronis in feſto Pantboleonis.

Collecta eorum nomina ex veteri MS. quod olim viri Nobiliſſimi Stephani van Rhemen Conſulis Daventrienſis, & quod ne periret, ultro ad me miſit, qui paternæ virtutis heres ſtudia doctrinarum cum avita nobilitate conjunxit Stephanus defuncti filius. Ea autem hujuſmodi: „ Her Henrick van Horſtmar (*Bernardum vocant alii*) „ die allervermaertſte van Duytſchlant. Item Derck des Biſchops „ broeder Proeſt to Deventer, Harman van Voerſt, Herman van „ Voerden, Sweder van Vlete, Simon van Telinge, Reynolt *al.* „ Henric van † Redze, Dirck van Tingede, Derck ende ſyn ſone „ van Buckhorſt, Andries van Wullen, Aernt Loef, en ſyn ſone, „ Hendrick van Iutphaes, Henrick van Zallant, Derck van Neſt- „ velt, Henrick van Bothbergen, Godeken ende Willem Tan- „ ghe, Claes van den Torne, Frederick, Otto, Reynolt, Werner, „ en Lambert van Oldenburgh, Bernt van Dalffen, Steven van Mau- „ rick, Wichert van Hagene, Iordan van Wye, Alben van Arade, „ Thybolt van Thye, Willem van Albergen, Lubbert Dolre, Rabbe „ ende Willem van Kotene, Reyner die Leuwe, Gerlach ende „ Derck van Empre, Goſen van Watervorde, Stephen de Splin- „ ter, Coenraet van Steenwick, Derck van Hueſſene, Frederic „ van Anloe, Rolof van den Rathe, Albert van Reckeke, Albert „ van Haren, Werner, Herman, Johan gebroeders van Haſſelt, „ Gert van der A, Gert Tacke, Willem ende Derck van Vor- „ cunde, Evert van Montforde, Gert van Altena, Derck van „ Wrechten, Henric van Harmelen, Ian van Oldendorp, Wichart „ Koene, Delys ſyn broeder, Wolter over die Vechte, Herman „ van Malre, Robert Ridder, Geert Crancke en Hendrick ſyn ſo- „ ne, Gert Greve, Robert van Alpendorn, Egger Denne, Gert „ ende Lambert van den Ryne, Godert van Wyck, Roeric van „ Geeſteren, Herman ende Splinter van Loenreſloot, Gert Falc- „ ke, Goſen van Duene, Henric Aveſt, Henric uter Borgh, Suete „ met twee ſohns van Subſwolde, Stephen van Elſen, Iacob „ Lyoph, Francke van Hueſſen, Evert van Ulſte, Ian van Nede, „ Goſen van Roderlo, Albert en Henrick van Dieze, Lulof van „ Salſwolde, Rutger van Ulſen, Gert van Hune, Ludger van „ Ulbenkote, Ulrich van Enſchede, Goſen van Lage, Rutger „ van der Eze, Conraet Schenck, Dirck van Bernecote, Arnt

† Reeſe.

„ van

Willebrandus filius Comitis de *Oldenburch*, primum Epiſcopus de *Paterborne*, fuit XXXV. Epiſcopus Trajectenſis VIII. annis. Mortuo *Ottone* de *Lippia* tunc venit *Florentius* Comes *Hollandiæ* cum multis, & rogavit pro nepote ſuo *Willebrando* Epiſcopo de *Paterborne*, & electus fuit de Capitulo; item iſte Epiſcopus fuit in Italia occupatus in cauſis Imperatoris. Et ergo miſſus eſt trans Alpes prudens vir cum feſtinatione, & ut duceret iſtum ad Epiſcopatum, & petiit præſentiam Eccleſiæ ſibi exhiberi, quam exhibuit, & oſtendit in Curia Romana. Et Papa *Gregorius* IX. de conſilio ſuorum Cardinalium ſic tranſpoſuit ſuum carum *Willebrandum* de *Paterborne* ad *Trajectum*, & dedit ei benedictionem ſuam, & miſit eum illuc. Anno Domini CIↃ. CC. XXXIII. VII. Kal. Aug. obiit iſte *Willebrandus* Zwollis, & devectus eſt Trajectum, & ſepultus eſt in monaſterio *S. Servatii*, quod ipſe fundavit, & poſuit ibi primum lapidem de Eccleſia.

Otto de Hollandia filius Comitis de *Hollandia* fuit XXXVI. Epiſcopus Trajectenſis XVI. annis. Iſte Otto uniformiter eſt electus per invocationem Sancti Spiritus, qui fuit nobilis de genere regali. Hic fuit poſt mortem patris militiæ deputatus,

„ van Zallant, Ian ende Lubbert van Hattem, Goſen van Ooſt-
„ wolde, Willem van den Ryne, Remmelt ende Iacob neven van
„ Doerneke, Arnt van Meckelenhorſt, Evert van Suetendorp,
„ Rolof van Steenholt, Alof van Reckelinchueſs, Stelle Claeſs,
„ Florenſs ende Floryn van Benthem, Herman Boetſelaer, Coen-
„ raet van Berentrop, Thomas van Hulſcher, Remmelt *al.* Rey-
„ nolt van Holten, Alof Lolde, ende ſyn ſone, Werner van
„ Beerſe, Lambert van Nettelhorſt, Hertger van Weerſele, Alme-
„ rick von Avenſate, Henrick van Vlederinge, Conraet, Arent,
„ Ludecker van Otmarſum, Coenraet van Bentele, Luno *al.* Sei-
„ no van Dalfzem, Wicher Benſinck, Ritbert van Iſſelmuiden,
„ Rolof van Ulphente, Rycwyn van Haſſelt, Derck von Keppe-
„ le, Ian Paus, Elias van Eldrick, Claes van Berkhuiſen, Engel-
„ bert Ridder des Hern van den Berghe, Ian van Paltwege, Hen-
„ ric van Hechum, Rutger van Doorn, Lyndeloff van Salfwolde,
„ Derck van Witrade, Gert van Linge, Henrick Knop van De-
„ meſsbergh. “ Et hi ſunt, qui cæſi partim, partim ſubmerſi. Quorum alii ſepulti ſunt in cœnobio prope Haſſelt, alii ad Aquas nigras, alii Cramsberge.

Digitized by Google

tus, & ſuſcepit à fratre ſuo Comitatum Ooſtfriſiæ in commendis, & ipſe renuncians omnibus factus eſt Eccleſiaſticus, & ſuſcepit Epiſcopatum, quem depauperatum invenit, & gravatum multis debitis propter bella in *Drenten*, & etiam propter aggeres, qui multotiens fracti fuerunt, & terra irrigua fuit aquis perſæpe. Sed gratia Dei & Eccleſiæ vendidit iſte omnia ſua patrimonia in Hollandia, & omnia debita Eccleſiæ amovit, & redemit caſtella, & cuſtodivit Epiſcopatum tanquam Dux ſecularis multis temporibus, & ad ejus inſtantiam fecit frater ejus Comes Hollandiæ magnum aggerem de *Amerungen* uſque *Schoonhoven* in magno ſumptu & ad laudem ſuæ memoriæ, qui multum profuit Eccleſiæ Trajectenſi. Poſt mortem *Florentii* Comitis tunc accepit iſte *Otto Wilhelmum* filium fratris ſui in ſua cuſtodia, & tutor illius factus eſt, & adminiſtravit etiam Hollandiam, & cum iſta auctoritate expugnavit Epiſcopus illos de *Drenten*, & ſimiliter illos de *Coeverden*, & ad placitum ſuum ferebatur in terram illorum hinc & inde, & non fuit, qui vetaret vel obviaret. Iſte juvenis Comes Wilhelmus de Hollandia electus eſt poſtea in Regem Romanorum in vita adhuc *Ottonis* poſt mortem *Henrici* de *Thuringia* filii Sanctæ *Eliſabeth*. Et tunc fuit *Otto* Epiſcopus conſiliarius Imperatoris Romanorum. Eſt poſtquam Wilhelmus coronatus eſt *Aquisgrani*, tunc regreſſus eſt in *Hollandiam*, & venit *Trajectum* ad avunculum ſuum. Qui ſuſcepit eum cum tota Eccleſia & militia, ac omnibus civibus valde ſolenniter. Et Rex factus eſt burgenſis civitatis Trajectenſis, & emit peciam terræ in ea, quam dedit propter Deum *Alberto* magno, ut ibi ſtaret monaſterium ordinis Prædicatorum, cum qua & magnam ſummam pecuniæ dedit. Ad perficiendum privilegia civitatis Trajectenſis Rex *Wilhelmus* confirmavit Eccleſiæ & civitati Trajectenſi omnia privilegia & emunitates, ita ut nullus Princeps, quacunque etiam dignitate polleat, poſſet iſtius civitatis cives ad alia tribunalia citare, ſed in ſua civitate Trajectenſi judicio aſſiſtere, dempto Imperatore vel Rege, qui eos evocare poteſt. Et quicunque his obviaverit in ratione debiti noverit ſe incurriſſe ad centum marcas auri. Et his affuerunt tanquam teſtes, Epiſcopus *Sambienſis*, *Arnoldus* Dominus de *Weſemael*, Dominus *Henricus* de *Voorn*, Dominus *Wilhelmus* de *Breeroed*, Dominus *Theodricus* de *Teylingen*, Dominus

Digitized by Google

minus *Philippus* de *Waſſenaer*, Dominus *Hugo* de *Cralingen*, & Dominus *Theodricus* de *Gouda* milites, & multi alii. Data anno Domini CIↃ. CC. LII. pridie Kal. April. Obiit Epiſcopus *Otto* de Hollandia, & ſepultus eſt cum magna veneratione in ſummo apud reliquos Ottones.

Goſwinus de Ainſtel Præpoſitus ad S. Johannem fuit XXXVII. Epiſcopus Trajectenſis uno anno. Hic fuit ſimplex homo, & parum aptus in cauſis Eccleſiæ: Quare Eccleſia in brevi confracta eſt, & humiliata, quæ fuit tempore *Ottonis* valde exaltata. Officiales diœceſis indolentes convenerunt in unum, ut tractarent de utilitate Eccleſiæ, ac ibi etiam advenit Rex Romanorum *Wilhelmus*, ac *Petrus Capucius* Cardinalis & *Conradus* Archiepiſcopus Colonienſis, & in præſentia iſtorum reſignavit *Goſwinus* Epiſcopatum in manu Regis & Cardinalium, & ad inſtantiam Epiſcopi Colonienſis factus eſt Epiſcopus Trajectenſis (1) *Henricus* de *Vianden*. Et Rex tribuit ei jus ſeculare.

Henricus de *Vianden* Præpoſitus in ſummo in Colonia fuit XXXVIII. Epiſcopus Trajectenſis XVII. annis. Hic fuit nobilis vir & magnanimus, & ſemper ſollicitus fuit, quomodo Eccleſiam ſuam promoveret, & augmentaret, ac etiam cauſas civiles ſtuduit juſte expedire. Iſte Epiſcopus habuit magnam victoriam de inimicis ſuis, & de captivis & ſpoliis de Gelria ita locuples factus eſt, quod conſtruxit caſtrum nomine *Vreelant* contra inſultum Dominorum de *Aemſtel*, & ceteros rebelles. Anno Domini CIↃ. CC. LXVII. obiit iſte Epiſcopus & ſepultus eſt in ſummo, cujus primum lapidem poſuit, cum reædificaretur. Hic etiam poſuit XII. Canonicos in *Steenwijck*.

Johannes Comes de *Naſſouwen* fuit XXXIX. Epiſcopus Trajectenſis XXI. annis. Hic fuit vir quaſi laicalis & ſecularis. Hic invenit omnia caſtella referta omnibus bonis, quæ ad militiam ſpectant, quam prædeceſſor ſuus cum omni ſollicitudine contra

(1) Filius Comitis Viandenſis ditionis Lutzenburgicæ, frater Jolandæ, Mariæ vallis Prioriſſæ, cujus vitam ſcripſit & illuſtravit doctiſſimo commentario Alexander Wilthemius. *Henricum* de *Vigena* perperam prorſus vocat Magn. Chron. Belg. p. 249.

Digitized by Google

contra inimicos ſuos vicinos defendit ac munivit. Anno Domini CIↃ. CC. LXXXVIII. juſſus eſt *Florentius* Comes Hollandiæ, ut veniret Trajectum ad Capitulum. Et venit cum multis nobilibus. Qui *Johannes* de *Naſſouwen* fuit Epiſcopus XXI. annis tanquam laicis cum diſpenſatione tamen Papæ, & nunquam habuit confirmationem. Et alienavit caſtrum de *Vrelant* pro ſumma pecuniæ in manu Domini de *Amſtel*, & ſimiliter *Montfoort* Domino de *Woerden*. de quo tota diœceſis conqueſta eſt, & inſuper Epiſcopatus gravatus eſt multis debitis, & diverſis. . . . . Et ergo Eccleſia ſcripſit Apoſtolico de miſeria Eccleſiæ Trajectenſis, & rogabant, ut abſolveretur ab Epiſcopatu, quod & factum eſt, & Dominus *Johannes* de *Zyrick* ordinatus eſt XL. Epiſcopus Trajectenſis. Anno Domini CIↃ. CC. LXXIX. in die *Gregorii* fuit magnum incendium in *Trajecto*, & vocatum eſt muliebre incendium. Et combuſta eſt Eccleſia S. Petri, S. Johannis, S. Mariæ, die Buerkerck, Eccleſia minorum, & S. Katherinæ cum majori parte civitatis.

Johannes de *Zyrick* fuit XL. Epiſcopus Trajectenſis IX. annis. Anno Domini CIↃ. CC. XCVII. depoſitus eſt Dominus Johannes per Apoſtolicum, & ordinatus eſt Epiſcopus in Thoyloſa, & *Wilhelmus* de *Mechlinia* electus eſt Epiſcopus Trajectenſis.

Wilhelmus de *Mechlinia* fuit XLI. Epiſcopus Trajectenſis V. annis. Hic fuit diu in Curia Romana. Hic invenit Epiſcopatum gravatum debitis & tabellionibus, quod omni ſtudio curavit emendare. In primo obſedit caſtrum in *Muden*, in quod adeo impegit ſuis machinis, quod *Theodricus* Caſtellanus petiit dextras ſalvo corpore. Illic tunc ſedit Epiſcopus in equo veloci, & ſic penetravit caſtra Hollandinorum ſemel & bis, qui inimici ejus erant. Et omnes timebant percutere ſuum ſpiritualem patrem. Sed Epiſcopus temptavit ſic equitare per inimicos ſuos, & tunc dejectus eſt de equo, & interfectus fuit à filiis inobedientiæ. Anno Domini CIↃ. CCC. & uno in die tranſlationis S. Martini delatum eſt corpus ejus ab *Hoſpitalariis* in Eccleſiam *S. Katherinæ*, (1) & ad ultimum ſepultum eſt in ſummo cum decenti cura.

Guido

(1) Factum id poſt annos ſedecim, ex quo idem ſepultus jam in

Guido de *Hannonia* & Hollandia fuit XLII. Epiſcopus Trajectenſis XI. annis. Quia poſt mortem Regis *Wilhelmi* tunc venit Comes de *Henegouwen* ex Zelandia, & rogavit Eccleſiam Trajectenſem pro fratre ſuo, qui fuit theſaurarius in *Lodio*, ſic quod quidam Canonici eum elegerunt, & quidam Præpoſitum in ſummo *Rodolphum* de *Waldech*. Et quia cito *Guido* electus eſt, profectus eſt *Rodolphus* trans *Iſelam*. Iſtius fratres fuerunt *Bolſardus* Epiſcopus *Maguntinenſis*, & *Johannes* Comes Hollandiæ, & *Florentius* Princeps de *Moricnna*. Iſtorum Principum potenti adjutorio ſubjugavit ſibi *Guido* omnes inimicos, & adminiſtravit Epiſcopatum in magna pace. Iſte Epiſcopus conſtruxit duo caſtella *Dullenburg* & *Stoutenburg* & ſolvit † Romæ XIV. millia ducatorum, quos debebat prædeceſſor ejus. Iſte Epiſcopus ſubito incidit in infirmitatem, & obiit IV. Kal. Junii

† Nec tamen Simonia hæc. Scilicet. Scienti pauca. Vid. to. 1. *Analect. p.* 268. ** Nobis Tom. 1. p. 168. & ſeq.

in S. Catharinæ. Translatio ubi facta, ſepulchrum deinceps viſitatum in ſummo, ſeu majori Eccleſia. Miſſa autem pro eo dicta & in S. Catharinæ, & in quinque Eccleſiis collegiatis, Wilhelmi Comitis juſſu, à cujus copiis in bello cæſus. *Charta Ann.* 1327.
„ Wi Jacob bi der genaden Gods Biſſcop van Zuden, Commel-
„ duyr, ende dat Gemeyne Convent van Sinthe Kathrinen t'U-
„ trecht maken kont &c. want een hoge edel Prinſe onſe lieve
„ Heere, Heer Willam Grave van Henegouwen &c. gedaen
„ hevet van ſinen eygenen goede twe Capelrien ellic van vyf en
„ twintig pont ſwarter tornoyſen s'jaers voer eens eerbaren va-
„ ders ende eens hoger ſiele, Heeren Willem by der genaden
„ Gods Biſcop t'Utrecht, dair Godt die ſiele af hebben moet,
„ en de geſet hevet te verdienen in onſen Godshuſe van Sinte
„ Kathrinen t'Utrecht, van welker Capelrien die ene nu hevet
„ broeder Heinric van Oirſcot &c. „ *Charta Ann.* 1350. „ Wi
„ Burgermeiſters, Scepene, Raet, ende gemeine Oudermanne
„ van den ouden Rade ende van den nywen der Stadt van
„ Utrecht maken kont allen luden, dat wi in een gedragen ſyn
„ mit eerſamen luden den Deken ende Capittel der Kercken ten
„ Domme t' Utrecht, alſe dat ſi Biſcops Willams begangheniſſe
„ ende memori van deſer tyt voert meer in elken jare, des an-
„ deren daghs van der maent, die men heyt Iulius, des avonts
„ ter Vigilien, ende des naeſten daghes daerna ter zielmiſſen doen
„ ſellen in hoere kercken voerſeit, mit ſulcken ſolenniteyt, alſe
„ daer toe behoort &c.

Digitized by Google

nii anno Domini CIↃ. CCC. XVIII. & ſepultus eſt Trajecti cum luctu magno.

Fredericus de *Zyrick* Præpoſitus ad S. Petrum in Trajecto fuit XLIII. Epiſcopus Trajectenſis. Iſte conſecratus fuit in Curia, & ipſe infirmatus fuit valde propriis debitis, & quamvis invenit Epiſcopatum locupletem, tamen depauperatus eſt in brevi. Quare parum reputans fuit apud ſuos. Anno Domini CIↃ. CCC. XXII. 13. Kal. Aug. obiit iſte Epiſcopus & ſepultus eſt in ſummo.

Anno Domini CIↃ CCC. & XX. in die Sanctorum Martyrum Johannis & Pauli poſitus eſt primus lapis turris Sancti Martini in Trajecto. Et poſt hoc anno LXXXII. tunc ſupra poſita eſt crux cum gallo, item anno CIↃ. CCC. XXII. in menſe Julio confracti ſunt aggeres Reni, & aqua elevata eſt adeo, quod intra diœceſim & circa Renum omnia ſemina in terra proecta putreſcerent. Quare Comes Hollandiæ *Wilhelmus* rogavit Eccleſiam Trajectenſem & monaſteria, ut tam fortem facerent aggerem cum ſcripto mandato, ut à modo de illo non timeretur. Anno Domini CIↃ. CCC. & XXX. 28. die Julii fuit magna eclipſis ſolis.

(1) *Jacobus* de *Oiſthoirne* Præpoſitus Trajectenſis fuit XLIV. Epiſcopus Trajectenſis duobus menſibus. Poſt mortem Frederici

(1) In MS. quo uſus ſum modo *Oeſtboerne* erat ſcriptum, modo *Oeſterboerne*, ſed perperam. Verum nomen eſt *Outsboorne*, ut apud Bekam & Hedam & alibi paſſim. Nobilem apud Hollandos familiam Buchelius ait ad Hedam in *not.* Patrem habuit Wilhelmum, matrem Mechtildim, fratrem Henricum, ſororem autem Bertam. Ex libris memoriarum Eccleſiæ Trajectenſis: IV. *Nonas Apriles obiit Wilhelmus dictus Outsboern, pater Dn. Iacobi de Outsboern Epiſcopi noſtri, unde datur libra.* Ex iiſdem: *Nonis Auguſti obiit Mechtildis Domina de Outsboern mater Iacobi de Outsboorn quondam Epiſcopi Trajectenſis, unde datur libra.* VI. *Non Octobr. obiit Henricus de Outsboorn famulus, frater Iacobi de Outsboorn Epiſcopi Trajectenſis.* XXIV. *Novembr. obiit Domina Berta ſoror Dn. Iacobi de Outsboorn, unde datur libra.* Florentii etiam mentio ex eadem familia. Sic in libris jam dictis. IV. *Idus Octobr. obiit Florentius de Outsboorn Concanonicus noſter, unde datur libra.* Iacobus jam Decanus majoris Eccleſiæ Ann. 1318. ut in charta ejuſdem anni; *præſentibus honorabilibus viris DD. Iacobo de Outsboerne majoris, Egidio Pan-*

Digitized by Google

derici venit *Wilhelmus* Comes Hollandiæ Trajectum, & oravit pro *Jacobo* de *Suden* ſuffraganeo, ut eum Epiſcopum eligerent. Quare Capitulum diviſum fuit in duo, & major pars elegit *Jacobum* de *Oiſterboerne*. Quod audiens *Jacobus* de *Suden*, quod omnes erant ſibi contrarii, & quod ipſe contra electum nulla poſſet ratione proficere. Et *Jacobus Oeſterboerne* confirmatus per Epiſcopum Colonienſem *Henricum*, ſed non confirmatus fuit ab Apoſtolico. Quod cum factum eſſet, adhuc inſti-

Panſier Sancti Salvatoris Eccleſiarum Trajectenſium Decanis &c. Primum lapidem ut Decanus poſuit turris Trajectenſis ut dixi d: *Fundat. Eccleſ. part.* I. *cap.* I. Frequens mentio ejus in Necrologiis, ut in eo, verbi gratia, quod majoris Eccleſiæ: X. *Kal. Octobr. die Mauritii & ſociorum ejus martyrum, obiit Dn. Iacobus de Outboerne Epiſcopus Trajectenſis, unde dantur duæ libræ.* XV. *ſol.* Sic ſimiliter in eodem: X. *Kal. Martii fiat mentio Dn. Iacobi de Outsboorn Epiſcopi, unde datur libra.* X. Kal. Aprili. *fiat mentio menſurnalis Dn. Iacobi de Outsboern Epiſcopi Trajectenſis, unde datur libra.* In S. Salvatoris: IX. Kal. Febr. *memoria Iacobi de Outsboerne electi & confirmati in Epiſcopum Trajectenſem. Dantur Canonicis* VI. *ſolid. Sociis chori* 14. *ſol. præſentibus tamen in vigiliis & miſſa animarum.* IX. Kal. Mart. *memoria Iacobi de Outsboerne electi & confirmati in Epiſcopum Traject.* IX. Kal. April. *memoria Iacobi Outsboerne electi & confirmati in Epiſcopum Trajectenſem.* IV. Kal. Maji. *memoria Iacobi de Outsboerne electi & confirmati in Epiſcopum Trajectenſem. &c.* Ejuſdem etiam meminit Wilhelmus Comes tertius in charta Ann. 1322. Charta ita ſe habet: „ Wi Willam Grave van „ Henegouwen &c. maken condt, dat wi onſen getrouwen lu„ den, Heeren Iacob bi der genaden Gods Biſſcop van Utrecht, „ Heren Giſebrecht Here van Yſelſteyne, Heren Zweder van Ab„ coude, ende Zweder van Vianen belooft hebben, ende belo„ ven quite ende ſcadeloos te houden van alſulken gelde, als ſi „ voer ons uytleggen ſullen, of furniren, ende van den coſte en„ de ſcade, diere hem af comen mochte, alſe omme der wale „ wille te verſekeren, ende te diken, die bi der niewer vaert in „ te broken waren van deſen daghe voirwaerts, alſo verre alſo „ wyt aengenomen hebben van der eenre helfte mit onſen Here „ ende neve den Biſſcop van Utrecht ter goeder rekeninge ſon„ der alrehande argeliſt. In orconde &c. Gegheven toit Utrecht „ op beloken Paſchen in jaer ons Heeren CIↃ. CCC. en twee „ en twintich „.

Digitized by Google

inſtitit ille de *Suden*, ut Epiſcopus fieret, quia vidit quod Epiſcopus electus debilitatus fuit in copore, ita quod non potuit bene curari, & ergo impetravit à Papa, quod ipſe Epiſcopatum ſervaret pro ſua camera, ſperans quod cum vacaret ipſe cum adjutorio Principum poſſet adipiſci. Iſte *Jacobus Oiſterborene* fuit ſatis honeſtis moribus, & obiit eodem anno XII Kal. Octobr. & ſepultus eſt in ſummo.

„ *quamdiu parere voluerit juri vel conſilio Priorum & cleri, & hoc fi-*
„ *deliter & firmiter obſervabit. Sic eum Deus adjuvet, & omnes*
„ *Sancti fidesque Sanctorum Evangeliorum.* Super quibus omnibus
„ & ſingulis præfatus Dns *Henricus* de *Weyda* Decanus Trajecten-
„ ſis petiit à nobis Notariis publicis ſibi fieri inſtrumentum publi-
„ cum. Acta fuerunt hæc in loco Capitulari Eccleſiæ Trajecten-
„ ſis prædicta ſub anno, indictione, die, menſe, hora, & Pon-
„ tificatu, quibus ſupra, Reverendo in Chriſto Patre ac Dno,
„ Dno *Folkero* Dei gratia Epiſcopo Bilbilitenſi, ac Religioſis viris
„ Dnis *Iohanne* de *Oey* Sancti Pauli Trajectenſis, *Iacobo Zoudenbalch*
„ Sancti Laurentii in Oeſtbroeck prope civitatem Trajectenſem
„ ordinis Sancti Benedicti monaſteriorum Abbatibus nec non Ve-
„ nerabilibus & diſcretis viris Dnis Dnis Iohanne de Lippia ſemi-
„ præbendario, *Arnoldo Matrne* perpetuo Vicario in Eccleſiæ Tra-

 „ jectenſi

Digitized by Google

octingentos milites ac famulos, & equitavit menſe Majo in terram inimicorum per duos dies, & incendit de inimicis ſuis multos,

„ jectenſi prædicta, Ottone de Goudriaen, *Iohanne Coeverde*, *Rynero* „ de *Laer* presbyteris, *Iohanne Borchgrevinck*, *Iohanne Salomonis*, & „ *Petro Hoeff* clericis Trajectenſis diœceſis publicis Notariis, & quam „ pluribus aliis teſtibus, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. „ *Tenor vero* dicti mandati procuratorii, de quo ſupra fuit mentio, „ talis eſt. Univerſis & ſingulis præſentes literas ſeu præſens inſtru- „ mentum publicum inſpecturis, *Iohannes* Dei & Apoſtolicæ ſedis „ gratia Epiſcopus Trajectenſis ſalutem in Dno. Noverint, quod nos „ de diſcretione, fidelitate, & diligentia honorabilium & ſtrenuorum „ virorum Dnorum *Johannis Paell* Colonienſis *Johannis* de *Ocken-* „ *broeck* Magdeburgenſis Eccleſiarum Canonicorum, Richardi „ Meynvelder militis, & *Johannis* de *Enchenich* armigeri, noſtro- „ rumque conſanguineorum, plenam in Dno fiduciam obtinentes „ ipſos Dnos *Iohannem Paell*, *Iohannem* de *Ockenbroeck* Canonicos, „ *Richardum Meynvelder* militem præſentes & onus ſubſcriptæ pro- „ curationis in ſe ſponte ſuſcipientes, & *Iohannem* de *Enchenich* ar- „ migerum prædictos, abſentem tanquam, præſentem, & quemli- „ bet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio primitus „ occupantis, ſed quod unus eorum incepit, alter proſequi valeat „ & finire, facimus & conſtituimus, & tenore præſentium ordina- „ mus noſtros veros, certos, & legitimos procuratores & nuncios „ ſpeciales, dantes & concedentes eiſdem noſtris procuratoribus „ & eorum cuilibet in ſolidum poteſtatem plenariam ac mandatum „ ſpeciale ad præſentandum, intimandum, ac publicandum pro „ nobis & noſtro nomine literas Apoſtolicas per Sanctiſſimum in „ Chriſto Patrem ac Dnum noſtrum Dnm. *Urbanum* divina pro- „ videntia Papam quintum nobis datas & conceſſas de & ſuper „ tranſlatione noſtra & promotione de Eccleſia Monaſterienſi, cui „ antea præcramus, ad Eccleſiam & Epiſcopatum Trajectenſem „ venerabilibus & diſcretis viris Dnis Præpoſito, Decano, & Ca- „ pitulo ejuſdem noſtræ Trajectenſis Eccleſiæ ſingulisque Abbati- „ bus, Præpoſitis, Decanis, & toti clero civitatis & diœceſis Tra- „ jectenſis, nec non Magnatibus nobilibuſque, etiam miniſteriali- „ bus & vaſallis univerſis, ut proconſulibus & conſulibus, ac Uni- „ verſitatibus Civitatis & diœceſis earundem, nec non omnibus & „ ſingulis Officiatis & adminiſtratoribus dictæ noſtræ Trajectenſis „ Eccleſiæ, & quibuſcunque perſonis aliis, de quibus viderint ex- „ pedire, & quibus de jure vel conſuetudine hujuſmodi literæ no- „ tificari debebunt, ſeu intimari, & ad petendum & requirendum „ pro nobis & noſtro nomine præfatos Dnos Decanum & Capi- „ tulum

Digitized by Google

multos, ita quod eos per hoc ad pacem acquiſivit. Anno Domini CIↃ. CCC. LXVIII. captus eſt iſte Epiſcopus ab inimicis ſuis

„ tulum dictæ noſtræ Trajectenſis Eccleſiæ, & omnes alios & ſin-
„ gulos ſupradictos, quorum intereſt, ut juxta mandatum Apoſto-
„ licum ſeu continentiam literarum Apoſtolicarum prædictarum
„ nobis, ut præmittitur, conceſſarum nos recipiant in Epiſcopum
„ & paſtorem, ac etiam recipiendum & audiendum reſponſionem
„ ſeu reſponſiones ſuper præſentatione, inſinuatione, & publicatio-
„ ne earundem literarum, & etiam noſtra receptione & admiſſione,
„ & quod nobis reddant, deputent, & aſſignent integraliter & com-
„ plete omnia & ſingula noſtra & Epiſcopatus noſtri jura tam ſpiri-
„ tualia quam temporalia, & juriſdictionem noſtram tam ſpiritua-
„ lem quam temporalem, ad petendum, recipiendum, intrandum,
„ nanciſcendum, retinendum, & manu tenendum, pro nobis &
„ noſtro nomine poſſeſſionem realem & corporalem Epiſcopatus
„ noſtri prædicti, ac omnium & ſingulorum jurium dicti Epiſcopa-
„ tus noſtri Trajectenſis, & ad nos ratione ipſius pertinentium &
„ debentium pertinere, nec non caſtrorum, villarum, locorum,
„ ac poſſeſſionum, reddituum, proventuum, ac rerum aliarum
„ quarumcunque tam ſpiritualium quam temporalium ad nos & di-
„ ctum noſtrum Epiſcopatum pertinentium quoquo modo, nec
„ non ad petendum, exigendum, & recipiendum pro nobis & no-
„ ſtro nomine omnes & ſingulos fructus, redditus, proventus,
„ obventiones, & jura ad menſam Epiſcopalem dictæ Eccleſiæ
„ noſtræ Trajectenſis, & alias qualitercunque ad nos ſpectantes
„ & ſpectantia, & ad faciendum de his, quæ receperunt noſtro
„ nomine & pro nobis finem, quitationem, refutationem plena-
„ riam, & pactum de ulterius non petendo, inſuper ad jurandum
„ in animam noſtram, quod nos fuimus & ſumus in & de legiti-
„ mo matrimonio procreati, & de obſervandis ſtatutis, libertati-
„ bus, immunitatibus, conſuetudinibus, & juribus dicti Epiſcopa-
„ tus noſtri, & dictæ noſtræ Trajectenſis Eccleſiæ, quemadmo-
„ dum & prout prædeceſſores noſtri Trajectenſes Epiſcopi jurare
„ conſueverunt, & nos etiam jurare tenemur, & in animam noſ-
„ tram præſtandum quodcunque aliud neceſſarium & ſolitum jura-
„ mentum, unum vel plures procuratorem ſeu procuratores loco
„ ſui vel alterius eorum, qui ſimilem habeant, & eorum quilibet
„ habeat poteſtatem, eoſque, ſi dictis procuratoribus noſtris vel
„ eorum alteri viſum fuerit expediens, revocandum, & onus pro-
„ curationis hujuſmodi in ſe reaſſumendum & procurandum per
„ ſe alium vel alios, quando & quoties ipſis aut alteri eorundem
„ viſum fuerit expedire, & generaliter ad omnia alia & ſingula
„ facien-

Digitized by Google

ſuis in civitate *Goer* de uno nomine *Houdenberch* cum ſuis ſociis. Et redemptus eſt XVI. mille ſcudatis antiquis. Et per iſtud

„ faciendum & procurandum, quæ in præmiſſis ac eorum quoli-
„ bet, ac dependentibus ex eiſdem fuerint neceſſaria ſeu etiam
„ oportuna, & quæ noſmet faceremus, & facere poſſemus, ſi in
„ præmiſſis perſonaliter præſentes eſſemus, etiamſi mandatum
„ aliud magis exigeretur ſpeciale, promittentes bona fide ac ſti-
„ pulatione ſollempni ſub ypotheca & obligatione omnium bono-
„ rum noſtrorum, & dicti Epiſcopatus noſtri, tam præſentium
„ quam futurorum ratum, gratum, ac firmum tenere & totum
„ obſervare, quicquid per dictos noſtros procuratores, & eorum
„ quemlibet, vel ab ipſis aut eorum altero ſubſtitutos actum,
„ factum, ſeu procuratum fuerit noſtro nomine in præmiſſis ſeu
„ quomodolibet præmiſſorum. In quorum omnium teſtimonium
„ præſentes literas fieri, & in publicam formam per infraſcriptum
„ Notarium noſtrum publicum ſcribi ſive redigi mandavimus, &
„ requiſivimus, & noſtri ſigilli minoris fecimus appenſione muniri.
„ Datum & actum in opido Aldenſalenſi in aula domus Præpoſi-
„ turæ Eccleſiæ ibidem dictæ noſtræ Trajectenſis diœceſis anno
„ Dni milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſe-
„ cunda, menſis Iulii die viceſima ſeptima, hora quaſi nona, Pon-
„ tificatus præfati Dni noſtri Papæ anno ſecundo, Præſentibus
„ nobili nec non diſcretis viris Syfrido de Weſterbrug Canonico
„ dictæ Colonienſis Eccleſiæ, conſanguineo de Begheym noſtro
„ Capellano, *Theodrico Meynvelder* nato Dni Richardi militis præ-
„ dicti, Henrico de Vernenburch noſtro conſanguineo, Paulo de
„ Warmaſdorp armigeris, noſtris familiaribus commenſalibus,
„ & Henrico Coddraet clerico Monaſterienſis diœceſis teſtibus ad
„ præmiſſa vocatis & rogatis. *Et ego* Gerardus Borchgrevinck
„ clericus Trajectenſis diœceſis, publicus Apoſtolica & imperiali
„ auctoritate Notarius, quia præmiſſis conſtitutioni, ratihabitioni,
„ promiſſioni, & ſtipulationi, ac omnibus aliis ſupraſcriptis, dum
„ ſic, ut ſupra deſcribuntur, per Reverendum in Chriſto patrem
„ ac Dominum, Dnm Iohannem de Vernenburch Epiſcopum Tra-
„ jectenſem à gerentur ac fierent, una cum dictis teſtibus præ-
„ ſens fui, eaque fieri vidi & audivi, & in hanc formam publi-
„ cam de mandato & requiſitione dicti Dni Epiſcopi Trajectenſis
„ mea propria manu ſcribendo redegi, ſignoque meo conſueto &
„ cum ejuſdem Dni Epiſcopi ſigillo minori his præſentibus appen-
„ ſo ſignavi in teſtimonium omnium præmiſſorum.

„ *Tenor vero* dictarum literarum Apoſtolicarum, de quibus ſupra
„ fit mentio, ſequitur in hæc verba. *Urbanus* Epiſcopus ſervus
„ ſervorum

istud diffortunium venit Episcopatus rursum ad multa debita. Anno Domini CIↃ. CCC. LXVIII. obierunt in civitate Trajectensi

„ servorum Dei venerabili fratri Iohanni Episcopo Trajectensi sa-
„ lutem & Apostolicam benedictionem. Providentia Regis æter-
„ ni, cujus inscrutabili altitudine in Regno mundi ordinationem
„ suscipiunt universa, summo dignitatis fastigio licet immeriti præ-
„ sidentes ad universas orbis Ecclesias aciem nostræ considerationis extendimus, & pro earum statu feliciter dirigendo Apostolici
„ favoris auxilium adhibemus, de illis vero propensius cogitare
„ nos convenit, quæ viduitatis deplorant incommoda, ut eis
„ juxta cor nostrum divina suffragante clementia nunc per debitæ
„ provisionis officium, nunc vero per ministerium translationis
„ accommode singulis Ecclesiis Pastores præficiantur ydonei, per
„ quorum prudentiam & doctrinam Ecclesiæ ipsæ salubriter & uti-
„ liter gubernentur, & in statu prospero floreant & accrescant.
„ Nuper siquidem Ecclesia Trajectensi ex eo vacante, quod nos
„ venerabilem fratrem nostrum Iohannem Leodiensem, tunc Tra-
„ jectensem Episcopum, licet absentem, & vinculo, quo Eccle-
„ siæ Trajectensi, cui tunc præerat, tenebatur, de fratrum nostro-
„ rum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes ip-
„ sum ad Ecclesiam Leodiensem tunc vacantem auctoritate Apostolica duximus transferendum, præficientes ipsum eidem Leodiensi
„ Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem, Nos attendentes, quod
„ nullus præter nos de provisione ipsius Ecclesiæ Trajectensis se
„ ea vice intromittere potuit, neque potest, pro eo, quod nos
„ diu ante vacationem hujusmodi provisiones omnium Ecclesiarum
„ Cathedralium extunc in posterum vacaturarum per translationes
„ per nos faciendas de Prælatis earum ubilibet constitutis ad alias
„ Ecclesias Cathedrales tunc vacantes & in antea vacaturas ordi-
„ nationi ac dispositioni nostræ reservantes decrevimus ex tunc ir-
„ ritum & innane, si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac ad pro-
„ visionem ipsius Ecclesiæ velocem & felicem, ne longæ vaca-
„ tionis exponeretur incommodis, paternis & sollicitis studiis in-
„ tendentes, post deliberationem, quam de præficiendo eidem
„ Ecclesiæ Trajectensi personam utilem & etiam fructuosam cum
„ dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad te Episcopum
„ Monasterienſem consideratis grandium virtutum meritis, quibus
„ personam tuam Dominus earum largitor multipliciter insignivit,
„ & quidem tu qui regimini Monasterienſis Ecclesiæ hactenus lau-
„ dabiliter præfuisti, dictam Trajectensem Ecclesiam scies & po-
„ toris auctore Dno salubriter regere & utiliter gubernare, direxi-

Digitized by Google

ctenſi XI. millia hominum. Anno Domini CIↃ. CCC. LXXI. in profeſto *S. Iohannis* obiit Epiſcopus *Trajecti* ſubito, ſic quod non

„ mus intuitum noſtræ mentis, Intendentes igitur tam eidem Tra-
„ jectenſi Eccleſiæ quam ejus gregi Dominico ſalubriter provide-
„ re, te à vinculo, quo ipſi Monaſterienſi Eccleſiæ, cui tunc
„ præeras, tenebaris, de dictorum fratrum conſilio & poteſtatis
„ prædictæ plenitudine abſolventes, ad præfatam Trajectenſem
„ Eccleſiam transférimus, teque illi præficimus in Epiſcopum &
„ Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Trajecten-
„ ſis tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo,
„ liberamque tibi dando licentiam ad dictam Eccleſiam tranſ-
„ eundi in illo, qui dat gratias & largitur præmia, confiden-
„ tes, quod eadem Trajectenſis Eccleſia ſub tuo felici regi-
„ mine, gratia tibi aſſiſtente divina proſpere dirigetur, & ſalubria
„ dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ
„ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad præfatam Tra-
„ jectenſem Eccleſiam cum gratia noſtræ benedictionis accedens
„ ejuſdem Trajectenſis Eccleſiæ ſic ſollicitam curam geras, gre-
„ gem Dominicum in illa tibi commiſſum doctrina verbi & operis
„ informando, quod Trajectenſis Eccleſiæ gubernatori circum-
„ ſpecto & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ
„ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur,
„ teque præter æternæ retributionis præmium noſtræ benevolen-
„ tiæ gratiam exinde ulterius valeas promereri. Datum Avinione
„ octavo Kl. Maji. Pontificatus noſtri anno ſecundo. „ *Item alia*: „
„ Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Capitulo
„ Eccleſiæ Trajectenſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem.
„ Providentia Regis æterni, cujus inſcrutabili altitudine in Regno
„ mundi ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ſummæ dignitatis faſ-
„ tigio licet immeriti præſidentes, ad univerſas orbis Eccleſias
„ aciem noſtræ conſiderationis extendimus, & pro earum ſtatu
„ feliciter dirigendo Apoſtolici favoris auxilium adhibemus, de
„ illis vero propenſius cogitare nos convenit, quæ viduitatis de-
„ plorant incommoda, ut eis juxta cor noſtrum, divina ſuffra-
„ gante clementia, nunc per debitæ proviſionis officium, nunc
„ vero per miniſterium tranſlationis accommode ſingulis Eccleſiis
„ paſtores præficiantur ydonei, per quorum prudentiam & doctri-
„ nam Eccleſiæ ipſæ ſalubriter & utiliter gubernentur, & in ſtatu
„ proſpero floreant & accreſcant. Nuper ſiquidem noſtra Eccleſia
„ Trajectenſi ex eo vacante, quod nos venerabilem fratrem noſ-
„ trum *Iohannem* nunc Leodienſem tunc Trajectenſem Epiſcopum
„ licet abſentem à vinculo quo Eccleſiæ noſtræ prædictæ, cui tunc

„ præ-

Digitized by Google

non ſciebatur de ejus infirmitate, ita quod multi dicere volebant, quod fuit intoxicatus, & eſt ſepultus in ſummo. Anno Domini

„ præerat, tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ „ poteſtatis plenitudine abſolventes ipſum ad Eccleſiam Leodien- „ ſem tunc vacantem auctoritate Apoſtolica duximus transferen- „ dum, præficientes ipſum eidem Leodienſi Eccleſiæ in Epiſco- „ pum & Paſtorem, Nos attendentes quod nullus præter nos de „ proviſione ipſius Eccleſiæ Trajectenſis ſe ea vice intromittere „ potuerat, neque poterit; ex eo quod nos diu ante vacatio- „ nem hujusmodi proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium „ extunc in poſterum vacaturarum per tranſlationes per nos fa- „ ciendas de Prælatis earum ubilibet conſtitutis ad alias cathedra- „ les Eccleſias tunc vacantes, & in antea vacaturas, ordinationi & „ diſpoſitioni noſtræ reſervantes decrevimus extunc irritum & ina- „ ne, ſi ſecus ſuper his per quoſcunque quavis auctoritate ſcien- „ ter vel ignoranter contigerit attemptari, ac ad proviſionem ip- „ ſius Eccleſiæ Trajectenſis celerem & felicem, ne longæ vaca- „ tionis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis in- „ tendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Ec- „ cleſiæ Trajectenſi perſonam utilem & etiam fructuoſam cum „ dictis fratribus habuimus diligentem, demum ad venerabilem „ fratrem Iohannem Trajectenſem, tunc Monaſterienſem Epiſco- „ pum conſideratis grandium virtutum meritis, quibus perſonam „ ſuam Dns largitor earum multipliciter inſignivit, & quod ipſe „ qui regimini Monaſterienſis Eccleſiæ hactenus laudabiliter præ- „ fuit, dictam Trajectenſem Eccleſiam ſciat & poterit auctore Dno „ ſalubriter regere, & utiliter gubernare, direximus intuitum noſ- „ træ mentis. Intendentes igitur tam eidem Trajectenſi Eccleſiæ „ quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere, dictum Iohan- „ nem Epiſcopum à vinculo, quo ipſe Monaſterienſi Eccleſiæ, „ cui tunc præerat, tenebatur, de dictorum fratrum conſilio & „ poteſtatis prædictæ plenitudine abſolventes ipſum ad præfatam „ Trajectenſem Eccleſiam transferimus, ipſumque illi præficimus „ in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Ec- „ cleſiæ Trajectenſis ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie „ committendo, plenamque ſibi dando licentiam ad dictam Ec- „ cleſiam tranſeundi in illo, qui dat gratias & largitur præmia, „ confidentes, quod eadem Trajectenſis Eccleſia ſub ſuo felici re- „ gimine, gratia ſibi aſſiſtente divina proſpere dirigetur & ſalubria „ dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni veſtræ „ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Iohanni Epi- „ ſcopo tanquam Patri & Paſtori animarum veſtrarum humiliter „ attendentes, ac exhibentes ei obedientiam & reverentiam debi-

Digitized by Google

Domini CIↃ. CCC. LXXII. in nocte *S. Odulphi* fuit magnum incendium in Trajecto, ita quod CCCC. domus interierunt de incendio. *Arnol-*

„ tam & devotam ejus salubria monita & mandata suscipiatis de-
„ vote, & efficaciter adimplere curetis, Alioquin sententiam, quam
„ idem Iohannes rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & facie-
„ mus auctore Dno usque ad satisfactionem condignam inviolabi-
„ liter observari. Datum Avinione VIII. Kal. Maji Pontificatus
„ nostri anno secundo. Et ego Wilhelmus dictus Buer clericus
„ Trajectensis diœcesis publicus imperiali auctoritate Notarius, dum
„ præmissa omnia & singula superius per me posita & conscripta
„ agerentur & fierent, una cum Henrico Boening meo connota-
„ rio & testibus supra nominatis præsens interfui, ea vidi & au-
„ divi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo solito
„ & consueto signavi vocatus & rogatus & requisitus in testimo-
„ nium veritatis omnium præmissorum &c. „

Nequid autem, dum agerentur hæc, detrimenti caperet diœcesis per absentiam Postulati, interim eam rexit, & obtinuit cum imperio Vicarius generalis à clero ad id constitutus IV. Kal. Iul. pridie scilicet, quam exhibitæ Papales literæ in Capitulo, Henricus de Weyda. Cui quotquot magistratus dicto interim audientes, ut probant publica instrumenta, quæ desumpsi ex Archivis Ecclesiæ S. Mariæ.

„ In Dei nomine Amen. Anno natîvitatis ejusdem CIↃ. CCC. LXIV.
„ mensis Iulii die XXVIII. hora sexta, vel quasi, Pontificatus
„ Sanctissimi in Christo Patris, ac Domini nostri, Dn. *Urbani* di-
„ vina providentia Papæ quarti anno secundo, constitutis venera-
„ bilibus viris, Dominis Stephano de Everdingen Choriepiscopo
„ majoris, Richardo de Oy Sancti Petri, Iacobo de Alrehorst Sancti
„ Iohannis, & Henrico de Brandenburch Beatæ Mariæ Ecclesia-
„ rum Trajectensium Canonicis, per prælatos & Capitula Eccle-
„ siarum prædictarum ad infra scripta, ut asserebant, specialiter
„ deputatis, & propter ea in loco majoris Ecclesiæ Trajectensis
„ congregatis, dictusque Dn. Stephanus Choriepiscopus præfatus
„ habens & tenens in manibus suis quandam literam integram, sa-
„ nam, non abolitam, non abrasam, non cancellatam, sed pror-
„ sus omni vitio ac suspicione carentem, veris & integris dictarum
„ Ecclesiarum Trajectensium seu Capitulorum sigillis, prout prima
„ facie apparuit, sigillatam, cujus tenor infra describitur. Quam
„ quidem literam ibidem coram venerabili viro Dn. *Henrico de*
„ *Weyda* Decano Ecclesiæ Trajectensis & in præsentia nostrorum
„ Notariorum & testium infra scriptorum, ad hoc vocatorum &
„ rogatorum, suo & suorum Condeputatorum prædictorum nomi-

„ ne

Digitized by Google

Arnoldus filius Domini de Hoern fuit XLIX. Episcopus Trajectensis VII. annis. Post mortem *Iohannis* de *Verrenberch*

„ ne in medium produxit, ostendit, & præsentavit, cujus tenor „ talis est: Nos Prælati & Capitula Ecclesiarum Trajectensium ad „ universorum notitiam deduci volumus per præsentes: Cum sedes „ Episcopatus Trajectensis ejusque in spiritualibus & temporalibus „ regimen per translationem & ordinationem Sanctissimi in Christo „ Patris & Domini nostri, Dn. *Urbani* divina providentia Papæ „ quarti factas, reverendum in Christo Patrem ac Dominum nos„ trum Dn. *Iohannem de Arckel*, quondam Episcopum Trajectenn sem, prout ad notitiam nostram nuper devenit, ab Ecclesia Tra„ jectensi ad Ecclesiam Leodiensem transferendo, & ipsius Epis„ copatus Leodiensis pacificam possessionem, adeptionem, & as„ secutionem, vacare ad præsens dinoscatur, dictoque in spiritua„ libus & temporalibus regimini per civitatem & diœcesin Tra„ jectensem, ne desolata videatur, prout ad nos occasione vaca„ tionis hujusmodi de jure pertinet, sollicite ut tenemur intenden„ tes, hinc est, quod de discretione, fide, & justitia Venera„ bilis viri Dn. *Henrici de Weyda* Decani Trajectensis plenarie „ confidentes, ipsumque unanimiter & concorditer, vocatis ad hoc „ vocandis, omni via, jure, modo, & forma, quibus melius pos„ sumus ac debemus, nostro & Ecclesiarum nostrarum nomine „ facimus, constituimus, & ordinamus per civitatem & diœcesim „ Trajectensem Vicarium in spiritualibus & temporalibus genera„ lem, ipsique dicti Vicariatus officium in omnibus & per omnia „ specialiter & in solidum committendo, omnia, & singula, quæ „ ad ipsum officium præfatum pertinent, & hactenus pertinere con„ sueverunt, quovis modo per se, alium, seu alios fideliter geren„ di, faciendi, & exercendi, donec dictæ Sedi Trajectensi de „ Episcopo per nos recipiendo salubriter ac debite sit provisum, aut „ donec eundem à Vicariatus officio unanimiter duximus revocan„ dum, facimus potestatem, proviso etiam, quod in hujusmodi „ officio nihil in dictæ Sedis præjudicium quomodolibet valeat at„ temptari, & quod de emolumentis & proventibus dicti Episco„ patus Trajectensis perceptis per eundem & levatis computum „ facien & rationem, ratum, gratum, & firmum habemus, & per„ petuo habituri, quicquid tempore constitutionis & commissionis „ hujusmodi durante per Vicarium prædictum nomine & nostro & „ Ecclesiarum nostrarum licite factum, & tandem ab omni dampno „ & interesse, quod ipsum tempore hujusmodi occasione præmis„ sorum facere, & sustinere contigerit, relevare, & indemnem „ conservare promittimus sub obligatione omnium bonorum nos„ trorum & Ecclesiarum nostrarum prædictarum. In quorum om„ nium testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda.

Digitized by Google

„ Datum & actum ſub anno nativitatis Domini CIↃ. CCC. LXIV. die
„ viceſima ſecunda menſis Iunii. Virtute cujus literæ commiſſio-
„ nis ſupradictæ dictus Dominus Stephanus Choriepiſcopus ſuo &
„ ſuorum Condeputatorum prædictorum, ut præmittitur, nomine
„ prædicto, Dn. *Henrico* de *Weyda* Decano Trajectenſi præfato,
„ quatenus officii hujusmodi Vicariatus, prout in litera præſcripta
„ comprehenditur, & ſecundum omnem ſui formam, continen-
„ tiam, & tenorem nomine Prælatorum & Capitulorum Eccleſia-
„ rum Trajectenſium prædictarum onus in ſe aſſumere ſupplicavit.
„ Qui Dominus *Henricus* præfatus reſpondit, quod ad ſupplica-
„ tionem dictorum Deputatorum nomine Prælatorum & Capitulo-
„ rum Eccleſiarum Trajectenſium prædictarum hujuſmodi onus Vi-
„ cariatus in ſe aſſumeret, ope & auxilio Prælatorum & Capitu-
„ lorum Eccleſiarum Trajectenſium mediantibus in hujuſmodi Vi-
„ cariatus officio pro ſua poſſibilitate melius quod poterit facien-
„ do. Quibus omnibus ſic peractis ſtatim & in continenti prædic-
„ tus Dominus Decanus tanquam Vicarius in ſpiritualibus & tem-
„ poralibus generalis per civitatem & diœceſim Trajectenſem per
„ Prælatos & Capitula Eccleſiarum Trajectenſium prædictarum de-
„ putatus ad ſe vocari præcepit Dominum Gerardum Vrencke Ca-
„ nonicum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Trajectenſis, Reddituarium Re-
„ verendi Patris ac Domini, Dn. *Iohannis* de *Arckel*, quondam
„ Epiſcopi Trajectenſis, nunc vero Leodienſis. Quo Dn. *Gerardo*
„ coram dicto Domino Decano Vicario generali præfato compa-
„ rente dictus Dn. Decanus Vicarius prænominatus inquiſivit ab
„ eodem, quo titulo, & qua auctoritate ſeu nomine officium Red-
„ dituariatus hujuſmodi gereret. Qui reſpondit, quod nomine
„ Epiſcopi, quondam Trajectenſis, & nunc Leodienſis. Quo reſ-
„ ponſo præfatus Dn. *Henricus* Decanus tanquam Vicarius, ut
„ præmittitur, in ſpiritualibus & temporalibus inhibuit eidem Dn.
„ *Gerardo*, ne de cetero ſe de hujuſmodi officio nomine Domini
„ Epiſcopi prænominati quovis modo intromitteret. Quo facto
„ dictus Dominus Decanus & Vicarius eidem Dn. *Gerardo* com-
„ miſit, quatenus ſe nomine ſuo de hujusmodi officio intromitte-
„ ret, & hujuſmodi officium fideliter exerceret & gereret. Qui
„ Dn. *Gerardus* hujuſmodi onus officii ſibi aſſumpſit, & ſe de man-
„ dato dicti Domini Decani & Vicarii gerere, & tempore debito
„ de perceptis reditibus & proventibus dicti officii & levatis per
„ ipſum Domino noſtro Epiſcopo Trajectenſi futuro computum
„ facere & reddere promiſit rationem. Deinde & non longo in-
„ tervallo interveniente præfatus D. Henricus Decanus tanquam
„ Vicarius, ut præmittitur, generalis ad ſe vocari præcepit Dn.
„ *Laurentium Maeslanck* Audientiarium in Conſiſtorio Curiæ Tra-
„ jectenſis à Domino & Reverendo patre Dn. *Iohanne* de *Arckel*
„ quondam

Digitized by Google

„ quondam Epiſcopo Trajectenſi, prout idem Laurentius aſſeruit,
„ deputatum, ac idem Dn. *Henricus* Decanus Vicarius præfatus
„ inhibuit eidem Laurentio, ne amodo ſe de hujusmodi officio no-
„ mine cujusvis quovis modo intromitteret, & præcepit ei ſub pœna
„ excommunicationis, quod omnia regiſtra, claves, & ea quæ ad offi-
„ cium ſuum, quo uſus fuerat, pertinebant, integre & ſine dilatione
„ ibidem præſentaret. Qui Laurentius accepto ſpatio abeundi in Con-
„ ſiſtorium Curiæ Trajectenſis, & denuo poſt modicam horam rever-
„ ſus claves ad conſiſtorium & ad dictum officium pertinentes, prout
„ aſſeruit, præfato Dn. Decano, Vicario prædicto, poſtmodum
„ præſentavit. Poſt quæ & in continenti idem Dominus *Henricus*
„ Decanus, Vicarius generalis præfatus, diſcretum virum *Petrum*
„ uten *Leen* civem Trajectenſem Theolonarium à dicto Reverendo
„ Patre Dn. *Iohanne* de *Arckel* quondam Epiſcopo Trajectenſi præ-
„ dicto ad ſe ſimiliter vocari mandavit. Quo comparente præfa-
„ tus Vicarius eidem *Petro* inhibuit, ne de cetero ſe theoloneo
„ nomine Domini Epiſcopi prænominati quovis modo intromitte-
„ ret, ſed commiſit eidem ſupplicando hujuſmodi officium nomine
„ ſui Vicariatus gerere, & ſe de eodem intromittere, & ſibi tan-
„ quam Vicario generali, ut præmittitur, deputato de proventibus
„ & levatis redditibus dicti officii ad opus Domini noſtri Epiſcopi
„ Trajectenſis futuri computum facere & rationem. Qui Petrus
„ omnia ſibi per commiſſionem dicti Domini Vicarii commiſſa fi-
„ deliter adimplere promiſit. Super quibus omnibus & ſingulis præ-
„ fati Domini Deputati nomine Eccleſiarum ſuarum petierunt à
„ nobis Notariis publicis conjunctim ſeu diviſim fieri publicum ſeu
„ publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in loco
„ Capitulari majoris Eccleſiæ Trajectenſis ſupradictæ, anno, men-
„ ſe, die, hora, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem
„ diſcretis viris, Dominis *Huberto* de *Zande*, *Theodorico* de *Hoeſden*,
„ & *Arnoldo Mediaen*, perpetuis Vicariis majoris Eccleſiæ ſupra-
„ dictæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Sic
„ ſubſcriptum &c. „

„ In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem CIↃ. CCC. LXIV.
„ indictione ſecundum ſtilum & conſuetudinem civitatis & diœceſis
„ Trajectenſis, menſis Junii die ultima, hora Completorii vel quaſi,
„ Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Dn.
„ *Urbani* divina providentia Papæ quarti anno ſecundo, venera-
„ bili viro D. *Henrico* de *Weyda*, Decano Eccleſiæ Trajectenſis,
„ Vicario generali per Prælatos & Capitula Eccleſiarum Trajecten-
„ ſium, ſede Epiſcopatus Trajectenſis vacante, ſpecialiter deputa-
„ to, prout michi Notario publico infra ſcripto de hujuſmodi Com-
„ miſſione ſeu Vicariatus mandato plenarie & ſufficienter conſta-
„ bat ex una, & Wernero de Drakenburch, cive Trajectenſi,

„ † Judice

Digitized by Google

† i. e. Prætore seu Sculteto.

„ † Judice temporali in civitate Trajectenſi alias per Reverendum in
„ Chriſto Patrem & Dominum Dn. *Iohannem* de *Arckel* quondam Epiſ-
„ copum Trajectenſem, nunc vero Leodienſem, prout idem *Wer-*
„ *nerus* aſſeruit, conſtituto, parte ex altera, idem Dn. *Henricus*
„ de *Weyda* Decanus, & Vicarius generalis præfatus in mei No-
„ tarii publici & teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum &
„ rogatorum præſentia dictum Wernerum de Drakenburch judi-
„ cem prædictum alloquendo aſſeruit ſe Vicarium in ſpiritualibus
„ & temporalibus generalem per Prælatos & Capitula dictarum Eccle-
„ ſiarum Trajectenſium conſtitutum ſeu deputatum ex eo quod
„ Sedes Epiſcopatus Trajectenſis per tranſlationem prædictam per
„ Dominum noſtrum Papam factam, dictum Reverendum Patrem
„ Dominum *Iohannem* de *Arckel* quondam Epiſcopum Trajectenſem
„ ab Eccleſia & Epiſcopatu Trajectenſi ad Eccleſiam & Epiſcopatum
„ Leodienſem transferendo, vacaret, propter quod idem Dn.
„ *Henricus* Decanus tanquam Vicarius in ſpiritualibus & tempo-
„ ralibus, ut præmittitur, generalis inhibuit eidem *Wernero* de
„ *Drakenburch*, ne de cetero ſe de hujusmodi officio nomine
„ Domini Epiſcopi prænominati intromitteret, ut in continenti
„ dictus Dominus *Henricus* Decanus & Vicarius præfatus ſuppli-
„ cando comminſit eidem Wernero, ut hujuſmodi officium nomi-
„ ne ſui Vicariatus & Eccleſiarum Trajectenſium in antea gereret
„ & exerceret, & ſe de eodem intromitteret, & de proventibus
„ perceptis per eundem Wernerum & levatis, dicti hujusmodi
„ officii ſibi tanquam Vicario, ut præmittitur, deputatio ad uſum
„ & opus futuri Epiſcopi Trajectenſis computum faceret & ra-
„ tionem. Quo facto ſæpe dictus Wernerus hujuſmodi officium
„ gerendum & exercendum per Commiſſionem & ad ſupplicatio-
„ nem dicti Dn. *Henrici* Decani & Vicarii generalis prænominati-
„ onus in ſe aſſumpſit, & commiſſa ſibi per ſæpe dictum Vica-
„ rium ad inſtantiam ipſius & Eccleſiarum Trajectenſium prædicta-
„ rum & earum nomine promiſit fideliter adimplere. Super qui-
„ bus omnibus & ſingulis præmiſſis præfatus Dn. *Henricus* de *Wey-*
„ *da* Decanus Trajectenſis & Vicarius, ut præmittitur, generalis
„ petiit à me Notario publico infra ſcripto fieri unum vel plura,
„ quotquot forent neceſſaria, publica inſtrumenta. Acta ſunt hæc
„ in Eccleſia Trajectenſi prædicta, ſub anno, indictione, menſe,
„ die, hora, & Pontificatu prædictis, præſentibus ibidem venera-
„ bilibus viris & diſcretis Dominis Stephano de Everdingen Cho-
„ riepiſcopo Trajectenſi, *Pelegrino* de *Reno* Sancti Petri Trajectenſium
„ Eccleſiarum Canonicis, & *Theodrico* de *Boele* cive Trajectenſi,
„ teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Hen-
„ ricus Boening clericus Trajectenſis diœceſis publicus Imperiali
„ auctoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis per me ſupe-
„ rius poſitis & conſcriptis, dum ſic agerentur & fierent, una
cum

Digitized by Google

„ cum prænominatis teſtibus præſens interfui, ea vidi & audivi,
„ & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito ſigna-
„ vi vocatus & requiſitus in teſtimonium veritatis præmiſſorum.

Abiit rurſum magiſtratu hic, poſtquam qui erat abſens præſentem ſe ſtitiſſet, & præſens in verba cleri præſtitiſſet juramentum libello hoc comprehenſum. „ In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem „ CIↃ. CCC. ſexageſimo quinto, indictione ſecunda, menſis Sep-„ tembris die octava, hora ſexta vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi „ in Chriſto Patris & Domini noſtri *Urbani* divina providentia „ Papæ quinti anno ſecundo, conſtituto perſonaliter in loco Ca-„ pitulari Eccleſiæ Trajectenſis Reverendo in Chriſto Patre & Do-„ mino Iohanne de Vernenburch Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia „ Epiſcopo Trajectenſi in venerabilium virorum Dominorum Swe-„ deri uter Loe Præpoſiti & Archidiaconi, Henrici de Weyda „ Decani, Stephani de Everdingen Choriepiſcopi, Frederici de „ Doesborch, Philippi de Graenevelt, Michaelis Moljaert, & „ Theodrici de Jutfaes, Henri Vuſtink, Gerardi Roede, Gerardi „ Foeck ſenioris, Gisberti de Walenburch, Gisberti de Renen, „ Hugonis Vuſtinck, Gerardi Foec junioris, Iohannis Steyn, „ & Nicolai de Patella Trajectenſis, Iohannis Grawert, Iohan-„ nis uten Leen, Wilhelmi Cardinael, Gerardi Naeldekin, Gis-„ berti de Walenburch, Ottonis de Ommeren, & Richardi de „ Oy Sancti Salvatoris, Pelegrini de Reno, Rodolphi de Dotin-„ chem, Gerardi de Baeck, Walteri Snoye, Johannis de Steen, „ Tydemanni Parvi, & Iohannis de Weſtrenen Sancti Petri, Ma-„ giſtri Petri van den Velde Præpoſiti, Theodorici de Gaſparde, „ Heſſeli Heyengh, Joannis Scaep, Huberti Foeck, Jacobi „ de Alrehorſt, Frederici de Maerne, & Johannis de Sande Sancti „ Johannis, Henrici de Brandenburch, Gerardi Cramer, Johannis „ de Nywenair, Olbrandi de Alemaria, Gerardi de Hezeler, & „ Johannis Tengnagel, Beatæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium „ Canonicorum, in dicto loco Capitulari Eccleſiæ Trajectenſis „ prædictæ congregatorum, noſtrorum Notariorum publicorum „ & teſtium infra ſcriptorum præſentia præfatus Reverendus in „ Chriſto pater ac Dominus, Dns *Johannes* Epiſcopus Trajectenſis „ prædictus habens ac tenens in manibus ſuis quendam librum ei-„ dem Dno Epiſcopo per Venerabilem virum D. *Henricum* de *Wey-*„ *da* Decanum Trajectenſem prædictum & coram eodem Dno Epiſ-„ copo exhibitum & præſentatum, in quo quidem libro juramen-„ tum Epiſcoporum Trajectenſium, qui pro tempore fuerunt, & „ per eos præſtari ſolitum in prima eorum ad Epiſcopalem digni-„ tatem receptione, prout aſſerebant, erat deſcriptum, idemque „ Reverendus Pater D. Epiſcopus Trajectenſis prædictus tactis per „ eundem ſacroſanctis Evangeliis ſub hac verborum forma, quæ „ ſequitur, conſuetum & ſolitum præſtitit juramentum: „ Jura Ec-

Digitized by Google

berch (1) quidam elegerunt *Suederum* de *Lo* Præpoſitum in ſummo, qui quaſi fuit ſecularis homo, quia non ſcivit cantare nec legere.

„ cleſiæ mea conſervabo illibata, libertatem electionis habitam & ob-
„ ſervatam per diœceſim Trajectenſem nunquam infringam, nec in-
„ fringi permittam, nulla importuna petitione Eccleſias gravabo vel
„ gravari permittam: res Eccleſiæ & quaſcunque poſſeſſiones à præ-
„ deceſſoribus meis ad me devolutas nullatenus alienabo ſine commu-
„ ni & expreſſo conſenſu Priorum & cleri, nulla bella movebo ſine
„ conſilio Priorum & cleri, nulli petenti promittam vel jurabo ei auxi-
„ lio aſſiſtere contra aliquem hominem vel miniſterialem Eccleſiæ,
„ quamdiu parere voluerit juri vel conſilio Priorum & cleri. Et hæc
„ fideliter & firmiter obſervabo. Sic me Deus adjuvet & omnes
„ Sancti fideſque Sanctorum Evangeliorum. Super quibus omnibus
„ & ſingulis præmiſſis præfatus Dns *Henricus* de *Weyda* Decanus
„ Trajectenſis petiit à nobis Notariis publicis infra ſcriptis publi-
„ cum fieri inſtrumentum. Acta ſunt hæc in loco Capitulari Ec-
„ cleſiæ Trajectenſis prædicto, ſub anno, indictione, menſe, die,
„ hora, & Pontificatu prædictis, præſentibus ibidem Reverendis
„ in Chriſto Patribus ac Dominis Dnis *Balthero* Dei gratia Tripo-
„ lenſi ac *Waltero* eadem gratia Thaborenſi Epiſcopis, religioſis-
„ que viris ac venerabilibus Dnis *Iohanne* de *Oey* Sancti *Pauli*
„ Trajectenſis ac *Iacobo Soudenbalch* Sancti Laurentii de Oeſtbroeck
„ prope civitatem Trajectenſem ordinis Sancti Benedicti monaſte-
„ riorum Abbatibus, nec non honorabilibus viris & diſcretis Dnis
„ Domicello *Adulpho* de *Vyrnenburch* fratre carnali ipſius Dni Epiſ-
„ copi Trajectenſis prædicti, *Iohanne Paell* Colonienſis Eccleſiæ
„ Canonico, Wilhelmo dicto Buer presbytero & Gerardo Borch-
„ grevinck clerico Trajectenſis diœceſis, Notariis publicis,
„ teſtibus ad præmiſſa vocatis, & quam pluribus militaribus
„ & miniſterialibus dictæ diœceſis ac aliis in dicto loco Capi-
„ tulari circumſtantibus fide dignis. Et ego Henricus Boe-
„ ningh &c. „

(1) Non Ordines imponebant, ſed clerus Principem diœceſi. Et ne clerus quidem totus, ſed potiſſima tantum ejus pars, quam conſtituebant Canonici. Horum quinque collegia, quæ & vulgo Capitula, quod laudabili olim more, pruisquam ſerii quicquam orſi, lectum prius ex ſacris literis in conſeſſu capitulum, aut ſi non ex ſacris literis lectum ex Regula, ex Statutis Eccleſiæ, ut oſtendit libellus ſupplex à Fuldenſibus olim monachis oblatus apud Brouwerum *lib.* 3. *antiq. Fuldenſ. cap.* 12. *Quam mane*, inquiunt, *quando in unum convenimus, & capitulum de Regula coram fratribus legebatur, exurgentes poſt lectionem, ter verſum, Deus in adju-*

Digitized by Google

gere. Et quidam de Capitulo noluerunt habere. Quod audiens *Urbanus* Papa v. quod fuerunt diſcordes tunc dedit Epiſcopatum nobili

adjutorium noſtrum intende, adjuncto Gloria Patri cantantes, flexis genibus Pſal. VII. *cecinimus &c.* Quinque erant collegia, quinque etiam Eccleſiæ, quas obtinebant collegia hæc. Prima S. Martini, quæ & *major* abſolute, & *Eccleſia Trajectenſis*, & cujus in electionibus præcipuum quoddam jus. De quo tamen cum ceteris quæſtio ipſi perpetua. Ioannes van Vernenburch cum vita conceſſiſſet, & *major* ceteris invitis præfeciſſet diœceſi Vicarium generalem Suederum uter Loo, majoris Præpoſitum, non tulerunt rem cetera, contra acriter proteſtata. Et tantum valuit proteſtatio, ut & major, quod ſic factum, mox irritum pronunciarit, & is, qui ſic datus abdicarit ſe ultro. Quod cum factum, dein duo, alter in ſpiritualibus, alter in temporalibus, conſtituti Vicarii. Videbatur conſtitutio hæc facta concorditer. Sed poſtridie cum rurſum conveniſſent Capitula, majori reliqua oppoſuerunt ſe, vim & metum objicientia, quo pridie afferebant ſe ad aſſentiendum adacta. Prorſus præter opinionem cum majori id accidiſſet, non ferendam amplius rem rati, decreto inter ſe facto multum queſti de injuriis, & contra proteſtati ſeceſſerunt Daventriam. Diem reliqua interim dicunt ad Epiſcopi electionem, citata etiam majori, ut electioni interſit. Dies poſtquam veniſſet, ultima ſcilicet Iunii, Epiſcopum ſtatim dicunt, poſtquam paulum collocuti, Arnoldum Dominum de Hoern. Poſtridie major, quæ Daventriæ erat, viciſſim reliquis diem dixit, IX. nimirum Iulii, qua Epiſcopum etiam dixit Suederum uter Loo, majoris Præpoſitum. Verum irrita hæc electio priorem Papa approbante. Longa eſt hiſtoria, ſed integram eam habent publica aliquot inſtrumenta quæ operæ pretium erat addi hic, ſed ne longior ſim, quam oportet, addam tantum quod ſequitur, præmiſſo interim, quod habet paucis Magnum Chronicon Belgicum ad Ann. 1371 *Sepulto Ioanne Pontifice cum Prælati & Canonici Eccleſiarum Trajectenſium in Capitulo congregati, tam pro conſtitutione Vicarii & Mamburni, quam pro electione futuri Pontificis tractarent, quidam, quibus pro voto res non ſuccedebat, vitæ periculum prætenderunt, & à civitate Trajectenſi Amersfordiam & ad alia diverſa loca diſceſſerunt, aliis tamen Canonicis metum non prætendentibus, & in civitate † non manentibus. Poſt hæc citatio valvis Eccleſiæ Trajectenſis affixa fuit ſigillo ſignata Eccleſia Trajectenſis, quod dicti Canonici ſecum aſportarant, cum à civitate diſcederent. In qua quidem citatione Prælati & Canonici Eccleſiarum vocati fuerunt. Daventriam Trajectenſis diœceſis ad diem nonam menſis Iulii ad electionem futuri Pontificis celebrandum. In qua quidem die Zuederus Archidiaconus cum dictis Canonicis Trajectenſibus metum prætendentibus, & nonnullis aliis aliarum Eccleſiarum Trajectenſium*

† Non haud dubie hic abundat.

† Vid. Magn. Chron. Belg. ad Ann. 1371.

nobili viro *Arnoldo* de *Hoorn*, qui tunc temporis † in Curia fuit. Qui cum sic muneratus fuisset ab Apostolico, festinavit ad

tensium comparuit; ubi missam de S. Spiritu in Ecclesia Sancti Lebuini Daventriæ celebrantes concorditer per viam S. Spiritus dictum Archidiaconum elegerunt, videlicet Zuederum Uterloe, nepotem Dn. Giselberti de Viana, virum omnino Secularem & inhabilem. Publicum instrumentum, quod dixi, se habet ita:

„ In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo „ trecentesimo septuagesimo primo, indictione nona secundum „ stilum, usum, & consuetudinem civitatis & diœcesis Trajectensis „ mensis Iunii die vicesima sexta, hora nona vel quasi, in Vene- „ rabilium virorum Dnorum Swederi uter Loe Præpositi & Ar- „ chidiaconi Trajectensis, Stephani de Everdingen, Hesseli „ Heyinck, Gerardi de Baeck, Michaelis Moljaert, Hermanni „ Cremme, Tydemanni Parvi, Giselberti de Broeckhusen, Gerar- „ di Vrencke, Iacobi de Alrehorst, Iohannis Albi, Iohannis Bor „ de Amerongen, Tyasonis van Orten, Theodrici de Bair, Ru- „ dolphi uten Corenmerkt, Wilhelmi de Maerne, Everardi Foeck, „ Riquini Foeck alias Oppenoerde, Gerardi Bierwisch, Henrici „ de Creyenscote, Ottonis de Oemeren, Iacobi de Velde, Ri- „ chardi de Oy, Iordani de Ryt, Erponis de Cranen, Theodrici „ de Gasparde, Iohannis uten Leen, Walberti ne Lochem, Ol- „ brandi de Alcmaria, Gerardi Rode, Hermanni de Enteren, „ Giselbertii de Walenborch senioris, Giselberti de Renen, Gis- „ berti Foeck, Huberti Wyse, Nicolai de Maerssen, Wilhelmi „ Buser, Iohannis de Tuul, Giselberti de Walenborch junioris, „ Simpardi de Birgarden alias de Erkeler, Gerardi Naeldekyn, „ Iohannis de Compostelle, Iohannis de Sloen, Wilhelmi Tam, „ Iohannis de Westrenen, Iohannis de Sande, Frederici Velt- „ man, Allardi de Cloetingen, Theodrici de Campen, Wilhelmi „ de Riebeeck, Arnoldi Vos, Iacobi Braem, Macharii Nychman, „ Gerardi Foeck, Iohannis de Aernhem, Henrici de Beesde, Ri- „ coldi de Haeften, Wilhelmi Musche, Goistredi dicti Smael- „ broeck, & Wilhelmi de Cleve Canonicis majoris, Sancti Salva- „ toris, Sancti Iohannis, & Sanctæ Mariæ Ecclesiarum Trajecten- „ sium in loco Capitulari Ecclesiæ Trajectensis Capitulariter con- „ gregatorum, meique Notarii publici & testium infra scriptorum „ ad hoc vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti „ probi & honesti viri, Hermannus de Lochorst & Wilhelmus de „ Angeren Burgimagistri, nec non Scabini, nonnullique alii Oc- „ dermanni ac Consules, Universitatis civitatis Trajectensis, cum „ plerisque aliis civibus & incolis ejusdem civitatis in multitudine „ copiosa ibidem congregatis, iidem constituti per os *Hermanni* de

„ *Lochorst*

Digitized by Google

ad ſuam Eccleſiam, & feſtine ſatis venit Trajectum, & ſuſceptus eſt anno CIↃ. CCC. LXXI. Item anno Domini CIↃ. CCC. & LXXVIII. primo

„ *Locborſt* proruperunt in hæc verba, vel in verba conſimilia, eandem vim habentia & intellectum, præfatos Dnos Prælatos & „ Canonicos prædictos ſic Capitulariter, ut præmiſſum eſt, congregatos, alloquendo, dicendo, & ſupplicando: *Venerabiles viri Dni Prælati aliique Canonici Eccleſiarum Trajectenſium, quemadmodum, prob dolor! vobis conſtat, Dns noſter Iohannes de Virneburch Epiſcopus Trajectenſis ab hac luce migravit (ſperamus ad Dominum) unde civitati præſenti, totique diœceſi ejusque ſingularibus Eccleſiaſticis perſonis, nobilibus, communitatibus, & hominibus ejuſdem diœceſis plurima jam inſtiterunt & inſtant pericula, & formidamus majora eventura, ſic quod regimine bono omnes & ſinguli prædicti indigent auxilio Chriſti juvante. Quapropter vobis & cuilibet veſtrum affectuoſe rogamus & ſupplicamus, ac attentius exhortamur, & requirimus diligenter, prout hoc ad vos communiter pertinet, quatenus intuitu Dei & præmiſſorum concordare & convenire dignemini, & velitis in certum ydoneum Vicarium, terræ præſentis atque diœceſis gubernatorem, prout in talibus hactenus fieri eſt conſuetum, qui quousque Deus nobis proviserit de Paſtore Epiſcopo Trajectenſi, dictas terram atque diœceſim & populum in ea conſtitutum regat, gubernet, & defendat, & jura ipſarum tueatur.* Quibus & aliis ſic peractis, dictis, & ſupplicatis diſcretus Dns Michael Moljaert Canonicus Trajectenſis præfatus vice & nomine Capituli ſui majoris Trajectenſis exſurgens, & in medio ſtans Canonicorum prædictorum, præſente *Hermanno* de *Locborſt*, reſpondit in hunc modum vel in modum conſimilem eundem ſenſum inferentem: *Domini mei & ego Canonici Trajectenſes hodie in unum eramus congregati, & eligebamus virum ydoneum ac honeſtum utpote Dnm Swederum uter Loe Præpoſitum & Archidiaconum Trajectenſem hic præſentem & conſidentem, qui ut ſperamus diœceſim noſtram proſpere ac ſufficienter reget & gubernabit.* Et his dictis atque reſponſis mox & in continenti vir diſcretus Dns *Richardus* de Oy Canonicus Sancti Salvatoris Trajectenſis præfatus ibidem ſedens ſurrexit, & conquerendo expoſuit omnibus hinc inde congregatis Prælatis & Canonicis volentibus, conſentientibus, & approbantibus, perſonis dictæ majoris Eccleſiæ exceptis: *Honeſti probique viri Deo conquerendo & vobis monſtramus, quod hæc, quæ per os Dni Michaelis explicantur, & per Capitulum Eccleſiæ majoris Trajectenſis jactantur fuiſſe & eſſe hodie facta. Si quæ facta ſint, extiterint illa facta ſunt de facto duntaxat, & non de conſuetudine laudabili, præſcripta, & in talibus hactenus obſervata pacifice*

Digitized by Google

primo die Iulii quievit *Iohannes* de *Arkel* in *Leodio*, & fuit deportatus *Trajectum*, ubi quondam fuit Epiſcopus, & ſepultus eſt

„ *ciſice & quiete, & in contemptum ſingularum Eccleſiarum Sancti*
„ *Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Iohannis, & Sanctæ Mariæ Trajec-*
„ *tenſium prædictarum, & ſingularum perſonarum, Prælatorum &*
„ *Canonicorum earundem. Unde proteſtamur ego ſingularesque per-*
„ *ſonæ earundem Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Ioban-*
„ *nis; & Sanctæ Mariæ Eccleſiarum nominibus noſtris & ipſa-*
„ *rum noſtrarum Eccleſiarum de gravamine, & de injuria, ac præjudicio*
„ *nobis eiſdemque Eccleſiis noſtris per præmiſſa illatis, quodque electio*
„ *prætenſa, ſi quæ facta extiterit, de noſtro conſenſu aut aſſenſu mini-*
„ *me proceſſit, ſed neque procedit, maxime cum dicta Eccleſia major*
„ *per ſe non, ſed quinque Eccleſiæ per me expreſſæ unum Capitulum,*
„ *ſaltem quoad præmiſſa peragenda, & fienda, & plurima alia ardua*
„ *negotia, pariter & ſimul repræſentent, & quod Capitulum pro hujuſ-*
„ *modi electione facienda, ſeu ſaltem ejus occaſione, non ſolum pro Præ-*
„ *latis & Canonicis dictæ majoris Eccleſiæ, ſed pro ſimul iisdem quin-*
„ *que Eccleſiis, fuerit conſuete indictum. Unde ſiquid occaſione præ-*
„ *miſſorum per dictos dictæ majoris Eccleſiæ Prælatos & Canonicos fuerit*
„ *erga ea attemptatum, illa pro non factis haberi volumus & proteſta-*
„ *mur, ſaltem quousque conſuete communi Capitulo quinque dictarum*
„ *Eccleſiarum ipſa vel alia circa ea peragantur, quæque ipſi ipſius ma-*
„ *joris Eccleſiæ Prælati & Canonici facere debebant, ac feciſſe præmiſſa,*
„ *quæ ſe feciſſe hic jactant, non debuiſſent, neque debuerunt, omnibus*
„ *hic præſentibus liquido conſtat. Et ecce inter cetera literas omni*
„ *vitio carentes non ſolum quatuor Eccleſiarum prædictarum, ſed*
„ *& ejuſdem majoris Eccleſiæ ſigillis, quas hic exhibio & oſten-*
„ *do, ſigillatas, quæ contrarium per eosdem attemptatum clare*
„ *manifeſtant* His vero peractis easdem literas, quarum tenor
„ inferius deſcribitur, me Notarium publicum infra ſcriptum præ-
„ fatus Dns Richardus atque alii nonnulli Canonici dictarum qua-
„ tuor Eccleſiarum legi fecerunt de verbo ad verbum ac recitari.
„ In quibus inter cetera continebatur, quod mortuo bonæ me-
„ moriæ Reverendo in Chriſto Patre ac Dno. D. *Guidone* de *Han-*
„ *nonia*, Epiſcopo tunc Trajectenſi, univerſi & ſinguli Canonici
„ dictarum quinque Eccleſiarum ſimul venerabiles viros Dnos *Ge-*
„ *rardum* Præpoſitum Daventrienſem, *Hermannum* de *Voorſt*, nec
„ non *Swederum* Dnm de *Abcoude* diœceſis Trajectenſis gubernato-
„ res unanimiter elegerunt. Quæ quidem literæ tales, quales idem
„ Dns *Richardus* eas deſcribit, ut prima facie apparebat, ex-
„ titerunt. Deinde mox nullo intervallo præpediente iterum
„ præfatus *Hermannus* de *Locborſt*, nomine quo ſupra, omnes &
„ ſingulos Prælatos & Canonicos præfatos rogavit, modo præ-
„ miſſo

Digitized by Google

eſt in ſummo. Quo mortuo Leodienſe Capitulum deſideravit *Arnoldum* de *Hoern* Epiſcopum Trajectenſem in Epiſcopum *Leodienſem.*

„ miſſo ſupplicavit, ac requiſivit, & idem *Hermannus* una cum „ ſuis conſulibus & civibus prædictis à dicto Capitulo abiit & re- „ ceſſit. Habita igitur per præfatos Dominos *Swederum* uter *Loe* „ Præpoſitum & Archidiaconum, nec non Canonicis dictæ majoris „ Eccleſiæ ibidem, ut præmittitur, præſentes inter ſe & ſe ad „ partes trahentes deliberatione aliquali, & eiſdem ad Capitulum „ ibidem generale poſtquam ſic deliberati redeuntibus, idem Dns „ *Swederus* Præpoſitus & Archidiaconus præfatus dixit per modum „ infra ſcriptum, vel ſaltem eidem ſimilem, eoſdem ſenſus haben- „ tem & intellectus: *Dni Venerandi habita per nos & Capitulum „ noſtrum ſuper præmiſſis propoſitis veſtris deliberatione matura ad ro- „ gatum Conſulum & univerſitatis hic aſtantis ab electione in me facta „ ego Capitulumque meum prædictum deſiſtimus ad præſens ſalvo jure „ cujuſcunque.* Deinde ſtatim & in continenti vir diſcretus D. *Gi- „ ſelbertus* de *Broechuſen* Eccleſiæ Sancti Salvatoris prædictæ Ca- „ nonicus prædictus ſurrexit, & ait ſuo & aliorum Canonicorum „ ſuorum dictarum quatuor Eccleſiarum nomine præfatis Dnis Præ- „ poſito & Archidiacono atque Canonicis dictæ majoris Eccleſiæ „ Trajectenſis eos ſic alloquendo: *Certe Domini mei non ſic. Vos „ quidem ad rogatum nullius ab bis deſiſtere non debetis, ſed ſimpliciter univerſa circa bujuſmodi electionem attemptata per vos revocare, „ cum per vos ſine nobis hoc facere vel attemptare non poteratis, & „ revocatione bujuſmodi ſimpliciter facta ſimul quinque Eccleſiarum „ Prælati & Canonici tunc Vicarium in ſpiritualibus & temporalibus „ eligere & conſtituere debemus, & alia facere, quæ viduatæ Eccleſiæ „ noſtræ utilius videbuntur expedire, prout ſic in talibus eſt conſuetum, „ & ad nos communiter pertinet ex antiqua laudabili conſuetudine & „ obſervantia, de quibus contrarium in memoria hominum non exiſtit.* „ Ad quæ idem Dns Swederus Præpoſitus & Archidiaconus reſpon- „ dit. *Igitur ego & Canonici Capitulares mei electionem de me factam „ meo & ipſorum nomine ſimpliciter revoco & revocamus.* Qua qui- „ dem revocatione ſic facta idem Dns Præpoſitus & Archidiaconus „ ulterius loquendo dixit & interrogavit: *Modo Dni Venerandi, „ quid videtur vobis plus expedire, aut unum Vicarium in ſpiritualibus „ & temporalibus, aut duos, unum in ſpiritualibus & alium in tem- „ poralibus eligere debeamus?* Quibuſdam dicentibus, *Videamus igi- „ tur. quid plus expediat*, dixit Dns Swederus præfatus; *Videre meo „ plus expedit unum habere in ſpiritualibus & temporalibus quam divi- „ ſim.* Alii vero dicebant utpote plures ex eisdem plus duos ex- „ pedire. Deinde vero hinc inde interrogatione inter ceteros

„ Præ-

Digitized by Google

dienſem. Urbanus Papa VI. perfecit eorum voluntatem, & poſuit eum in *Leodio*, & Epiſcopum Monaſterienſem *Florentium* de

„ Prælatos & Canonicos prædictos quinque Eccleſiarum prædicta-
„ rum facta idem Dns Swederus dixit. *Pro parte mea ego volo eligi*
„ *unum & non duos*. Deinde Stephanus de Everdingen, Heſſelus
„ Heyinck, Theodricus Baer, Michael Moljaert, Hermannus
„ Cremme, Tydemannus Parvi, Gerardus Vrencke, Jacobus de
„ Alrehorſt, Gerardus de Baeck, Rudolphus uter Corenmerckt,
„ Fredericus de Maerne, Everardus Foeck, Riquinus Foeck alias
„ Oppenoerde, Baldewinus de Dalen, Nicolaus de Patella, Gis-
„ bertus Vuſtinck, Macharius Nychman, Wilhelmus Buſer, Jo-
„ hannes de Zande, Gerardus Naeldekyn, Theodricus de Gaſperde,
„ Hermannus de Enteren, Gisbertus de Walenborch ſenior,
„ Gisbertus de Renen, Giſelbertus Kock, Johannes de Sloen,
„ Gerardus Foec junior, Johannes de Weſtrenen ſimiliter eligi
„ voluerunt unum. Ceteri vero videlicet, Gisbertus de Broec-
„ huſen, Johannes Albus, Johannes de Amerongen, Arnoldus Vos,
„ Tyaſo ten Orten, Wilhelmus Cardinael, Otto de Oemeren,
„ Gerardus Bierwiſch, Jacobus de Velde, Richardus de Oy, Jor-
„ danus van der Ryt, Erpo de Bramen, Johannes de Tuul, Johan-
„ nes uten Leen, Wolbertus de Lochem, Wolbrandus de Alc-
„ maria, Gerardus Rode, Hubertus Wyſe, Wilhelmus Tam, Ni-
„ colaus de Meerſen, Bernardus de Lochem, Giſelbertus de Wa-
„ lenborch junior, Simpardus de Burgardis, Iohannes de Compo-
„ ſtella, Iohannes Tam, Alardus de Cloetingen, Fredericus Velt-
„ man, Theodricus de Campen, Wilhelmus de Riebeeck, &
„ Wilhelmus de Wyck, Canonici ſuperius nominati eligi volue-
„ runt duos, & ſic majori numero Canonicorum prædictorum de
„ eligendo duos hujuſmodi Vicarios extante, omnes & ſinguli
„ prædicti Prælati & Canonici tam de numero primo quam de ſe-
„ cundo in eligendo hujuſmodi duos concordaverunt. Deinde vero
„ habitis tractatibus ſuper eiſdem Vicariis ſic eligendis aliquamdiu
„ dicti Pralati & Canonici dictarum quinque Eccleſiarum ibidem
„ congregati de diverſis perſonis tam Eccleſiaſticis quam ſeculari-
„ bus ibidem nominatis & de earum ydoneitate pertractantes tan-
„ dem plurimis eorundem Prælatorum & Canonicorum venerabi-
„ lem virum Dnm *Gisbertum* dictum *Kock* Canonicum dictæ majo-
„ ris Eccleſiæ præfatum nominaverunt, & habere voluerunt in Vi-
„ carium in ſpiritualibus, aliqui vero ex eiſdem præfatum Dn.
„ *Swederum* Præpoſitum & Archidiaconum nominaverunt & habere
„ voluerunt expreſſe. Et demum aliquo intervallo elapſo in præ-
„ fatum Dnm *Gysbertum* pro Vicario in ſpiritualibus omnes & ſin-
„ guli

Digitized by Google

de *Wevelichoven* Epiſcopum Trajectenſem. Sed iſte *Arnoldus* cupiditate ductus ambiebat ambos Epiſcopatus poſſidere. Non liben-

„ guli prædicti, ſaltem pro majori numero eorundem, ceteris non
„ contradicentibus conſentierunt, ipſum in Vicarium in ſpirituali-
„ bus eligendo & nominando. Poſt quæ ſuper Mamburno ſeu Gu-
„ bernatore prædicto in temporalibus eligendo tractatus aliquos
„ habuerunt, nonnullas etiam perſonas ſeculares, utpote inter ce-
„ teros duos *Swederum* Dnm de *Gaesbeeck* Baronem, & *Iohannem*
„ de *Ryneſſe* militem nominantes. Poſt aliqua in eundem Dnm
„ *Zwederum* Dnm de *Gaesbeeck* pro hujuſmodi Mamburno ſeu Gu-
„ bernatore in temporalibus per majorem partem conſenſerunt.
„ His itaque etiam peractis oſtio minoris Capituli ejuſdem domus
„ aperto dicti Dni Prælati & Canonici præfatos *Hermannum* de
„ *Locborſt* ac ſuos Conſules & concives prædictos ad ſe revocare
„ fecerunt, eiſque dicebant per os Dni Swederi Præpoſiti &
„ Archidiaconi omnium eorum nomine: *Venerandi viri, nos pro*
„ *pace & unitate obtinenda elegimus viros venerabiles & boneſtos Dnm*
„ *Gisbertum Kock Canonicum hujus Eccleſiæ pro Vicario in ſpirituali-*
„ *bus terræ & diœceſis, nec non Dnm Swederum Dnm de Gaesbeeck*
„ *pro Mamburno ſive Gubernatore in temporalibus. Quibus & vobis ac*
„ *intereſſe volentibus inſinuamus, ac ipſos vocamus ad præſentem locum*
„ *Capitularem ad craſtinum hora prima peremptorie & præciſe ad hunc*
„ *finem, quod dicti per nos communiter ſic electi & aſſumpti ibidem*
„ *coram nobis præſtent juramentum ſolitum & in talibus conſuetum, &*
„ *eiſdem loco & hora petemus & exigemus ſigilla Dni noſtri Epiſcopi*
„ *præfati defuncti nobis dari, & eis datis ipſa frangenda ducemus, &*
„ *frangemus, & ibidem bis factis concordabimus in termino ad hoc per*
„ *nos ſtatuendo in loco Capitulari præſenti ad concordandum & tractan-*
„ *dam ſuper & de electione futuri Epiſcopi, & ejus occaſione, &*
„ *alias prout viduatæ Eccleſiæ noſtræ Trajectenſi utilius videbitur*
„ *expedire, ad rogatum eorundem Conſulum.* Acta fuerunt hæc
„ in dicto loco Capitulari ſub anno, indictione, menſe, die,
„ & hora intra primam & nonam, Pontificatus Sanctiſſimi in
„ Chriſto Patris ac Dni noſtri Dni *Gregorii* divina providentia Papæ
„ undecimi anno primo, præſentibus ibidem diſcretis viris Dnis
„ *Stephano* de *Aſche*, *Henrico Boeninck*, *Henrico Emont*, & *Henri-*
„ *co Vliger*, presbiteris & perpetuis Vicariis majoris & Sancti Sal-
„ vatoris Eccleſiarum Trajectenſium prædictarum teſtibus ad præ-
„ miſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deinde anno, menſe, &
„ Pontificatu prædictis die quoque viceſima ſeptima hora inter pri-
„ mam & ſextam coram venerabilibus viris, Dnis Petro de Velde
„ Doctore in Decretis Præpoſito & Archidiacono Sancti Iohannis,

Digitized by Google

libenter ceſſit de Trajecto, niſi habitis redditibus, & ſic *Florentium* arcebat, ab eis, qui pie ceſſit ſuis ſucceſſoribus in Monaſte-

„ Iohanne de Altein Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Præpoſito & Archidia-
„ cono, Petro de Lewenberch Baccalaureo in Canonibus, Deca-
„ no ejuſdem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, Theodrico de Baer, Gerar-
„ do de Baeck, Hermanno Cremme, Tydemanno Parvo, Giſel-
„ berto de Broeckhuſen, Ottone de Oemeren, Wilhelmo Car-
„ dinael, Iacobo Braem, Frederico van der Maerne, Riquino
„ Foeck, alias Opten Oerde, Gerardo Bierwiſch, Richardo de
„ Oy, Iacobo de Velde, Iohanne de Amerongen, Iordano de
„ Ryt, Erpone de Bramen, Tyaſone ten Orten, Theodrico de
„ Gaſperde, Iohanne uten Leen, Wolbrando de Alcmaria, Her-
„ manno de Enteren, Gerardo Naeldekyn, Gisberto de Walen-
„ borch juniore, Iohanne de Sloen, Iohanne de Compoſtel-
„ le, Nicolao de Moerſeyck, Wilhelmo Tam, Wilhelmo de Rie-
„ beeck, Iohanne de Arnhem, Simpardo de Burgarden, Iohan-
„ ne de Sande, Huberto, Frederico Veltman, Wilhelmo de
„ Wye, Alardo de Cloetingen, Bernardo de Lochem, Wilhel-
„ mo de Cleve, Theodrico de Campen, & Henrico de Beeſde
„ Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Iohannis, & Sanctæ Ma-
„ riæ Eccleſiarum Trajectenſium prædictarum Canonicis in dicto
„ loco Capitulari Capitulariter congregatis, meique Notarii publi-
„ ci & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituto
„ diſcreto viro *Theodrico* de *Hoeſden* Vicario perpetuo in Eccleſia
„ majori prædicta, idem Dns *Theodricus* dixit & proteſtatus fuit,
„ ac fecit, prout inferius deſcribitur, vel per modum conſimilem
„ eandem vim exprimentem: *Vos Dni venerandi ego Nuntius ac ne-*
„ *gotiorum geſtor venerabilium virorum Dnorum meorum Prælatorum*
„ *& Canonicorum Eccleſiæ prædictæ, ſcire vos volo & proteſtor, quod*
„ *omnia & ſingula ſuper Vicariis & gubernatoribus electis & aliis in*
„ *loco Capitulari eadem die per eoſdem Dnos meos habitis, dictis, &*
„ *factis, iidem Dni mei cum vi & metu tum compulſi hæc, quæ di-*
„ *xerunt vel fecerunt, dicebant, vel faciebant, expreſſe revocaverunt,*
„ *& eorum nomine ipſa revoco expreſſe, & ea haberi voluerunt, vo-*
„ *lunt, & ego ipſorum nomine volo, pro nullis & revocatis de quo*
„ *teſtor expreſſe.* Ad quæ dicta Prælati & Canonici ibidem præſen-
„ tes reſponderunt, quod ejuſmodi confictam revocationem tan-
„ quam nullam non approbarent, ſed in hoc Capitulo ad ulterio-
„ ra juxta modum tum aſſignatum, ut moris eſſet, procedere in-
„ tenderent & vellent, & dicto Dno *Theodrico* recedente habito
„ tractatu aliquanto præfati Prælati & Canonici ibidem præſentes
„ dictum Capitulum & ejus effectum in eo ſtatu, in quo tunc
„ erat,

Digitized by Google

naſterienſi Eccleſia. Et in hoc adjutores habuit *Arnoldus* Dominum de *Abcoude* & Dominum de *Vianen* cum aliis militaribus,

„ erat, propter bonum pacis & concordiæ prorogaverunt & con-
„ tinuarunt uſque ad craſtinum proximæ diei ſubſequentis hora
„ prima peremptorie & præciſe, præfigentes ſibi ipſis & quibuſcun-
„ que aliis ſua intereſſe credentibus eandem horam & locum præ-
„ ſentem Capitularem ad procedendum ſuper præmiſſis prout ex-
„ pediret. Acta fuerunt hæc in loco eodem præſentibus ibidem
„ diſcretis viris Dnis *Frederico Zuermont*, *Henrico Boeninck*, *Hen-*
„ *rico Emont*, & *Wilhelmo Eedell* presbyteris, perpetuis Vicariis
„ majoris & Sancti Salvatoris Trajectenſium Eccleſiarum prædicta-
„ rum, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deinde
„ anno, menſe, & Pontificatu prædictis, die viceſima octava in-
„ tra horam primam & nonam in mei Notarii publici ac teſtium
„ infra ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia per-
„ ſonaliter conſtituti diſcreti viri D. Petrus de Velde Sancti Io-
„ hannis, Iohannes de Alteville Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Tra-
„ jectenſium Præpoſiti & Archidiaconi, Petrus de Lewenberch
„ Sanctæ Mariæ prædictæ Decanus, Gerardus de Amerongen, Ge-
„ rardus Baeck, Hermannus Cromme, Giſelbertus de Broeckhu-
„ ſen, Gerardus Vrencken, Iohannes de Amerongen, Fredericus
„ de Maerne, Riquinus Foeck alias Oppen Oerde, Otto de Oe-
„ meren, Iacobus de Velde, Richardus de Oy, Iordanus
„ van der Rytt, Theodricus de Gaſparde, Iohannes uten Leen,
„ Wolbertus de Lochem, Wolbrandus de Alcmaria, Hubertus
„ Wyſe, Iohannes de Weſtrenen, Hermannus de Enteren,
„ Gympardus de Bingarden, Giſelbertus de Walenborch junior,
„ Wilhelmus Tam, Johannes Tam, Gerardus Naeldekyn, Jo-
„ hannes de Compoſtelle, Gerardus Bierwiſch, Johannes de Sleen,
„ Bernardus de Lochem, Theodricus de Campen, Wilhelmus
„ de Cleve, Fredericus de Veltman, Wilhelmus Muſche, Wil-
„ helmus Riebeeck, Wilhelmus de Wyck, Henricus de Beeſde,
„ Ricoldus de Haeften, Tydemannus Pemens, & Johannes de
„ Zande, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, &
„ Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium Canonici, habito
„ tractatu aliquanto per Dnos ſupradictos, præfatus Dns Petrus
„ de Velde Præpoſitus & Archidiaconus Sancti Johannis nomine
„ ſuo & aliorum Prælatorum & Canonicorum ſuperius nominato-
„ rum dictum Capitulum & ejus effectum in eo ſtatu, in quo
„ tunc erat, propter bonum pacis & concordiæ prorogavit &
„ continuavit uſque ad craſtinum proximæ diei ſubſequentis hora
„ prima peremptorie & præciſe, præfigentes ſibi ipſis & quibus-

Digitized by Google

bus, qui ejuſdem partialitatis erant. Sed Dominus de *Arkel* & Dominus de *Yſelſteine* adjuvabant partes *Florentii*, ſic quod in poſ-

„ cunque aliis ſua intereſſe credentibus eandem horam & locum „ præſentem Capitularem ad procedendum in cauſa & negotio, „ prout heſterna die & aliis diebus & horis præcedentibus fuerat „ & erat concordatum. Acta fuerunt hæc in loco eodem, præ- „ ſentibus ibidem diſcretis viris, Dnis *Henrico Emont*, *Gerardo Pont*, „ *Frederico Zuermont*, presbyteris, Eccleſiæ Sancti Salvatoris Tra- „ jectenſis prædictæ perpetuis Vicariis, & *Henrico* de *Brandenborch* „ clerico Trajectenſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & „ rogatis. Deinde anno, menſe, & Pontificatu prædictis, die vi- „ ceſima nona intra horam primam & nonam, in mei Notarii pu- „ blici & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti „ venerabiles viri D. Petrus de Velde Præpoſitus & Archidiaco- „ nus, Petrus de Lewenberch dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ Deca- „ nus, Gerardus de Brandenborch, Gerardus Baeck, Herman- „ nus Cromme, Gisbertus de Broeckhuſen, Jacobus de Alrehorſt, „ Tydemannus Parvus, Gerardus Vrencke, Johannes de Ame- „ rongen, Wilhelmus Cardinael, Fredericus de Maerne, Riqui- „ nus Foeck alias Opten Oerde, Otto de Oemeren, Iacobus de „ Velde, Richardus de Oy, Jordanus van der Rytt, Erpo de „ Bramen, Theodricus de Gaſperde, Johannes uten Leen, Wol- „ brandus de Alcmaria, Hubertus Wyſe, Johannes de Weſtre- „ nen, Hermannus de Enteren, Gimpardus de Bingarden, Giſel- „ bertus de Walenborch junior, Wilhelmus Tam, Johannes „ Tam, Johannes Naeldekyn, Johannes de Compoſtelle, Johan- „ nes de Sleen, Gerardus Bierwiſch, Bernardus de Lochem, „ Theodricus de Campen, Wilhelmus de Cleve, Fredericus „ Veltman, Wilhelmus Muſche, Wilhelmus Riebeeck, Wil- „ helmus de Wyck, Henricus de Beeſde, Ricoldus de Haeften, „ Johannes de Zande, & Johannes de Aernhem, Sancti Salvato- „ ris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & Sanctæ Mariæ, Eccleſia- „ rum Trajectenſium Canonici, in loco Capitulari majoris Eccle- „ ſiæ Trajectenſis Capitulariter congregati, idem Dns Præpoſitus „ & Archidiaconus Sancti Johannis præfatus proloquens prorupit in „ hæc verba: *Venerandi Dni, videns Dnos Prælatos & Canonicos Ec-* „ *cleſiæ majoris Trajectenſis congregationi noſtræ intereſſe nolentes, ſeu* „ *alias ſe abſentantes, & ad privata loca inter ſe & pro ſe tractantes* „ *ſuper bis rogo deliberetis. Unde ſi viſum vobis fuerit expedire, & ne* „ *majora pericula terræ & diœceſi præſentibus & allas populo in eisdem* „ *conſtituto eveniant, videretur expedire, quod mora poſtpoſita citatio-* „ *nem debitam & conſuetam ſimul decerneremus, mandaremuſque uni-*

verſis

Digitized by Google

poſſeſſionem veniret. Et quia ſic artatus fuit à ſua Eccleſia fere per annum, tamen ad ultimum venit *Trajectum* cum magna ſolen-

„ *verſis & ſingulis Prælatis & Canonicis quinque Eccleſiarum Tra-*
„ *jectenſium, quatenus ad certum diem, locum præſentem, & horam*
„ *conveniant ad tractandum & concordandum, ut moris eſt, nobiscum*
„ *ſuper & de electione futuri Epiſcopi, & alias prout melius dictæ vi-*
„ *duatæ Eccleſiæ Trajectenſi videretur expedire.* Quibus dicti Prælati
„ & Canonici conſenſerunt, decreveruntque fieri ſuper præmiſſis
„ & emergentibus ex eis citationem in talibus debitam & conſue-
„ tam, atque aſſignarunt & prætixerunt eiſdem Prælatis & Cano-
„ nicis tam præſentibus quam abſentibus peremptorie & præciſe
„ ad locum prædictum Capitularem & ad craſtinum hora prima ejuſ-
„ dem craſtini peremptorie & præciſe ad præmiſſa faciendum cum
„ continuatione dierum & horarum, donec dictæ viduatæ Eccle-
„ ſiæ Trajectenſi eligendo, poſtulando, nominando, vel ſcribendo
„ utilius eſſet proviſum, præcipientes & mandantes expreſſe diſcreto
„ viro Dno *Wilhelmo* de *Clivis* Canonico Eccleſiæ Sancti Salvatoris
„ prædictæ ibidem præſenti & onus hujuſmodi in ſe acceptanti, ut
„ citius quo poſſet una cum Notario publico ac teſtimonio competen-
„ ti ad ſingulas quinque Eccleſias Trajectenſes prædictas earum & uni-
„ verſalis Eccleſiæ nomine ibidemque palam vocaret ac citaret omnes
„ & ſingulos Prælatos Canonicosque, & ſingulares perſonas, qui hu-
„ juſmodi negotiis intereſſe poſſent & vellent, & qui ſua dicerent
„ intereſſe ad locum diem & horam prædictas, & ad præmiſſa jam
„ expreſſa faciendum, proque his executionibus peractis ſingulas
„ domos habitationum eorundem Prælatorum & perſonarum, qua-
„ rum habitationes in civitate Trajectenſi inveniri, & ad præſen-
„ tias eorum, quorum præſentias habere commode poſſent, per
„ modum eidem datum eoſdem ſic citaret atque vocaret. Qui
„ *Wilhelmus* de *Clivis* ſupradictis ſtatim omnes & ſingulos Prælatos
„ atque Canonicos ibidem præſentes ad diem, horam, & locum
„ deputatos principaliter citavit & vocavit ad præmiſſa faciendum.
„ Acta fuerunt hæc in loco Capitulari majoris Eccleſiæ prædicto,
„ præſentibus ibidem diſcretis viris Dnis *Gerardo Pont*, *Frederico*
„ *Zuermont*, perpetuis Vicariis Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajec-
„ tenſis prædictæ, & *Hermanno* de *Brandenburch* Trajectenſi, teſti-
„ bus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deinde vero eodem
„ die his peractis prædictus Dn. Wilhelmus de Clivis una mecum No-
„ tario publico & teſtibus ſupraſcriptis primo in choro majoris Ec-
„ cleſiæ Trajectenſis acceſſit, & ibidem palam & publice, perem-
„ torie & præciſe, ad craſtinam ab eodem die proxime tunc ſe-
„ quentem & ad horam primam ejuſdem craſtini, nec non ad lo-

Digitized by Google

ſolennitate Baronum, & militum, ac famulorum & ſecundum morem intronizatus eſt anno Domini CIↃ. CCC. & LXXIX. ipſo die S. Willibrordi.

Hic

„ cum Capitularem prædictum vocavit & citavit venerabiles viros „ Dnos *Johannem de Steyn*, *Gerardum Rode*, *Johannem Album*, *Johannem* „ *de Tule*, *Wilhelmum Buſer*, & Albertum de Maerten Canonicos „ ejuſdem majoris Eccleſiæ in ſpecie, reliquos vero Prælatos & „ Canonicos ac perſonas, & qui ſua crederent intereſſe, & quo- „ rum intereſſe poſſet in genere ad comparendum ad diem, locum, „ & horam Capitulares eoſdem, & ad tractandum & concordan- „ dum ſuper electione futuri Epiſcopi, vel alias prout Eccleſiæ „ Trajectenſi melius videbitur expedire, & ſi commode poſſet, „ cum continuatione dierum & horarum. Qua citatione ſic per „ dictum Dnm *Wilhelmum* de *Clivis* facta ad clariorem executionem „ eorundem dictus Dns *Wilhelmus* una mecum Notario & teſtibus „ infra ſcriptis primo ad domos inhabitationum Venerabilium vi- „ rorum, Dnorum *Gerardi Foeck* Decani Sancti Salvatoris, *Theo-* „ *drici* de *Iutfaes*, *Hugonis* & *Gisberti Vuſtinck*, *Michaelis Moljaert*, „ *Macbarti Nychman*, *Baldewini* de *Dalen*, *Gisberti* de *Renen*, *Ni-* „ *colai* de *Patella*, *Everardi Foeck* ſenioris, *Nicolai* de *Patella*, *Eve-* „ *rardi Foeck* junioris, & *Giſelberti Kock* Canonicorum majoris Ec- „ cleſiæ prædictorum acceſſit, & in domibus ſuis non repertis, „ per modum omnino ſuperius expreſſum eoſdem citavit & voca- „ vit. Poſtmodum vero ad Eccleſias Sancti Salvatoris, Sancti Pe- „ tri, Sancti Johannis & Sanctæ Mariæ, nec non ad domos inha- „ bitationum Prælatorum & Canonicorum earundem Eccleſiarum, „ & infra enuncitatem ipſarum ſituatarum, una mecum Notario & „ teſtibus ſubſcriptis accedens, & etiam ad præſentias nonnulla- „ rum perſonarum Prælatorum & Canonicorum earundem Eccle- „ ſiarum eoſdemque ſecundum omnem modum & formam eidem „ Dno Wilhelmo traditam & directam citavit & vocavit palam & „ publice & expreſſe. Acta fuerunt hæc in Eccleſiis, domi- „ bus & locis prædictis, præſentibus ibidem diſcretis viris „ Dnis *Gisberto* de *Wyck*, *Gerardo Pont* presbyteris, & *Petro* filio „ *Iacobi* de *Leydis*, clerico civitatis & diœceſis Trajectenſis præ- „ dictæ, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Dein- „ de vero anno, menſe, indictione & Pontificatu prædictis die „ ultima ejuſdem in mei Notarii publici ſubſcripti & teſtium infra „ ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia perſona- „ liter conſtituti Venerabiles viri, Dni Petrus de Velde Sancti „ Iohannis, Iohannes de Alteville Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Tra- „ jectenſium Præpoſiti & Archidiaconi, Petrus de Lewenberch, „ Deca-

Digitized by Google

Hic fuit L. Epiſcopus Trajectenſis. Et poſt mortem *Florentii* Epiſcopi venit *Albertus* Dux Hollandiæ rogans pro *Rogero* de

„ Decanus ejuſdem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, Gerardus de Amerongen, Rodolphus de Doetinchem, Theodricus de Baer, Rudolphus uter Corenmerckt, Fredericus de Maerne, Gerardus Vrencke, Gerardus Bierwiſch, Iacobus de Velde, Iohannes de Amerongen, Iordanus de Ryt, Erpo de Braemen, Iacobus Braem, Heſſelus Heyinck, Iohannes de Sande, Riquinus Foeck alias ** Open Oerdt, Quirinus de Aeſt, Theodricus de Gaſperde, Iohannes uten Leen, Walbertus de Lochem, Wolbrandus de Alcmaria, Hermannus de Enteren, Compardus Bingarden, Gerardus Naeldekyn, Iohannes de Sleen, Hubertus Wyſe, Iohannes Tam, Iohannes de Compoſtelle, Wilhelmus Riebeeck, Gisbertus de Walenborch junior, Wilhelmus Tam, Iohannes de Weſtrenen, Fredericus de Veltman, Iohannes Holbe, Alardus de Cloetingen, Bernardus de Lochem, Wilhelmus de Wyck, Theodricus de Campen, Henricus de Beesde, Wilhelmus de Cleve, Hugo Hardebolle, Gerardus de Baeck, Iohannes Scaep, Johannes Riſmair, Hermannus Cromme, Tydemannus Parvus, Gisbertus de Broeckhuſen, & Iacobus de Alrehorſt Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Iohannis, & Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium Canonici in loco Capitulari congregati quum eſſent, idem Dns Wilhelmus de Clevis Canonicus prædictus retulit ſe citaſſe atque vocaſſe juxta omnem modum & formam eidem ab eiſdem Dnis per modum ſupradictum traditam ſeu directam omnes & ſingulos ſuperius proxime expreſſos & in citatione prætacta comprehenſos; Qua relatione ſic facta Dns *Petrus* de *Velde* Præpoſitus & Archidiaconus Sancti Iohannis præfatus prorupit in hæc verba vel in conſimilia eundem ſenſum inferentia & intellectum: *Rumor cariſſimi mei Dni, & fama, voxque & verbum eſt in civitate Trajectenſi, quod Dni Canonici Eccleſiæ majoris prædictæ Trajectenſis à civitate præſenti receſſerunt. Qua de cauſa ignoramus, ſed ut aſſeritur diſponendo, tractando, vel ſcribendo per ſe nobis irrequiſitis & non conſentientibus ſuper electione & proviſione dictæ Eccleſiæ Trajectenſis viduatæ in præjudicium noſtrarum Eccleſiarum, & noſtrorum, ad quos una cum eis electio & diſpoſitio futuri Pontificis & Eccleſiæ Trajectenſis viduatæ de uſu, obſervantia, & conſuetudine pacifice & inconcuſſe obſervatis à tempore, cujus memoria hominum in contrarium non exiſtit, pertinere dinoſcitur. Unde ne jura noſtrorum & Eccleſiarum noſtrarum negligere videamur, expedit, ut eligendo vel ſcribendo Dno noſtro ſummo Pontifici de aliqua perſona ydonea hujusmodi noſtræ viduatæ*

** Alibi *optem.*

Digitized by Google

de *Bronchorſt*, & Dux Gelriæ *Wilhelmus* rogans pro *Frederico* de *Blan-*

„ *duatæ Eccleſiæ Trajectenſi provideamus. Et quia ut ſcitis om-*
„ *nes Epiſcopatus ex communi relatione diſpoſitioni Sedis Apoſto-*
„ *licæ ſunt reſervati, ſic quod etiam diſpoſitio & proviſio dictæ*
„ *noſtræ viduatæ Eccleſiæ veriſimiliter etiam ſit ſub diſpoſitione &*
„ *ordinatione dictæ Sedis Apoſtolicæ Dni noſtri ſummi Pontificis. Un-*
„ *de cariſſimi Dni ne indignationem ſummi Pontificis vel Sedis Apoſ-*
„ *tolicæ in eligendo incurramus, expedit magis, ut de certa ydonea*
„ *perſona concordemus, de eadem Dno noſtro ſummo Pontifici ſcri-*
„ *bendo, poſtulando, & ſupplicando, ut eam nobis & Eccleſiæ noſtræ*
„ *viduatæ præficiat in Epiſcopum & Paſtorem.* His ſtatim dictis quaſi
„ & ſine intervallo communis clamor validus omnium Prælatorum
„ & Canonicorum prædictorum ibidem præſentium exceptis infra-
„ ſcriptis invaluit & accrevit, ſic conclamando, *Dnm Arnoldum de*
„ *Hoern virum utique per omnia laudabilem, habilem, & ydoneum,*
„ *magnæ potentiæ & nobilitatis, & de quo noſtræ Eccleſiæ Trajectenſi*
„ *viduatæ & valde deſolatæ præ ceteris videtur utilius poſſe ſubveniri,*
„ *& per ipſum dictam noſtram Eccleſiam Trajectenſem ſalubrius poſſe*
„ *gubernari, pro noſtro Epiſcopo Trajectenſi habere volumus, & in ipſum*
„ *vota noſtra dirigimus & conſtituimus, & ipſum pro noſtro Epiſcopo &*
„ *Paſtore nominamus & poſtulamus, & pro ipſo Dno noſtro Summo Ponti-*
„ *fici ſcribere & ſupplicare volumus humiliter & intente, ut ipſum nobis*
„ *& Eccleſiæ noſtræ Trajectenſi viduatæ præficere dignetur, ut ſpera-*
„ *mus, in Epiſcopum & Paſtorem.* Præfatuſque Dns Præpoſitus &
„ Archidiaconus hoc audiens, *Silete* inquit, *Audiamus. Quia hic*
„ *clamor ex inſpiratione utique eſt Spiritus Sancti. Et aliis ſolennitatibus*
„ *non indigemus.* Quibus ſic peractis dictus *Iacobus* de *Alrcborſt* Ca-
„ nonicus Eccleſiæ Sancti Iohannis præfatus ibidem conſidens ſur-
„ rexit, & ſtans in medio eorum dixit: *Quia Capitulum ea propter*
„ *præmiſſis eſt penitus contrarium, & juxta illud ſic fieri non conſen-*
„ *tio in præmiſſis, niſi juris ſolempnitate debita adhibita, & quod vo-*
„ *centur abſentes non vocati.* Similiter *D. Gerardus Vrencke, Her-*
„ *mannus Cromme, Iobannes de Sleen* pro ſe ipſo & *Iobanne* de *Arn-*
„ *hem* Canonici Sancti Petri prædicti, *Gerardus Naeldekyn, Theo-*
„ *dricus* de *Gaſperde, Heſſelus Heyinck, Iacobus Braem, Fredericus*
„ de *Maerne*, & *Hermannus* de *Enteren* in præmiſſis non conſen-
„ tierunt, niſi via juris. Et mox *Rudolphus uter Corenmerckt* renun-
„ tiavit voci ſuæ quoad præmiſſa. Et *Riquinus Foeck alias* Open
„ Oerde *ac Iobannes Schaep* ſupradicti ſimiliter renuntiaverunt voci
„ ſuæ. Et *Tydemannus Parvus* prædictus renuntiavit hujusmodi voci
„ ſuæ quoad actum præmiſſum, & ſupradictus *Iobannes* de *Sande*
„ dixit, *Si concordarunt*, Alias renuntiavit voci ſuæ: Ceteris om-
„ nibus

Digitized by Google

„ nibus & ſingulis Prælatis & Canonicis prænominatis nec non *Io-*
„ *hanne Tam* prædicto pro Dnis *Simone* de *Bincborſt*, *Iohanne Gob-*
„ *be*, *Arnoldo Vos* Beatæ Mariæ, *Theodrico* de *Baer* pro Dno *Wal-*
„ *tero Snoy* Sancti Petri, *Theodrico* de *Campen* pro magiſtro *Arnoldo*
„ de *Lochem* Sancti Iohannis Eccleſiarum Canonicis, qui eis quoad
„ præmiſſa & alias, ut aſſeruerunt, votum eorum Capitulare commi-
„ ſerunt in Dnm *Arnoldum* præfatum juxta modum præmiſſum &
„ prænarratum expreſſe & ſingillatim conſentientibus, ac ipſum in
„ eorum Epiſcopum nominantibus & poſtulantibus, & ipſum Dnm
„ *Arnoldum* dicti Prælati & Canonici in Epiſcopum & Paſtorem
„ eorum etiam elegerunt, nominaverunt, & poſtulaverunt, modo
„ ſupradicto, & dixerunt expreſſe, & concorditer voluerunt, quod
„ ſuper poſtulatione & nominatione hujuſmodi, & aliis ſic con-
„ corditer ſaltem per duplam vel triplam majorem partem om-
„ nium Prælatorum & Canonicorum Eccleſiarum prædictarum ibi-
„ dem præſentium de Dno *Arnoldo* & pro eodem factis & propo-
„ ſitis ſuas literas ſupplicatorias in debita forma ſigillo Eccleſia-
„ rum ſuarum ſigillatas transmittere & deſtinare vellent Dno noſtro
„ ſummo Pontifici, ſupplicando eidem, ut ipſum Dnm *Arnoldum*
„ ipſis & eorum Eccleſiæ Trajectenſi viduatæ præficere dignaretur
„ in Epiſcopum & Paſtorem, & alias ſcribendo favorabilius, prout
„ in talibus fieri eſt conſuetum. His auditis præfatus D. *Gerardus*
„ *Vrencke* & ſui in hac parte conſortes prænominati in præmiſſa,
„ non conſentierunt, niſi per modum per eoſdem expreſſum. Acta
„ ſunt hæc in loco ſupradicto intra horam primam & nonam præ-
„ ſentibus ibidem diſcretis viris Dnis *Gerardo Pont*, *Iohanne Gru-*
„ *ter*, *Alberto de A*, *Iohanne Hac* presbyteris, perpetuis Vicariis
„ Sancti Salvatoris & Sancti Petri Eccleſiarum Trajectenſium præ-
„ dictarum, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.
„ Tenor vero dictæ literæ, de qua in principio hujus inſtrumenti
„ fit mentio, talis eſt: *Prælati* & Capitula majoris, Sancti Salva-
„ toris, Sancti Petri, Sancti Iohannis, & Sanctæ Mariæ Eccleſia-
„ rum Trajectenſium, Univerſis & ſingulis Vaſallis, miniſteriali-
„ bus, Caſtellanis, Officiatis, Subofficiatis, Scabinis, Conſulibus,
„ Civibus, Opidanis, ac hominibus quibuſcunque Eccleſiæ Tra-
„ jectenſis tam in terris & diſtrictibus ejusdem Eccleſiæ trans Yſe-
„ lam quam extra ibidem ubicunque locorum conſtitutis ſalutem
„ in omnium Salvatore: Cum nos Eccleſiæ Trajectenſis præ-
„ dictæ ad præſens Paſtore vacantis per mortem, proh dolor,
„ Reverendi ac ſinceriſſimi Patris & Dni noſtri Dni Guidonis Epiſ-
„ copi Trajectenſis recolendæ memoriæ volentes ea qua poſſumus
„ & ſcimus induſtria obviare periculis, quæ ipſi Eccleſiæ tam in
„ hominibus quam in bonis, ſi gubernatore ac defenſore careat,
„ poſſent veriſimiliter evenire, elegerimus concorditer gubernato-
„ rem, defenſorem, & mamburnum generalem in temporalibus

Digitized by Google

Blanckenhem, (1) & major pars elegit *Fredericum* de *Blanckenhem*

„ per omnes terras & diſtrictus jam dictæ Eccleſiæ Trajectenſis,
„ videlicet Dnm Swederum de Abcoude militem, fidelem ipſius
„ Eccleſiæ, in quem communiter tam vaſalli quam miniſteriales
„ terræ Trajectenſis ut & cives totius civitatis ibidem direxerunt
„ vota ſua offerentes liberaliter & promittentes firmiter eidem in
„ omnibus potenter aſſiſtere, idemque Dns Swederus tandem noſtra-
„ rum ac communis populi precum devictus inſtantia onus hujuſ-
„ modi acceptavit ac juravit, quod dictas terras & diſtrictus juxta
„ conſilium certarum perſonarum, quas ſuper hoc in terra Tra-
„ jectenſi, & honorabilis viri Dni *Conrardi* Præpoſiti Daventrien-
„ ſis & *Hermanni* de *Voorſt* fidelium dictæ Eccleſiæ, quos trans Yſe-
„ lam ſibi adjunximus, fideliter gubernabit, & futuro Epiſcopo confir-
„ mato reddet debitam de ſingulis rationem, prout hoc tam in literis
„ noſtris quam ſuis ſuper hoc confectis & hinc inde traditis ple-
„ nius continetur. Hinc eſt, quod vobis omnibus & ſingulis man-
„ damus & monemus, quatenus dicto Dno *Swedero* & mandatis
„ ejus, quouſque verus & confirmatus Trajectenſis Epiſcopus,
„ curetis tam in aperiendis & deliberandis ſibi caſtris & munitio-
„ nibus dictæ Eccleſiæ tam in reſpondendo eidem de bonis & red-
„ ditibus ejuſdem Eccleſiæ, quam in omnibus aliis Epiſcopalia
„ reſpicientibus, parere, obedire, & intendere reverenter, prout
„ tenemini vero Epiſcopo Trajectenſi. Datum ſub ſigillis Capi-
„ tulorum noſtrorum præſentibus in teſtimonium in præmiſſorum
„ appenſis, Anno Dni milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo fe-
„ ria ſecunda poſt feſtum Urbani. *Acta fuerunt hæc omnia & ſin-*
„ *gula ſupradicta, ſub anno, indictione, menſe, diebus, horis, Ponti-*
„ *ficatu, & locis prænominatis, præſentibus ibidem viris præexpreſſis*
„ *ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Super quibus omnibus &*
„ *ſingulis dictus Præpoſitus & Archidiaconus præfatus nomine ſuo*
„ *proprio & aliorum Prælatorum & Canonicorum ibidem præſentium,*
„ *& ſibi hac in parte adhærentium petiit à me Notario publico unum*
„ *vel plura ad dictamen cujuſlibet ſapientis in meliori forma, qua fieri*
„ *poſſent ſeu poſſet, publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta.*
„ *Et ego Wilhelmus dictus Buer clericus Trajectenſis diœceſis publicus*
„ *Imperiali auctoritate Notarius præmiſſis omnibus & ſingulis ſuperius*
„ *poſitis & narratis ipſis una cum prænominatis teſtibus præſens inter-*
„ *fui, ea vidi & audivi, aliis arduis negotiis occupatus hoc inſtrumen-*
„ *tum publicum exinde confectum per alium fidelem fideliter ſcribi fe-*
„ *ci, & hic me manu propria ſubſcripſi ſignumque meum ſolitum &*
„ *conſuetum infra cedulas hujuſmodi inſtrumenti & inferius appo-*
„ *ſui &c.*

(1) Barones de Blanckenhem vetus gens & illuſtris. Charta eſt

hem in Epiſcopum, & venit Trajectum & honorifice ſuſceptus eſt à Prælatis, & militia, & ab omnibus. Anno Domini CIↃ.

eſt Hagæ in Archivis, qua Gerardus de Blanckenhem in feudum accipit caſtrum de Gerardſteyn à Guilielmo Hannonio Ann. 1340.
„ Nos Gerardus Dominus de Blanckenhem præſentibus publice
„ proteſtamur, quod nos caſtrum noſtrum dictum *Gerardſteyn* pro
„ nobis & noſtris heredibus perpetuo & hereditarie à magnifico
„ & potenti Principe Domino noſtro Dn. Guilielmo Haynoniæ,
„ Hollandiæ, & Zelandiæ Comite, Dominoque Friſiæ, & ſuis he-
„ redibus, Hollandiæ Comitibus recepimus & confitemur in per-
„ petuum poſſidere debito titulo feudali. Harum teſtimonio lite-
„ rarum ſigillo noſtro ſigillatarum. Datum anno Domini CIↃ. CCC.
„ quadrageſimo in die Beati Benedicti. „ Fredericus autem, quo illuſtrior, & utilior diœceſi, eo etiam majori ambitu clerus inſtitit apud Papam, ut electionem probaret & electum Argentorato Ultrajectum transferret. Ned id clerus tantum egit, ſed & reliquos Ordines, ut ad Papam eo nomine darent literas, induxit. Daventria etiam ipſa ad Papam ſcripſit & Cardinales, ut impellerent Papam ad id, ita:

„ Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino noſtro Domino Bo-
„ nifacio Sacroſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ ſummo Pon-
„ tifici humillima noſtra ad pedum veſtrorum oſcula Beatorum re-
„ commendatione præmiſſa. Beatiſſime pater, nuper jam Reve-
„ rendo Patre, memorabili viro, Domino *Florentio* Epiſcopo Ec-
„ cleſiæ noſtræ Trajectenſis Domino noſtro, viam univerſæ carnis
„ ingreſſo, venerabiles Domini Prælati & Capitula majoris & alia-
„ rum collegiatarum Eccleſiarum Trajectenſium, qui potuerunt &
„ debuerunt pro futuri Pontificis Trajectenſis electione ſeu poſtu-
„ latione intereſſe, die Capitulari deſuper juxta conſuetudinem
„ Eccleſiæ ad hoc præfixa & indicta, provide attendentes Eccle-
„ ſiam Trajectenſem & diœceſim Trajectenſem circa ſciſmaticorum
„ confinia ſitas, & ob hoc plures veſtræ almæ Sanctitati juſtitiæ-
„ que ejus rebelles ſciſmaticorum promotores, veram fidem veſtræ
„ Sanctæ obedientiæ labefacere temptantes, ad prælibatam Eccle-
„ ſiam Trajectenſem dudum anhelaſſe, ut eo adhuc nihilominus
„ anhelare, & ea propter potiori eandem Eccleſiam plus ceteris
„ Eccleſiis inferioris *Almanniæ* indigere providentia paſtorali,
„ Paſtore videlicet non illuſtrato, aut inſcio, aut juvene, non
„ ſpiritualium ſeu temporalium inexperto, quinimo his diebus ma-
„ lis illuſtri, ſpectabili, conſiliis maturo, & præſertim in vita ac-
„ tiva, regiminis Eccleſiaſtici provido & experto, potente etiam
„ & ſciente reſiſtere murum aſcendentibus ex adverſo. Hi iidem

Digitized by Google

CIↃ. CCC. XCV. intellexit *Fredericus* quod tota terra de *Drenten* cum civitate & caſtro impignorata fuit pro ſumma pecuniæ uni

„ quoque Domini Prælati & Capitula videntes hæc omnia plus
„ ceteris ſui ſtatus etiam Illuſtribus in Reverendo Patre commen-
„ dabili viro, Domino *Frederico* de *Blanckenheim*, Argentinenſe
„ Epiſcopo, ex utroque parente de Ducum & Comitum & aliorum
„ Principum Illuſtrium proſapia legitime oriundo, cum aliis va-
„ riis virtutum meritis in Domino clarius prælucere, in eundem
„ Dominum *Fredericum* ſua vota direxerunt, & ipſum in Paſtorem
„ ſuum & Epiſcopum Trajectenſem feliciter poſtularunt die XXIII.
„ Aprilis proxime præterita, ſuſpirantibus & applaudentibus vo-
„ tis noſtris, militiæ, civium, & incolarum univerſorum civitatis
„ & diœceſis Trajectenſis ſupradictorum. Nos igitur cum Eccleſia
„ noſtra præfata juxta ſciſmaticorum veſtræ Sanctæ obedientiæ &
„ rebellium confinia poſiti prænominatum commendabilem Do-
„ minum, *Fredericum* Epiſcopum, Poſtulatum noſtrum, cupientes
„ in Dominum & Epiſcopum habere, & contra adverſarios ſciſma-
„ ticos & eorum fautores manu tenere, ipſis quoque adverſariis cum
„ eodem Domino Poſtulato reſiſtere poſſe arbitrati, cum tota uni-
„ verſitate, gente, & potentia noſtra veſtram beatitudinem hu-
„ militer exoramus, quatenus aciem beatæ mentis veſtræ ad præ-
„ nominatum Dominum Poſtulatum & Eccleſiam noſtram prædi-
„ ctam dirigentes dignemini propter hæc gravia, veridica, & ma-
„ tura geſta & teſtimonia noſtra præſentia dictam poſtulationem
„ confirmare, & ipſum Dominum Poſtulatum de ſua Argentinenſi
„ Eccleſia ad Trajectenſem Eccleſiam gratioſius transferre, pro-
„ culdubio habituri quod in his partibus noſtris obedientiæ ſacro-
„ ſanctæ, juſtitiæque ejus, ac Eccleſiæ prædictæ, nobisque, &
„ toti Epiſcopatui potius providebitur, quam perſonæ, prout de
„ his & aliis circumſtantiis particularibus venerabiles *Johannes* Em-
„ bricenſis Trajectenſis diœceſis, & *Alardus* Sanctæ Mariæ Tra-
„ jectenſium Eccleſiarum Præpoſiti, & Trajectenſes Canonici,
„ dictæ Eccleſiæ, civitatis, militiæ, & noſtri Ambaxiatores præ-
„ ſentium exhibitores, quibus noſtro nomine fidem deſuper adhi-
„ bere petimus, Sanctitatem veſtram clarius informabunt. Ipſe
„ namque Dominus *Fredericus* Poſtulatus in jure poſitis Pariſienſe
„ ſtudium dudum multis annis coluit, ubi de rigore examinis gra-
„ dum meruit, & in jure legit, ſic quod felicis recordationis *Gre-*
„ *gorius* eundem ſuis meritis exigentibus Argentinenſi Eccleſiæ
„ præfecit, quam ipſe à multis retroactis temporibus feliciter gu-
„ bernavit, in qua ſpiritualium & temporalium experientias hau-
„ ſit, quam etiam ab inteſtinis diſcordiis eripuit, & velut fortiter

„ armatus

Digitized by Google

uni de *Coeverden*, qui Eccleſiæ ſummam conceſſit, ut eſſet Dominus caſtri & civitatis, donec reciperet ſua. Quo facto nullum

„ armatus in pace cuſtodiens atrium ſuum ab hoſtium inſultibus
„ ſtrenuiſſime defenſavit, qui etiam ſtirpe ſpectabilis & illuſtris
„ undique per has Alemanniæ partes nobilium & illuſtrium amico-
„ rum & conſanguineorum potentia & favore ſuffultus, in vita acti-
„ va diſcretus, circumſpectus, conſiliis providus, in judiciis juſtus,
„ in adverſis fortis, in juventa ſtrenuus, & univerſa famæ, vitæ,
„ & morum honeſtate præclarus noſcitur, & famatur ab univerſis,
„ quemadmodum amplius dicti Ambaxiatores de his & aliis noſtro
„ & aliorum nominibus, quibus ſupra, veſtram Beatitudinem ple-
„ nius particulatim informabunt, quam Altiſſimus ad regimen Ec-
„ cleſiæ ſuæ ſanctæ, ad veſtræ ſanctitatis vota, longitudine dierum
„ felicium repleat & conſervet. Scriptum die XXVIII. menſis
„ Aprilis ſupradicti. Humiles veſtri ſervitores, Proconſules, &
„ Conſules, ac tota univerſitas apud Daventriam ad Epiſcopatum
„ Trajectenſem pertinentes.

„ Reverendiſſimis in Chriſto patribus ac Dominis miſeratione
„ divina Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Sacroſanctæ Eccleſiæ
„ Romanæ Cardinalibus univerſis apud Sanctiſſimum in Chriſto Pa-
„ trem & Dominum noſtrum, Dominum *Bonifacium* Papam IX. exi-
„ ſtentibus, Dominis ſuis cariſſimis, humili recommendatione præ-
„ miſſa, Nuper jam proxime Reverendo Patre memorabili viro
„ Domino *Florentio* Epiſcopo Eccleſiæ Trajectenſis Domino noſtro,
„ viam univerſæ carnis ingreſſo &c. *plane prout ſupra uſque* ad ve-
„ ſtram beatitudinem humiliter exoramus, veſtras Reverendiſſimas
„ Paternitates humiliter exoramus, quatinus Dominum noſtrum
„ Papam præfatum dignemini informare, ut aciem beatæ mentis
„ ſuæ &c. „

Nec valde hic Papa difficilis in hunc modum reſcripſit:

„ *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Cariſſimo in Chri-
„ ſto filio *Wenceſlao* Regi Romanorum illuſtri ſalutem & Apoſtoli-
„ cam benedictionem. Gratiæ divinæ præmium & humanæ laudis
„ præconium acquiritur, ſi per ſeculares Principes Prælatis præ-
„ ſertim Eccleſiarum cathedralium regimini præſidentibus oportune
„ favoris præſidium & honor debitus impendatur. Dudum ſiqui-
„ dem bonæ memoriæ *Florentio* Epiſcopo Trajectenſi regimini Tra-
„ jectenſis Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ cum
„ vacaret per Apoſtolicæ ſedis providentiam utilem & ydo-
„ neam præſidere perſonam, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ordi-
„ nationi & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialite re-
„ ſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus

 „ ſuper

ſum jus haberet in prædictis. Iſte *Fredericus* fecit inquiri literas, ita quod principalis litera fuit inventa. Et habuit literas,

„ ſuper his per quoſcunque quavis auctoritate ſcienter vel igno-
„ ranter contingeret attemptari. Poſtmodum vero prædicta Eccle-
„ ſia per ipſius *Florentii* Epiſcopi obitum, qui extra Romanam
„ Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos
„ vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta ad proviſio-
„ nem ejusdem Eccleſiæ celerem & felicem, de qua nullus præter
„ nos ea vice ſe intromittere potuerat, neque poterat, reſerva-
„ tione & decreto obſiſtentibus ſupra dictis, ne Eccleſia ipſa
„ longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis
„ ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam de præficiendo
„ eidem Eccleſiæ perſonam utilem & etiam fructuoſam cum fra-
„ tribus noſtris habuimus diligentem, demum ad venerabilem fra-
„ trem noſtrum *Fredericum* Trajectenſem, tunc Argentinenſem
„ Epiſcopum, conſideratis grandium virtutum meritis, quibus
„ perſonam ſuam illarum largitor Dominus inſignivit, & quod ipſe
„ *Fredericus* Epiſcopus regimini Argentinenſis Eccleſiæ hactenus
„ laudabiliter præfuit, & pro quo etiam dilecti filii Capitulum
„ Trajectenſe ſuper hoc nobis per eorum litteras humiliter ſuppli-
„ carunt, qui & eandem Trajectenſem Eccleſiam ſciet & poterit
„ auctore Domino ſalubriter regere & feliciter gubernare, conver-
„ timus oculos noſtræ mentis, Intendentes igitur tam ipſi Trajec-
„ tenſi Eccleſiæ quam ejus gregi Dominico ſalubriter providere,
„ ipſum *Fredericum* Epiſcopum ad eandem Trajectenſem Eccle-
„ ſiam auctoritate Apoſtolica tranſtulimus, ipſumque illi præfeci-
„ mus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ip-
„ ſius Trajectenſis Eccleſiæ eidem *Frederico* Epiſcopo in ſpirituali-
„ bus & temporalibus plenarie committendo, liberamque ſibi tri-
„ buendo licentiam ad ipſum Trajectenſem Eccleſiam tranſeundi,
„ firma ſpe fiduciaque conceptis, quod præfata Trajectenſis Eccle-
„ ſia per ipſius *Frederici* Epiſcopi induſtriæ & circumſpectionis ſtu-
„ dium fructuoſum gratia ſibi aſſiſtente divina regetur utiliter &
„ proſpere dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus & tempora-
„ libus ſuſcipiet incrementa. Cum itaque fili cariſſime ſit virtutum
„ opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis &
„ operibus pro Regis æterni gloria venerari, Serenitatem Regiam
„ rogamus & hortamur attente, quatenus eundem Epiſcopum &
„ præfatam Trajectenſem Eccleſiam ſuæ curæ commiſſam habens
„ pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commenda-
„ tos ipſos benigni favoris auxilio proſequaris, ita quod idem
„ Epiſcopus tuæ Celſitudinis fultus præſidio in commiſſo ſibi curæ
„ Paſto-

Digitized by Google

ras, quod quocunque tempore diœceſis contraderet pecuniam, & ipſe pie traderet caſtrum & civitatem, & omnem terram. *Fre-*

„ Paſtoralis officio poſſit Deo propitio proſperari, ac tibi exinde „ adeo perennis vitæ præmium, & à nobis condigna proveniat „ actio gratiarum. Datum Peruſii Non. Julii Pontificatus noſtri „ anno octavo. „

„ *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Ar- „ chiepiſcopo Colonienſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. „ Ad cumuldum tuæ cedit ſalutis & famæ, ſi perſonas Eccleſiaſti- „ cas præſertim Pontificali dignitate præditas divinæ propitia- „ tionis intuitu oportuni præſidii & favoris gratia proſequaris &c. „ Dudum ſiquidem &c. *prorſus ita ut in præced. & mox.* Cum „ igitur ut idem Epiſcopus in commiſſa ſibi prædicta Eccleſiæ „ Trajectenſis cura facilius proficere valeat, tuus favor ſibi noſ- „ catur eſſe plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, „ monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta man- „ dantes, quatenus eundem Epiſcopum ac Eccleſiam Trajecten- „ ſem ſibi commiſſam, ſuffraganeam tuam, habeat pro noſtra & „ Apoſtolicæ ſedis reverentia propenſius commendatos, & in am- „ pliandis & conſervandis ejusdem Eccleſiæ Trajectenſis juribus „ ſic eam tui favoris præſidio proſequaris, quod ipſe per tuæ auxi- „ lium gratiæ ſe poſſit in commiſſo ſibi ejusdem Eccleſiæ regimine „ utilius exercere, tuque divinam miſericordiam & noſtram ac „ ejusdem Sedis benevolentiam valeas exinde ulterius prome- „ reri. Datum Peruſii Nonis Iulii Pontificatus noſtri anno „ quarto. „

„ *Boniſacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri „ *Frederico* Epiſcopo Trajectenſi Salutem & Apoſtolicam benedi- „ ctionem, Romani Pontificis, quem Paſtor ille cæleſtis & Epiſ- „ copus animarum poteſtatis ſibi plenitudine tradita Eccleſiis præ- „ tulit univerſis plena vigiliis ſollicitudo requirit, ut circa cujuſli- „ bet ſtatum Eccleſiæ ſic vigilanter excogitet, ſicque proſpiciat di- „ ligenter, quod vel per ejus providentiam circumſpectum, vel „ per ſimplicis proviſionis officium, quandoque vero per miniſte- „ rium translationis accommode, prout perſonarum locorumque „ & temporum qualitas exigit, & Eccleſiarum utilitas perſuadet, „ Eccleſiis ſingulis Paſtor accedat ydoneus, & Rector providus de- „ putetur, qui populum ſibi commiſſum per ſuam circumſpectio- „ nem providam & providentiam circumſpectam ſalubriter dirigat & „ informet, ac bona Eccleſiæ ſibi commiſſa non ſolum gubernet uti- „ liter ſed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum ſiquidem „ (*mutatis mutandis, ut ſupra*) *Dein poſt illud* ſuſcipiat incrementa. Vo-

„ lumus

Digitized by Google

Fredericus fecit exequi negotium, & oſtendit literam, & obtulit pecuniam, ſed ille noluit recipere conditionem. Videns Epiſ-

„ lumus autem, quod antequam poſſeſſionem adminiſtrationis bo-
„ norum dictæ Trajectenſis Eccleſiæ recipias, fidelitatis debitæ præ-
„ ſtes juramentum ſub forma, quam venerabilibus fratribus noſtris
„ Archiepiſcopo Colonienſi, & Epiſcopo Monaſterienſi, ſub bulla
„ noſtra mittimus intercluſam, quibus & eorum cuilibet per alias
„ noſtras literas mandamus, ut à te noſtro & eccleſiæ Romanæ no-
„ mine hujusmodi recipiant ſeu recipiat juramentum. Quocirca fra-
„ ternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eandem Trajectenſem Eccleſiam cum gratia noſtræ benedictionis
„ accedens, ſic te in ejus cura ſalubriter exercenda diligentem exhibeas & etiam ſtudioſum, quod Eccleſia ipſa gubernatori provido & fructuoſo gaudeat ſe commiſſam, ac bonus famæ tuæ
„ odor latius diffundatur, tuque præter æternæ retributionis præmium noſtram & dictæ ſedis benedictionem & gratiam uberius
„ conſequi merearis. Datum Perufii Non. Iul. Pontificatus noſtri
„ anno quarto. „

„ *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Capi-
„ tulo Eccleſiæ Trajectenſis Salutem & Apoſtolicam benedictio-
„ nem. Romani Pontificis, quem Paſtor ille coleſtis & Epiſcopus
„ animarum &c. *ut ſupra.* Volumus autem quod idem *Fredericus*
„ Epiſcopus antequam poſſeſſionem adminiſtrationis bonorum di-
„ ctæ noſtræ Eccleſiæ reciperet, fidelitatis debitæ præſtaret jura-
„ mentum ſub forma, quam venerabilibus fratribus noſtris Archie-
„ piſcopo Colonienſi & Epiſcopo Monaſterienſi ſub bulla noſtra
„ miſimus intercluſam, quibus & eorum cuilibet per alias noſtras
„ litteras mandavimus, quatenus ab eodem Frederico Epiſcopo,
„ noſtro & eccleſiæ Romanæ nomine, hujusmodi reciperent ſeu
„ reciperet juramentum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſto-
„ lica ſcripta mandamus, quatenus eidem *Frederico* Epiſcopo tan-
„ quam patri & Paſtori animarum veſtrarum humiliter intendere,
„ ac exhibentes ſibi obedientiam & reverentiam debitas & devotas
„ ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter & efficaci-
„ ter adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem *Frederi-*
„ *cus* Epiſcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus & facie-
„ mus auctore Domino usque ad ſatisfactionem condignam invio-
„ labiliter obſervari. Datum Perufii Non. Iulii. Pontificatus noſtri
„ anno quarto. „

„ *Bonifacius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis Clero civi-
„ tatis & diœceſis Trajectenſis, Salutem & Apoſtolicam benedictio-
„ nem.

Digitized by Google

Epiſcopus quod cum pace & jure obtinere non poſſet, collegit manum fortem, & obſedit civitatem & caſtrum, & ſedit ibi cum ſignis militaribus extenſis. Et amici Domini de *Coeverden* ſcilicet *Gisbertus* Dominus de *Bronchorſt*, Dominus de *Berckel*, & filius Domini *Gisberti* de *Bronchorſt*, de *Batenburch*, & multi alii, tunc facti ſunt inimici Epiſcopi, & quærebant auxilia de Duce Gelriæ. Dux autem loquebatur de pace, ſed Epiſcopus in nullo voluit acquieſcere, niſi habita prius civitate. Quare iratus Dux Gelriæ (1) indixit Epiſcopo bellum, & feudalia ſibi amodo negavit, & omnem amicitiam ejus ab antea modo in irritum fecit. Epiſcopus deliberavit ſe cum ſuis Dominis, ſcilicet Domino de *Breroede*, Domino de *Abcoude*, Domino de *Vianen*, Domino de *Montfoert*, & Domino *Iohanne* de *Renes*, & multi alii milites & famuli. Et deliberabant, ut in obſidione permanerent, & expectarent, quid eis evenire poſſet, & in caſu, quo Dux Gelriæ veniret, tunc civitas *Trajectenſis* & *Amersfordia* irent in *Veluam*, & deſtruerent eam. Sed illi de *Coeverden* nullum auxilium ſperantes

„ nem. Romani Pontificis &c. *ut ſupra & poſt illud*, ſuſcipiet in-
„ crementa. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta
„ mandamus, quatenus eundem Fredericum Epiſcopum tanquam
„ Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes ho-
„ nore, ac exhibentes ſibi obedientiam & reverentiam debitam &
„ devotam ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter &
„ efficaciter adimplere curetis. Alioquin ſententiam, quam idem
„ Epiſcopus tunc tulerit in rebelles, ratam habebimus & facie-
„ mus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam invio-
„ labiliter obſervari. Datum Peruſii Non Iul. Pontificatus noſtri
„ anno quarto. „ Atque ita in tabulario majoris Eccleſiæ.

(1) Vaſallus Epiſcopi Trajectenſis etiam Dux Gelriæ apud Hedam in Adelboldo & in vita Balduini, ut & *ſupra in ead.* Io. à Leidis *lib.* 9. *cap.* 10. Reddi feuda olim moris, ubi bellum exortum dixi *lib. de jur. glad. cap.* 24. *n.* 9. Se ipſum vaſallus ſolvebat vinculo, quo obſtrictus, ut quæ reddita deinceps detineret ut propria, non ut feuda. Guillelm. de Nangis apud d'Achery *to.* 11. *Spicileg.* ad Ann. 1225. *in fin. Guido Comes Flandriæ per ſuum deceptus filium Robertum, ut dicunt, aperte inſurgere parans contra Dominum ſuum Regem Franciæ Philippum per ſuas patentes literas eidem mandavit Pariſius, quod nihil ab eo tenere ſe in feudo aut quoquo modo alio advocabat.* Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 25. *n.* 9.

Digitized by Google

tes tradiderunt Episcopo castrum & civitatem in deditionem salvis corporibus suis & bonis. Anno Domini CIↃ. CCCC. profectus est circa festum Iacobi *Fredericus* cum militia & Burgensibus, & obsedit *Groningen* tribus septimanis à parte, quæ respicit in *Drenten*, & ad ultimum compacti sunt. Anno Domini CIↃ. CCCC. XCVI. obsedit *Fredericus* Episcopus castrum de *Reyneſtein*, & vastavit, & solo æquavit. Item anno CIↃ. CCCC. V. circa festum Luciæ castrum *Everſteyn* traditum fuit sibi salvis corporibus & bonis his, quæ intus erant, & incendit illud & destruxit. Eodem anno circa festum Thomæ *Wilhelmus* Comes *Hollandiæ* in deditionem accepit castrum de *Hageſtein*, salvis corporibus & bonis, quæ intus erant, & statim fuit incendio concrematum, & funditus destructum. Et Fredericus Episcopus ostendit Domino *Wilhelmo* testimonia, quod *Hageſteyn* & *Haaſtrecht* pertinerent ad Ecclesiam Trajectensem ab antiquo. (1) Et sic *Wilhelmus* cessit Episcopo hoc. Anno Domini CIↃ. CCCC. XXI. vastata fuit *Waghening h*. Ann. CIↃ. CCCC. XXII. Domi-

(1) Ea lege etiam Fredericus Ducum socius olim factus. Charta Ann. 1402. „ Aelbrecht bi der genaden Gods Palensgrave op-
„ ten Rhyn, Hertoghe in Beyeren &c. ende Willem van Beye-
„ ren, van Henegouwen, ende van Hollant, bi der genaden Gods
„ Grave van Oestervant, maken kont ende kenlic allen luden,
„ dat wi gelooft hebben voir ons ende voir onsen nacomelingen
„ der Stat van Utrecht, alse waer dat sake dat wy ende onse
„ vrienden wonnen enich van *Hageſteyn*, *Everſtein*, ofte *Leder-*
„ *dam*, datmen dan die rechtevoert nederleggen soude, ende nim-
„ mermeer weder optimmeren, noch laten tymmeren optie ste-
„ den, noch op geen steden in dien landen voersz, noch in dien
„ selven lande nimmermeer tolle te leggen. Ende die Bisscop van
„ Utrecht ende dat Gesticht van Utrecht sullen hebben ende be-
„ houden die Heerlicheden hooge ende lage van den lande van-
„ der Lee, ende so wanneer die Bisscop van Utrecht, die nu is
„ of namaels wesen sal in der tyt, houden wil mit seven stolen,
„ dat die Heerlicheyt van den lande van *Hageſteyn*, die nu ter
„ tyt die Heere van *Arckel* besit, ende die Heerlichede van den
„ lande van *Haeſtrecht* hooge ende laghe den Gesticht van Utrecht
„ mit recht toebehoren, so wes dat si dair of houden, dat sul-
„ len wi hoer ende onse nacomelingen rustelikeu laten houden
„ ende gebruken, behoudeliken den Bisscop ende den Gestichte
„ van Utrecht voersz hoers stooms, of zy dat gehout niet en
deden,

Digitized by Google

Dominus *Zuederus* de *Culenburgh* portavit caput S. *Adriani* martyris Trajectum in ſummo, cujus Præpoſitus *Zuederus* fuit, quod multo tempore requievit in *Marienweert* monaſterio, ſed quod parum ibi fuit in honore. Anno Domini CIↃ. CCCC. XXIII. (1) in die S. Victoris obiit Epiſcopus *Fredericus de Blanckenhem*, poſtquam adminiſtravit Epiſcopatum XXX. annis. Quo mortuo

„ deden, ende behoudeliken Vrouwe *Margareta* van *Cleve*, ouſer „ liever geſellinnen, ende onſer liever ſuſter, hoer lyftocht aen den „ lande van Haeſtrecht voergenoemt, alſo lange als ſy leeft, ende „ oic ſullen wy ende onſe nacomelingen die Heerlicheden van „ den ſelven lande behouden totter tyt, dat voerſz gehout gedaen „ ſal weſen, maer mitter Stad ende Slot tot Gorinchem ende lande „ van *Arckel* daer toe behorende ſullen wy altoos onſen vryen „ wille mede mogen doen, of wy dat becraftichden ende wonnen, behoudelicken den Geſtichte van Utrecht hoers ſtrooms, „ alſe voerſz is. Alle deſe voirſz punten ende voirwairden gelo„ ven wy voir ons ende voir onſe nacomelingen der Stadt van „ Utrecht voirſz vaſte ende geſtade te houden tot euwiger dagen, ende niet te verbreken in geenre wys. In oerconde „ &c. Gegheven in den Haghe op ſinte Ians avont te midſomer „ Anno CIↃ. CCCC. ende twee.

(1) IX. Octobr. ſepultus eadem die in majori Eccleſia. Sepulturam præproperam ſiquis forſan miretur, nec ego, ut verum fatear, ſatis poſſum mirari. Nam vix ſimile quid occurrit. Certe & funeris apparatus, & quæ curando ei neceſſaria, eodem die an in promptu? Neceſſe id tamen ut præſupponas: de facto enim ſatis conſtat ex publico inſtrumento, quo certus novæ electioni conſtitutus eſt dies. Inſtrumentum eſt ex tabulario Eccleſiæ S. Mariæ.

„ In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejuſdem CIↃ. CCCC. „ viceſimo tertio, die Lunæ, XVIII. menſis Octobris, hora ter„ tiarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Do„ mini noſtri, Dn. Martini divina providentia Papæ quinti anno „ ſexto, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum, ad „ hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia venerabiles „ & circumſpecti viri Dn. Iacobus de Lichtenberch Præpoſitus S. „ Petri, Henricus Houberch S. Salvatoris, Gotfridus Vetcoper „ Sancti Iohannis, & Iohannes Wit de Delft, Beatæ Mariæ Tra„ jectenſium Eccleſiarum Decani, nec non Iohannes Wael, Ar„ noldus Wael, Magiſter Petrus de Amſterdam, Bertoldus Lich„ tenberch, Iohannes Heelt, Laurentius filius Wilhelmi, Theo„ dricus de Weert, Iohannes de Herken, Wilhelmus de Rams„ dorp, Magiſter Petrus filius Franconis, Magiſter Iohannes Co-

 „ lentier,

Digitized by Google

mortuo multi Principes rogabant, unuſquiſque pro amicis ſuis. Epiſcopus Colonienſis pro *Walramo* de *Muerſa* fratre ſuo. Epiſ-

„ lentier, Petrus Paſſert, Henricus Streye, Wolferus Bonyng, „ Lambertus Vliger, Magiſter Arnoldus de Thygelen, Iohannes „ filius Theodrici, Gerardus de Zelinge, Arnoldus Bonyng, Wil- „ helmus de Wye, Volkerus de Lichtenberch, Iohannes de Bru- „ neſvelde, Magiſter Theodricus de Bockholdia, Florentius de „ Zoelen, Hacco de Outheuſden, Tydemannus Brant, Nicolaus „ de Meerten, Magiſter Henricus de Compoſtelle, & Iohannes „ de Steyn Eccleſiarum Trajectenſium Canonici Capitulares, in „ generali Capitulo congregati, Capituloque ſuper præfixione ter- „ mini electionis futuri Epiſcopi Eccleſiæ Trajectenſis, vacantis „ ad præſens per mortem bonæ memoriæ Reverendi in Chriſto „ Patris ac Domini, Dni Frederici, dum vixit, noviſſimi Epiſcopi „ Trajectenſis, qui IX. menſis Octobris præſentis diem ſuum clauſit „ extremum, & eadem die nona corpus ſuum in majori Eccleſia „ Trajectenſi condecenter & honorifice Eccleſiaſticæ traditum fuit „ ſepulturæ, ſpecialiter convocato, & indicto, convenientes in „ unum feriam tertiam proximam poſt feſtum Beati Wilbrordi „ Epiſcopi proxime futuram, quæ erit & eſt dies nona menſis „ Novembris proxime venturi, cum continuatione ſequentium „ dierum ad electionem vel poſtulationem futuri Epiſcopi Trajecten- „ ſis celebrandam unanimiter ſtatuerunt & præfixerunt. Acta fue- „ runt hæc loco prædicto ſub anno, indictione, menſe, die, ho- „ ra, & Pontificatu, quibus ſupra. Præſentibus ibidem honorabi- „ libus & diſcretis, viris, Dominis, Magiſtro Waltero Grawert, „ Henrico Rover, Magiſtro Giſelberto Abbout, Iohanne Weert, „ & Wilhelmo de Meerten, majoris, S. Salvatoris, S. Iohannis, „ & Beatæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium Canonicis non Ca- „ pitularibus, nec non Iacobo Formyn, & Magiſtro Iohanne Ga- „ lencoop perpetuis beneficiatis in dicta Eccleſia majori Trajec- „ tenſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. „

Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum quod pro more non electus ſucceſſor, deceſſore adhuc inhumato, quod poſt mortem Antiſtitis abierint ſtatim magiſtratu ejuſdem Vicarius, Officialis, & Actuarius, ſigillis in Capitulo exhibitis & clero redditis, quod tradita hæc Præpoſito majoris Eccleſiæ, quod quæ defuncti inſignibus erant ſculpta confracta, data alioquin ei, quem communi ſuffragio clerus habilem cenſuiſſet, & ad munus idoneum. Contra cum feciſſet poſt obitum Frederici majoris Præpoſitus, quicquid perperam ab eo factum mox quatuor Eccleſiæ prorſus irritum declararunt, majori nequicquam in contrarium proteſtante. Paulo

Digitized by Google

Epiſcopus Leodienſis pro Præpoſito in *Aken*, qui fuit filius de *Buren*, Epiſcopus Monaſterienſis pro *D. Alberto de Hoya*, cujus

Paulo tamen poſt concordia rurſum placuit, recepto etiam à majori, quem quatuor dixerant Eccleſiæ, Vicario & Officiali, Nequid dicam non probans, duo addam hic inſtrumenta ex eodem Chartulario. Primum ſe habet ita:

Inſtrumentum ſuper eo, quod ſede vacante poſt mortem Dni Frederici de Blanckenheim exhibitis in Capitulo generali ſigillis Epiſcopalibus & Officialitatis, cum D. Swederus Præpoſitus illa Vicedecano vellet aſſignare, reclamantibus reliquis Eccleſiis tandem aſſignata fuerunt Deputato ad hoc per quatuor

„ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen, Per hoc præ-
„ ſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod
„ anno à nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo viceſimo ter-
„ tio, indictione prima, die Dominica, decima menſis Octobris,
„ hora nona vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris
„ & Dni noſtri D. Martini divina providentia Papæ quinti anno
„ ſexto, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad
„ hoc ſponte vocatorum & rogatorum præſentia conſtitutis Vene-
„ rabilibus & circumſpectis viris Dnis Swedero de Culenborch ma-
„ joris, Jacobo de Lichtenberch Sancti Petri, Theodrico de
„ Waſſenaer Sancti Johannis Eccleſiarum Trajectenſium Præpoſi-
„ tis, ac Henrico Houberch Sancti Salvatoris, Godefrido Vetco-
„ per Sancti Johannis, & Johanne Wit de Delf Beatæ Mariæ vir-
„ ginis Eccleſiarum Trajectenſium Decanis, nec non Magiſtro
„ Rudolpho Tam, Magiſtro Waltero de Ingen, Johanne Waell,
„ Arnoldo Waell, Magiſtro Petro de Amſtelredam, Bertoldo de
„ Lichtenberch, Johanne de Mynden, Johanne Waell, Johanne
„ Heelt, Laurentio filio Wilhelmi, Theodrico Weert, Henrico
„ Zoudenbalch, Johanne de Herckeler, Wilhelmo de Ramſdorp,
„ Nicolao filio Meynardi, Magiſtro Petro filio Franconis, Ma-
„ giſtro Johanne Colentier, Petro Paſſert, Henrico Streye, Ma-
„ giſtro Andrea Veer, Lamberto Vlieger, Magiſtro Arnoldo de
„ Tychelen, Wolffero Boning, Johanne Spyker, Andrea de
„ Swerlee, Magiſtro Herberno de Jutfaes, Gerardo de Reno,
„ Johanne de Hidderniſſe, Wilhelmo filio Theodrici, Gerardo de
„ Zelinghe, Johanne de Ginkell, Arnoldo Boning, Frederico Cap-
„ pellaen, Magiſtro Ottone filio Amilii, Giſelberto Heerman,
„ Wilhelmo de Wyc, Volkero de Luchtenberch, Johanne de
„ Brunſvelde, Magiſtro Paulo de Cloetingen, Hermanno Vos,
„ Magiſtro Theodrico de Bocholdia, Magiſtro Bernardo uten En-
„ ge, Florentio de Soelen, Magiſtro Gerardo filio Jacobi, Hac-
„ kone de Outhueſden, Magiſtro Henrico de Compoſtelle, Ni-
„ colao de Meerten, Johanne Steyn, & Johanne Strymp Cano-
„ nicis Capitularibus univerſalis Eccleſiæ Trajectenſis in domo Ca-
„ pitulari Eccleſiæ majoris Trajectenſis Capitulariter congregatis,
„ Capitulum generale repræſentantibus & facientibus, Capituloque

Digitized by Google

jus ipſe avunculus fuit. Dominus de *Monte* pro D. *Gerardo* de *Cleve*. Dux Clivenſis pro Domino *Rodolpho* de *Diepholt* nepote

Eccleſiæ, non obſtante reclamatione Capituli majoris Ann. 1484.

„ ad tractandum ſuper utilitate univerſalis patriæ Trajectenſis propter obitum quondam bonæ memoriæ Dni Frederici de Blanckenheim dum vixit noviſſimi Epiſcopi Trajectenſis, heri poſt veſperas in Eccleſia majori Trajectenſi decenter & honorifice Eccleſiaſticæ traditi ſepulturæ, ſpecialiter indicto, memoratus Dns Arnoldus de Waell Canonicus Eccleſiæ majoris Trajectenſis ſurgens propoſuit, & publice prorupit in hæc verba vel eis in effectu ſimilia, videlicet, Dne Præpoſite Trajectenſis, eſt conſuetudo noſtra, ex quo dictus Fridericus Epiſcopus ab hac luce deceſſit, quod tunc ipſius Vicarius generalis deberet & teneretur exhibere & præſentare ſigilla ſua hic in Capitulo generali. Tandem venerabilis & circumſpectus vir Dns Wilhelmus de Renen Canonicus Eccleſiæ majoris Trajectenſis, Præpoſitus Embricenſis, olim Vicarius generalis dicti Dni Epiſcopi, ibidem vocatus duo ſigilla ſcilicet unum ad cauſas & aliud ſecretum armis dicti Dni Epiſcopi ſculpta, nec non unum majus & duo parva ſigilla Officialitatis, & D. Wilhelmus Wye Canonicus Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis præfatus olim Secretarius ejuſdem Dni Frederici Epiſcopi etiam unum aliud ſigillum ſecretum armis dicti Epiſcopi ſculptum, licet prius confractum, ibidem exhibuerunt, & prædicto Dno *Swedro* Præpoſito Trajectenſi ex parte univerſalis Eccleſiæ Trajectenſis in manibus ſuis recipienti tradiderunt, quorum duo armis dicti Dni Epiſcopi ſculpta ad prædictum Præpoſitum præſentata ſtatim & in continenti, ut moris eſt, ibidem confracta fuerunt. Et poſtquam memoratus Dns Trajectenſis Præpoſitus voluit hujuſmodi ſigilla Officialitatis tradere Dno *Arnoldo Waell*, tanquam Vicedecano Eccleſiæ majoris Trajectenſis, ſtatim ſurrexit Dns *Bartholdus* de *Lichtenberch* Canonicus Eccleſiæ Sancti Johannis Trajectenſis & dixit ex parte Prælatorum & Canonicorum quatuor Eccleſiarum, videlicet Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis & Beatæ Mariæ virginis Trajectenſiam, quod hoc nunquam fieret, prout id idem omnes Prælati & Canonici dictarum quatuor Eccleſiarum ibidem exiſtentes unanimiter clamaverunt dicentes, quod dicta ſigilla Officialitatis deberent committi uni perſonæ ydoneæ per univerſalem Eccleſiam Trajectenſem nominandæ & eligendæ, prout id obſervatum fuit & eſt per longæva tempora diverſis vicibus, & præſertim ita fuit unanimiter & concorditer per quinque Eccleſias practicatum, obſervatum, & actum vacante Eccleſia Trajectenſi per mortem quondam Dni *Florentii* de *Wroetichoven* immediate

Digitized by Google

pore ſuo, & multi alii, unuſquiſque pro ſuis. Ad ultimum deliberati Canonici & Burgenſes cum militia, & principales

„ mediate prædeceſſoris dicti Dni Friderici noviſſimi Epiſcopi Tra-
„ jectenſis, referentes ſe ſuper præmiſſis ad legitima documenta &
„ diverſas ſcripturas & inſtrumenta deſuper confecta, ſuis loco &
„ tempore oportuno, ſi opus fuerit, producenda, & etiam ad
„ diverſos Canonicos Capitulares adhuc in humanis agentes, qui
„ præmiſſis vacante Eccleſia Trajectenſi per obitum dicti Dni *Flo-*
„ *rentii* dum vixit, Epiſcopi Trajectenſi, Capitulariter & perſo-
„ naliter interfuerunt. Ex adverſo Canonicis majoris Eccleſiæ
„ Trajectenſis aſſerentibus dicta ſigilla Officialitatis committi de-
„ bere Duo Decano Trajectenſi, ſi præſens fuerit, in ipſius ab-
„ ſentia ſeniori Canonico ejuſdem Eccleſiæ tanquam Vicedecano,
„ & nulli alteri, dicentes hoc contineri & expreſſe caveri in libro
„ Cameræ Eccleſiæ Trajectenſis. Tandem habitis & diverſis aliis
„ altercationibus inter & per prædictos Duos Prælatos & Canoni-
„ cos memorati Dni Eccleſiæ majoris Trajectenſis animo melius
„ deliberandi acceſſerunt ad parvam domum Capitularem ejuſ-
„ dem Eccleſiæ majoris Trajectenſis, & poſt modici temporis in-
„ tervallum Magiſter *Iohannes Colentier* & *Bernardus uten Enge* miſſi
„ per eoſdem Duos Eccleſiæ majoris Trajectenſis per os dicti Ma-
„ giſtri Dni *Iohannis Colentier* antedictis Prælatis & Canonicis præ-
„ dictarum aliarum quatuor Eccleſiarum ſupplicarunt, & voluerunt
„ eis dare deliberationem ſuper præmiſſis ad finem, ut ipſi melius
„ poſſent ſe informare ſuper propoſitis & allegatis per Prælatos
„ & alios Canonicos præfatos uſque ad feriam tertiam proximam.
„ Qui quidem Dni Prælati & Canonici poſt aliqualem deliberatio-
„ nem inter ipſos habitam reſponderunt per os dicti Dni Præpo-
„ ſiti Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis in hæc verba vel eis ſimi-
„ lia, videlicet quod vellent procedere & tractare ſuper utilitate
„ patriæ Trajectenſis, prout Capitulum indictum erat, nam adhuc
„ plura alia negotia habebant tractare propter mortem dicti Dni
„ Epiſcopi, ſic quod non auderent hujusmodi negotium differre
„ aut prorogare propter maxima pericula fortaſſe interim patriæ
„ Trajectenſi eventura. Tandem præfatis Magiſtris *Iohanne Colen-*
„ *tier* & *Bernardo uten Enge* ſecundario miſſis & prædictam delibe-
„ rationem poſtulantibus ſæpe dicti Dni Prælati & Canonici qua-
„ tuor aliarum Eccleſiarum reſponderunt ut prius per os ejuſdem
„ Dni Præpoſiti Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis, videlicet quod
„ non auderent ſuperſedere propter cauſam ſuperius expreſſam.
„ Deinde poſt modici temporis ſpatium dictis Dnis Canonicis ma-
„ joris Eccleſiæ de præfata parva domo Capitulari redeuntibus,

„ ibidem

cipales civitates, ſcilicet *Daventria*, *Zwollis*, *Amersfordia*, *Trajectum*, *Groninghen*, & *Campis*, convenerunt, & rogabant Eccleſiam,

„ ibidem aſtantibus & audientibus, memorati Dni Prælati & Ca-
„ nonici aliarum quatuor Eccleſiarum ſupplicarunt eisdem Dnis
„ Canonicis majoris Eccleſiæ Trajectenſis, ut ipſi velint intereſſe
„ ibidem pro utilitate Patriæ agendis, prout Capitulum erat indic-
„ tum, nam ipſi nollent nec auderent exſpectare, quin vellent
„ procedere & tractare, quæ ibidem eſſent tractanda & peragen-
„ da, antequam recederent de dicta domo Capitulari propter
„ cauſam ſuperius expreſſam. Qui quidem Dni Canonici Eccle-
„ ſiæ majoris Trajectenſis reſponderunt & dixerunt in hæc verba
„ vel eis in effectu ſimilia, quod ipſi nollent tractare de aliqua
„ materia, neque procedere ad aliquem actum pro tunc, & quod
„ prolongatio ſuperius per ipſos poſtulata nullo modo eſſet eis
„ deneganda, quodque ad procedendum ad ulteriora ipſi ſalva
„ eorum conſcientia non poſſent conſentire, ſaltem illa vice, niſi
„ melius eſſent informati, & ſanius deliberati, & ſi ſecus fieret pro-
„ teſtabantur de injuriis & contemptu, cum ipſi non peterent ali-
„ quam dilationem malitioſe vel cauteloſe, ſed ſolummodo ad fi-
„ nem, ut ipſi poſſent ſanius informari ſuper facti veritate hujusmodi
„ negotii, & ſic finaliter omnia ulterius tractanda inter ipſos hinc in-
„ de pacifice & quiete tractarentur. Super quibus præfati Dni Prælati
„ & Canonici quatuor aliarum Eccleſiarum reſponderunt & dixerunt
„ in hæc verba, vel eis ſimilia, ſcilicet quod ipſi ad ſtatim vellent ipſos
„ Dnos Canonicos majoris Eccleſiæ informare ſuper hujuſmodi nego-
„ tio per quinque Canonicos Capitulares ibidem præſentes, videlicet
„ quod ſigilla Officialitatis fuerunt commiſſa Eccleſia vacante per
„ mortem quondam Dni *Florentii de Wevelichoven* uni ydoneæ perſonæ
„ per univerſalem Eccleſiam Trajectenſem. Qui quidem Canonici licet
„ parati erant teſtificari mediis eorum juramentis, quod ita fuiſſet
„ factum ſic prænarratum, & ſupplicatum fuit dictis Canonicis Ec-
„ cleſiæ majoris Trajectenſis, quatenus eorum juramenta ſuper hoc
„ reciperentur adſtatim, ut ceſſaret occaſio dilationis ad infor-
„ mandum ſe, hoc tamen facere renuerunt. Ideo dixerunt Præ-
„ lati & Canonici quatuor Eccleſiarum prædicti per os præfati
„ Dni Præpoſiti Sancti Petri, quod petitam dilationem haberent
„ ſuſpectam, & de præteritis injuriis præſumerent ad futuras. Pro-
„ pterea videretur eis, ut afferuerunt, quod negotium per dilatio-
„ nem frivolam non eſſet ad bonum finem perventurum. Idcirco
„ procedere vellent, ac expreſſe proteſtabantur, quod ipſi nequa-
„ quam contempnerent neque ſpernerent ipſos, ymmo ibidem ad
„ ſtatim ſupplicarunt Canonicis Eccleſiæ majoris, ut ipſi vellent
„ ſecum

Digitized by Google

cleſiam, quod eligerent *Rodolphum* de *Diephout*, quia non ſciebant utiliorem Eccleſiæ ſecundum ſcita terrarum tunc temporis.

„ ſecum & unanimiter intereſſe ibidem tractandis & peragendis ſu-
„ per utilitate Patriæ Trajectenſis, & quicquid in hujuſmodi facto
„ tractarent, non facerent in contemptum ſeu injuriam Eccleſiæ
„ majoris Trajectenſis & Canonicorum ejuſdem, ſed pro utilitate
„ Patriæ Trajectenſis, ſuper qua Capitulum eſt indictum. Et his
„ dictis omnes & ſinguli Prælati ibidem exiſtentes & Canonici qua-
„ tuor Eccleſiarum prædicti ad ea, quæ utilitatem Patriæ Traje-
„ ctenſis concernebant, ut aſſeruerunt, procedentes, unanimiter &
„ concorditer elegerunt Venerabilem & circumſpectum virum *D.*
„ *Jacobum de Lichtenberch* Præpoſitum Eccleſiæ Sancti Petri Traje-
„ ctenſis prædictum ad exercendum Officium Vicariatus Generalis
„ in territorio & diœceſi Trajectenſi, adjungentes ſibi pro Coad-
„ jutore in hujuſmodi officio Venerabilem virum Dnm Iacobum
„ Hondertmerck Canonicum Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajecten-
„ ſis, ac Venerabilem & circumſpectum virum *Magiſtrum Henricum*
„ *Houbercb* Decanum Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajectenſis in Of-
„ ficialem Trajectenſem deputarunt. Qua quidem electione per
„ dictos Dnos Prælatos & Canonicos prædictarum quatuor Eccle-
„ ſiarum unanimiter & concorditer facta prænominatus Dns *Iacobus*
„ Præpoſitus Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis de unanimi con-
„ ſenſu & voluntate eorundem Dnorum & Canonicorum quatuor
„ Eccleſiarum de manibus dicti Præpoſiti Trajectenſis quandam
„ burſam de corio, in qua erant dicta tria ſigilla Officialitatis ad
„ ſe recipiens, & eandem aperiens, majus ſigillum Officialitatis
„ ex eadem burſa extractum dicto Dno Decano Eccleſiæ Sancti
„ Salvatoris, ea qua decuit reverentia ibidem adſtatim tradidit, &
„ effectualiter deliberavit. Et tunc ad ſtatim Dns Arnoldus Waell
„ dixit ad dictum Dnm Decanum Sancti Salvatoris ſub his verbis
„ vel eis ſaltem ſimilibus: *Ego nomine meo & confratrum meorum*
„ *Canonicorum Trajectenſium hic præſentium requiro vos ut non re-*
„ *cipiatis nec acceptetis aliquod officium ſeu ſigillum in contemptum Ec-*
„ *cleſiæ noſtræ.* Ad quæ idem Dns Officialis reſpondit, quod hu-
„ juſmodi onus acceptavit ex ordinatione & conceſſione univerſa-
„ lis Eccleſiæ pro utilitate Eccleſiæ & Patriæ Trajectenſis, & non
„ in contemptum neque injuriam Eccleſiæ majoris Trajectenſis ſeu
„ ipſius Canonicorum. Et tunc iterum Magiſter *Iohannes Colentier*
„ prædictis inhærendo dilationem petiit nomine ſuo & Eccleſiæ
„ ſuæ, omnibus & ſingulis non conſentiendo contradixit, prote-
„ ſtando de nullitate actorum ibidem, de injuria & contemptu
„ factis Eccleſiæ Trajectenſi, & perſonis ejuſdem, quia ſuper hu-
„ juſmodi deputatione cum ipſis non fuit tractandum. Ad quod

Digitized by Google

ris. Et dies electionis indicitur in profesto Martini, & quinque Ecclesiæ iverunt ad Capitulum, ita quod *Walramus* de *Muersa* habuit

„ præfatus Magister *Arnoldus de Tychel* dictis Dns Prælatis & Ca-
„ nicis quatuor Ecclesiarum contentiens replicavit dicens in hæc
„ verba vel in effectu similia, *quod dicti Dni Canonici majoris Ec-*
„ *clesiæ non essent contempti, cum essent ibidem præsentes cum eis in eo-*
„ *dem tractatu, & licet contradicerent, propter hoc non deberet annulla-*
„ *ri negotium determinatum per supradictos Prælatos & Canonicos qua-*
„ *tuor Ecclesiarum, quia de consuetudine esset universalis Ecclesiæ, quod*
„ *quatuor Capitula traherent ad se quintum.* Quibus omnibus & sin-
„ gulis sic peractis & agitatis præfatus D. Præpositus & Archidia-
„ conus Ecclesiæ Trajectensis se à dicto Capitulo absentando abiit
„ & recessit. Deinde statim sine aliquo intervallo prædicti Dni
„ Prælati & Canonici quatuor aliarum Ecclesiarum continuando hu-
„ jusmodi Capitulum unanimiter, quantum in eis erant, nomina-
„ runt D. *Johannem* de *Ryneſſe* militem & *Gybertum* de *Rysenburch*
„ Seniorem ad regendam patriam territorii Trajectensis in tempo-
„ ralibus. Quibus omnibus & singulis sic peractis dicti Dni
„ Canonici Ecclesiæ majoris Trajectentis ibidem præsentes præmissa
„ audientes & iisdem intereſſentes iterum inhærendo omnibus præ-
„ missis per eos factis protestabantur de injuriis & contemptu ipsi
„ Ecclesiæ & ipsis factis & illatis, & quod Capitulum hujusmodi
„ non fuit indictum ad singularia præmissa ibidem tractata & per-
„ acta. Ex adverso vero Prælatis & Canonicis quatuor aliarum
„ Ecclesiarum de contrario protestantibus, asserentibus præmissa
„ ita fieri debere, & quod omnia per ipsos ibidem peracta & tra-
„ ctata concernerent utilitatem Patriæ Trajectensis, super qua uti-
„ litate tractanda Capitulum fuit & est indictum, & quod ita fuit
„ observatum in ultima vacatione Ecclesiæ Trajectensis, prote-
„ stantibusque ante omnia, quod præmissa fecerunt pro utilitate
„ Patriæ & Ecclesiæ Trajectensis, & non in contemptum Ecclesiæ
„ Trajectensis prædictæ, Referentibus se ad præmissa, videlicet
„ quod ipsi supplicaverant eisdem Dnis Canonicis Ecclesiæ majo-
„ ris, quatenus conformarent se aliis Prælatis & quatuor Capitu-
„ lis prædictis, prout adhuc iterato supplicarunt ad evitandum pe-
„ ricula exinde fortassis eventura ac scandalum & confusionem in
„ Ecclesia Dei. Tandem habitis inter eosdem hujusmodi & diver-
„ sis aliis altercationibus de domo Capitulari præfati Dni abie-
„ runt & recesserunt. Super quibus omnibus & singulis dicti Dni
„ Prælati & Canonici quatuor Ecclesiarum petierunt ipsis &
„ eorum cuilibet unum vel plura publicum vel publica à me
„ Notario infra scripto fieri instrumentum & instrumenta.

„ Acta.

Digitized by Google

habuit voces. Præpositus in summo *Zuederus* de *Culenburch* habuit voces, & multi alii, sed *Rodolphus* habuit multo majores quam

„ Acta sunt hæc Trajecti loco supra scripto, sub anno, indictio-
„ ne, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsenti-
„ bus ibidem honorabilibus & discretis viris Dnis *Johanne* de *Rivo*
„ Sancti Petri, *Johanne Hondertmarckt*, *Waltero Grawert*, *Johanne*
„ *Weert* Sancti Salvatoris, Magistro *Gysberto Abbout*, & *Wilhelmo*
„ de *Meerten* Sancti Johannis, *Nicolao* van *Camp*, Magistro *Gys-*
„ *berto* de *Spangen*, & *Baldewino* Vos, Beatæ Mariæ Ecclesiarum
„ Trajectensium Canonicis non Capitularibus, & *Jacobo Formyn*,
„ ac Magistro *Johanne Galencoop* Notario publico, perpetuis Vi-
„ cariis in dicta Ecclesia majori Trajectensi, testibus ad præmissa
„ vocatis & rogatis. Et ego *Johannes* de *Noerde* clericus Traje-
„ ctensis publicus Apostolica &c.

Alterum hoc est, quod sequitur:

„ *In nomine Domini* Amen. Anno à nativitate Domini CIↃ. CCCC.
„ vicesimo tertio, indictione prima, Sabbato post festum beato-
„ rum Ieronis & Victoris, quæ fuit & est dies XVI. mensis Octo-
„ bris hora tertiarum, vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo
„ Patris ad Domini nostri, Dni Martini divina providentia Papæ
„ quinti anno sexto coram Venerabilibus ac circumspectis viris,
„ Dnis Theodrico de Wassenaer Præposito & Gotfrido Vetcoper
„ Sancti Johannis, & Johanne Wit de Delft Sanctæ Mariæ Virgi-
„ nis Ecclesiarum Trajectensium Decanis, nec non Arnoldo Gru-
„ ter, Magistro Waltero de Deyngen, Johanne Waell, Arnoldo
„ Waell, Johanne Heels, Laurentio filio Wilhelmi, Johanne de
„ Herkelo, Wilhelmo de Ramsdorp, Nicolao filio Meynardi,
„ Magistro Petro filio Franconis, Magistro Johanne Colentier,
„ Lamberto Vliger, Petro Passert, Henrico Screy, Magistro
„ Arnoldo de Thigelen, Wolpharto Bonyrg, Andrea Jacobi de
„ Scoerle, Johanne filio Theodrici, Magistro Wilhelmo de Hil-
„ dernisse, Magistro Herberto de Jutfaes, Everardo de Reno, Jo-
„ hanne Spycker, Gerardo de Zelinge, Iohanne Ginckel, Arnol-
„ do Boningh, Gerlaco filio Florentii, Frederico Cappellaen, Ot-
„ tone filio Æmilii, Giselberto Heerman, Wilhelmo Wye, Vol-
„ kero de Lichtenbergh, Iohanne de Brunsvelde, Magistro Pau-
„ lo de Cloetingen, Hermanno Vos, Magistro Theodrico de
„ Boekholdia, Magistro Bernardo uten Enge, Florentio de Soe-
„ len, Tydemanno Brant, Magistro Gerardo filio Iacobi, Nico-
„ lao de Meerten, Iohanne Scrimp, Magistro Henrico de Com-
„ postelle, & Iohanne de Steyn, Ecclesiarum Trajectensium Ca-

 „ nonicis

quam aliquis, & ſic habuit electionem præ aliis. Quod pronunciatum fuit de choro omni populo, ita quod Rodolphus electus

„ nonicis Capitularibus, in generali Capitulo congregatis, Capi-
„ tuloque ſuper hoc & aliis ſequentibus ſpecialiter indicto, in mei
„ Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter
„ conſtitutus venerabilis & circumſpectus vir Dominus Suederus
„ de Culenburch, Præpoſitus & Archidiaconus majoris Eccleſiæ
„ Trajectenſis ſigilla Officialitatis, videlicet unum magnum & duo
„ parva unius formæ, alias videlicet die Dominica, decima menſis
„ Octobris ſupraſcripti proxime præterita per venerabilem & cir-
„ cumſpectum virum, Dominum de Rimen, Præpoſitum Embri-
„ cenſem, Vicarium generalem quondam Reverendi Patris ac Do-
„ mini, Dni Frederici, dum vixit, noviſſimi Epiſcopi Trajectenſis
„ ex parte univerſalis Eccleſiæ Trajectenſis ſibi tradita, in mani-
„ bus ſuis tenens, quorum duo parva ſigilla ex parte univerſalis
„ Eccleſiæ Trajectenſis venerabili & circumſpecto viro Dn. Iacobo
„ de Lichtenberch Præpoſito Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis
„ dedit, & eidem officium Vicariatus exercendum commiſit, idem-
„ que Dn. Iacobus Præpoſitus hujuſmodi officium ſibi commiſſum
„ in ſe recepit, & juravit, manu ſua dextra ſuper pectus ſuum po-
„ ſita, quod hujuſmodi Vicariatus officium fideliter & legaliter
„ exerceret, promittens ſe ſuper exceſſibus magnis, & gravibus,
„ & arduis negotiis in patria Trajectenſi factis aut faciendis, Ca-
„ pitulo generali Trajectenſi conſulendo, & ſecundum eorum con-
„ ſilium in hujuſmodi officio proceſſurum, & nihil in talibus ſine
„ ipſorum conſenſu expreſſe attemptaturum. Inſuper promiſit idem
„ D. Præpoſitus S. Petri Dominis prædictis de omnibus receptis &
„ recipiendis, expoſitis & exponendis, de in hujuſmodi officio
„ fideliter ſibi exercendo commiſſo, ad requiſitionem ipſorum aut
„ Deputatorum ex parte eorundem ſuam facere computationem,
„ & plenariam de eiſdem ſatisfactionem ad uſus futuri Epiſcopi
„ Trajectenſis. Item eidem Domino Præpoſito fuit commiſſum
„ eadem hora, quod de conſilio Deputatorum Dominorum præ-
„ dictorum, vacante Sede Trajectenſi, fieri faciat ſibi ſigillum
„ Vicariatus ſibi commiſſi. Item fuit ſibi commiſſum, quod bene
„ reſpiciat ad utenſilia & clenodia conſiſtentia in domo Epiſcopa-
„ li, & ea faceret conſervari in bona cuſtodia ad opus futuri Epiſ-
„ copi Trajectenſis.

„ Eiſdem anno, menſe, die, hora, & Pontificatu, & loco,
„ quibus ſupra, idem Dn. *Suederus* Præpoſitus & Archidiaconus
„ Trajectenſis ex parte univerſalis Eccleſiæ venerabili ac circum-
„ ſpecto viro *D. Henrico Houbercb*, decretorum Doctori, Decano
„ Eccleſiæ S. Salvatoris majus ſigillum Officialitatis Trajectenſis

„ ex

Digitized by Google

electus esset in Episcopum Trajectensem. Et ipse tunc temporis erat in civitate cum Duce Clivensi & tulerunt eum, & intro-

„ ex parte universalis Ecclesiæ Trajectensis dedit, ac deliberavit, „ & officium suum Officialitatis, quod ante exercuit ex parte quon- „ dam Dn. *Frederici* Episcopi Trajectensis prædicti, fideliter exer- „ cendum ad usus universalis Ecclesiæ & futuri Episcopi Trajecten- „ sis commisit sub juramento suo quondam Episcopo *Frederico* præ- „ dicto præstito, & promisit per dictum juramentum idem Domi- „ nus *Henricus Houbercb* Decanus dictis Dominis de omnibus pro- „ ventibus & proveniendis de hujusmodi officio tam præteritis „ quam futuris ad requisitionem dictorum Dominorum aut Depu- „ tatorum, ex parte eorundem suam facere computationem & „ plenariam de eodem satisfactionem ad usus & opus futuri Epis- „ copi Trajectensis. Item anno, indictione, mense, die, hora, „ loco & Pontificatu præscriptis Dn. *Iacobo de Lichtenbercb* Præpo- „ sito prætacto fuit commissum ex parte universalis Ecclesiæ Tra- „ jectensis, quod diceret Dn. *Matthæi* Episcopo *Biduanensi*, ut or- „ dines celebret, & omnia alia exerceat prout ipse exercuit tem- „ pore Frederici novissimi Episcopi Trajectensis usque ad futuri „ Episcopi Trajectensis revocationem. Super quibus omnibus & „ singulis Prælati & Canonici Capitulares Sancti Salvatoris, Sancti „ Petri, Sancti Iohannis, & Beatæ Mariæ Virginis Ecclesiarum „ Trajectensium petierunt ipsis & eorum cuilibet unum vel plura „ fieri instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti „ in loco Capitulari generali universæ Ecclesiæ Trajectensis, sub „ anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus „ supra, præsentibus ibidem honorabilibus ac discretis viris D D. „ Nicolao de Campo, Iohanne de Ema, Iohanne Hondertmerck, „ Henrico Rover, Magistro Giselberto de Spangen, Petro Bon- „ gaert, Magistro Giselberto Abbout, Iohanne Weert, & Wil- „ helmo de Meerten Canonicis non Capitularibus, majoris, S. „ Salvatoris, S. Petri, S. Iohannis & Beatæ Mariæ Ecclesiarum „ Trajectensium, nec non Magistris Henrico de Vinario, Gerar- „ do Gothers, Iacobo Formyn, Wilhelmo Knoop, & Magistro „ Iohanne Galencoop Notario publico, perpetuis Vicariis in dicta „ majori Ecclesia Trajectensi, testibus fide dignis, ad præmissa „ vocatis specialiter & rogatis. „

Et hactenus quidem pax, constitutis in spiritualibus Vicario generali, in temporalibus Protectoribus, seu ut vulgo Ruardis, Gisberto van Vianen van Rysenburch, & Gisberto van Nyenrode, ut in charta Ann. 1425. 20. April. *Den Geboortigen ende Eerbaren Iencker Iacob Heere tot Gaesbeeck, tot Apcoude &c. Heeren Francken*

Digitized by Google

intronizantes posuerunt in cathedra sua. Et cantatum est *Te Deum laudamus* more suo solito. Non multum post hoc misit *Rodol-*

van Rorsel Heere tot St. Marensdyck &c. Ruwairden, ende Heeren Willem van Egmonde Thresorier der landen van Hollant ende Zeelant &c. Wy Gysebrecht van Vianen ende van Rysenborch, en Gysebrecht van Nywenrode Ruwairde des Lants, ende wy Burgemeesteren, Scepenen, Raede, ende gemeene borgeren der Stadt van Utrecht &c. Sed pax non admodum diuturna. Dies electioni statutus quum venisset, vehemens rursum in eligendo inter partes contentio, magna quadam vi animi aliis in hunc, aliis in illum pronis, divisis tamen potissimum inter duos suffragiis, Suederum van Culenburch, & Rudolphum van Diepholt. Quantum quidem ad suffragia prævalebat Rudolphus, sed quantum ad Papæ, à quo petenda erat confirmatio, gratiam favoremque Suederus multo superior, præsertim postquam, quem Papa Trajectensibus destinaverat, Episcopus Spirensis Suedero cessisset jus à Papa ipsi concessum. Tandem enim tum Papa, postquam totum biennium negotium id distulisset, confirmavit Suederum. Cujus bullam cum clero exhibuisset in Capitulo procurator Suederi, & se mitti ipsius nomine in possessionem petiisset, nec clerus esset satis concors, contendendi quodam studio, & invidiæ stimulis laborante, & concitata erga ceteras majori Ecclesia, possessionem sine obstaculo adipisci non potuit. Induci solitus inaugurandus, in chorum, ubi thronus, ubi sedes Episcopalis, in qua collocandus, majoris Ecclesiæ. Cui autem exequendi tum negotium id fuit datum chorum clausum quum reperisset, jussu scilicet Ecclesiæ, fecit, quod potuit, & super aram sanctæ crucis, quæ ante chorum, procuratorem, protestatus prius, posuit. Impleri visa sic solennitas, sed non debito tamen modo, nec acquievit procurator, sed collegium primarium cum majori instantia requisivit postridie, ut quod omissum impleret. Quod & tandem obtinuit. Duo sunt instrumenta, quibus probem, quod dixi. Utrumque est ex Archivis majoris Ecclesiæ. Utrumque etiam, ut eo certius rerum veterum historia, quæ contigere in diœcesi, & quæ auctoritas olim cleri, quæ certe olim summa, cognoscatur, jam addam:

„ In nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instru-
„ mentum cunctis pateat evidēnter. Quod anno à nativitate ejus-
„ dem millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, indictione ter-
„ tia, mensis Julii die vicesima, hora tertiarum vel quasi, Ponti-
„ ficatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini
„ Martini divina providentia Papæ quinti anno octavo, in vene-
„ rabilium & circumspectorum virorum, Dominorum Jacobi de
„ Lich-

Digitized by Google

Rodolphus ad Apoſtolicum pro confirmatione, de quo Papa *Martinus* multum ſe deliberavit, & diſtulit. Et etiam habuit iſte

„ Lichtenberch Sancti Petri, Theoderici de Waſſenaer Sancti Jo-
„ hannis Præpoſitorum, Henrici Houberch Sancti Salvatoris, Pe-
„ tri de Mera Sancti Petri, Gotfridi Vetcoper Sancti Iohannis, &
„ Iohannis With de Delff, Beatæ Mariæ Decanorum, Arnoldi
„ Wael Vicedecani, Iohannis de Mynden, Johannis Wael, Wil-
„ helmi de Raemſdorp, Iohannis Colentier, Andreæ de Scoerle,
„ Iohannis Theodrici, Iohannis de Ginckel, Iohannis Pryns,
„ Gysberti Heerman, Hermanni Vos, & Bernardi uten Enge ma-
„ joris, Laurentii Wilhelmi, Andreæ Veer, Gerardi Zelingen,
„ Nicolai de Meerten, Henrici de Compoſtelle, Henrici Scatter,
„ Iohannis de Steyn, Wolteri Grawert, Petri de Beloys Sancti
„ Salvatoris, Arnoldi Gruter, Iohannis Wael, Petri de Amſter-
„ dam, Iohannis Heelt, Iohannis de Herkeloe alias Haſſelt, Ni-
„ colai Meynardi, Petri Franconis, Arnoldi de Tichel, Iohannis
„ Spiker, Iohannis de Brunſvelde Wilhelmi de Wyc, & Florentii
„ de Zoelen Sancti Petri, Wolferi Boning, Herberni de Iutfaes,
„ Everardi de Reno, Arnoldi Boning, Frederici Cappellani,
„ Gerardi Vrencke, Pauli de Cloetingen, Theodrici de Boec-
„ hout, Hermanni Zuermont, Gerardi Iacobi Sancti Iohannis,
„ Rudolphi Tam, Theoderici Weert, Ludolphi Sculr, Lamberti
„ Vliger, Petri Paſſert, Wilhelmi de Hilderniſſe, Nicolai Camp
„ Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium Canonicorum Capitu-
„ larium in domo Capitulari majori Eccleſiæ majoris prædictæ, Ca-
„ pitulo generali ipſarum Eccleſiarum ad audiendum literas Apoſ-
„ tolicas Eccleſiæ Trajectenſi, nec non univerſale clero civitatis
„ & diœceſis Trajectenſis directas indicto, Capitulariter congrega-
„ torum, meique Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum ad
„ hoc ſpecialiter requiſitorum præſentia perſonaliter conſtitutus
„ Venerabilis vir Magiſter *Wolterus Grawert* Canonicus Eccleſiæ
„ Sancti Salvatoris prædictæ, ac procuratorio nomine Reverendi
„ in Chriſto Patris & Domini Dni *Swederi de Culenborch* Electi
„ Trajectenſis, prout de ſuæ procurationis mandato plenam fecit
„ fidem per quoddam publicum inſtrumentum ſigno & ſubſcriptio-
„ ne honorabilis viri Dni *Wilhelmi* de *Wy* clerici Trajectenſis diœ-
„ ceſis publici Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarii ſigna-
„ tum & ſubſcriptum nonnullas literas Apoſtolicas, unam videlicet
„ proviſionis per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Martinum Pa-
„ pam prædictum eidem Dno *Swedero* quondam Præpoſito & Ar-
„ chidiacono Trajectenſi, nunc vero Electo de Eccleſia Trajec-
„ tenſi factæ, unam ſcilicet Capitulo Eccleſiæ Trajectenſis, aliam

„ vero

Digitized by Google

iſte *Rodolphus* multas controverſias, quia Apoſtolicus dedit primam proviſionem Epiſcopo de *Spier* ſuper *Trajecto*, & dedit ſibi

„ vero clero civitatis & diœceſis directas, aliamque deſuper con-
„ ceſſam ejusdem Sanctiſſimi Dni noſtri *Martini* Papæ vera bulla-
„ plumbea cum cordulis canapis more Romanæ Curiæ impenden-
„ tibus bullatas, ſanas & integras non vitiatas, non cancellatas,
„ non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus
„ vitio & ſuſpicione carentes, ut prima facie apparuit, qua-
„ rum principia & fines per ordinem inferius annotantur, exhi-
„ buit, ac produxit ſucceſſive, præfatisque Dominis inſinuavit,
„ Quas de mandato eorundem Dominorum de manibus memorati
„ procuratoris ea qua decuit reverentia recepi, easque alta & in-
„ telligibili voce de verbo ad verbum perlegi & recitavi. Quibus
„ perlectis & recitatis idem procurator nomine procuratorio, quo
„ ſupra, prænominatos Dominos Prælatos & Canonicos earundem
„ vigore inſtanter rogavit & requiſivit, quatenus eis obedire, ac
„ Dominum ſuum Electum prædictum in Epiſcopum Trajecten-
„ ſem, & Paſtorem recipere, ac eum ut ſupra nomine procurato-
„ rio in cathedra Epiſcopali in choro dictæ majoris Eccleſiæ ſitua-
„ ta inthronizare, ſibique eodem nomine procuratorio ſigilla Vi-
„ cariatus & Officialitatis & claves Curiæ tradi & in aulam Epiſ-
„ copalem Trajectenſem introducere, ac cetera facere vellent,
„ prout & quemadmodum cónſuetum eſt, & de jure tenerentur.
„ Cui Procuratorio ſic inſtanter petenti & requirenti præfati Do-
„ mini dictarum Eccleſiarum reſponderunt, quod vellent ſe deli-
„ berare. Unde pro deliberatione habenda diligenti prælibati Do-
„ mini Eccleſiæ majoris antedictæ duntaxat ad Domum Capitula-
„ rem minorem ipſi majori domo contiguam ſe diverterunt, &
„ habita per eos aliquali deliberatione dicto Procuratori nomine
„ procuratorio prædicto coram me Notario publico, ac Dominis
„ *Henrico* de *Vinario* & *Iacobo Formini* teſtibus infraſcriptis ad ſe
„ vocatis & ibidem exiſtentibus juxta tenorem unius cedulæ ibidem
„ lectæ proteſtantes ſua reſponſa dederunt tenorem hujusmodi
„ continentia: *Vicedecanus & Capitulum Eccleſiæ Trajectenſis reſpon-*
„ *demus ſuper literis Apoſtolicis nobis inſinuatis, quod volumus obedire*
„ *& obedimus literis Apoſtolicis prædictis ſecundum earum tenorem &*
„ *formam, ſalvis juribus, privilegiis, & libertatibus Eccleſiæ noſtræ*
„ *& cujuslibet alterius, & quod parati ſumus facere juxta petita Pro-*
„ *curatoris Dni Electi Trajectenſis, ac in quantum Prælati & Capitula*
„ *aliarum quatuor Eccleſiarum non inpediverint nos in jure Eccleſiæ*
„ *noſtræ dictum Procuratorem Electi Trajectenſis introducendo, quod ad*
„ *Vicedecanum noſtrum ſpectat tam de jure quam de conſuetudine. Quod*
„ ſi

Digitized by Google

ſibi Epiſcopatum Trajectenſem præter electionem *Rodolphi*. Quatuor civitates Tranſyſelanæ, ſcilicet *Daventria*, *Zwollis*, *Campis*,

„ *ſi fecerint proteſtamur de injuria Eccleſiæ noſtræ facta*. Hac qui-
„ dem cedula perlecta dicti Dni ipſius Eccleſiæ majoris receſſe-
„ runt. Sed alii Prælati & Canonici Sancti Salvatoris, Sancti Pe-
„ tri, Sancti Iohannis, & Beatæ Mariæ prædictarum Eccleſiarum,
„ Capitulum generale tunc uti aſſerebant repræſentantes, delibera-
„ tione eorum aliquali facta, dicto Procuratori, ut ſupra, nomine
„ procuratorio coram me Notario & teſtibus prætactis & infra
„ ſcriptis ad eos iterum reverſo juxta tenorem alterius cedulæ per
„ me ibidem lectæ ſua reſponſa dederunt hujuſmodi ſub tenore:
„ *Nos prænominati Prælati & Canonici Capitulares Sancti Salvatoris*,
„ *Sancti Petri*, *Sancti Iohannis*, *& Beatæ Mariæ Eccleſiarum Trajec-*
„ *tenſium reſpondendo ſuper literis Apoſtolicis nobis inſinuatis ex parte*
„ *Dni Electi Trajectenſis reſpondemus*, *quod volumus obedire & obedi-*
„ *mus dictis literis Apoſtolicis*, *ac recipere*, *& recepimus dictum Do-*
„ *minum Electum in Epiſcopum & Paſtorem*, *inducendo Procuratorem*
„ *ſuum prædictum in poſſeſſionem juxta petita ſua ſub tali proteſtatione*,
„ *quod idem Dns noſter Electus confirmabit nobis privilegia noſtra*, *&*
„ *jaramenta nobis præſtabit ſolita & conſueta*, *literaſque deſuper ſigilla-*
„ *bit*, *ſicut & quemadmodum de jure tenetur*, *& prædeceſſores ſui E-*
„ *piſcopi Trajectenſes fecerunt*: Qua etiam cedula per me lecta præ-
„ fatus Procurator Dnos Præpoſitum Sancti Petri Vicarium gene-
„ ralem, & Decanum Sancti Salvatoris Eccleſiarum Officialem ſe-
„ de vacante per civitatem & diœceſim Trajectenſem conſtitutos
„ nomine procuratorio prædicto requiſivit, quatenus ſibi eodem
„ nomine procuratorio ſigilla & claves per eum prius petita tra-
„ derent. Cui Procuratori, ut prædicitur, requirenti iidem Dni
„ Vicarius generalis & Officialis aliquali deliberatione inter eos ha-
„ bita reſponderunt, quod ad craſtinum Capitulum generale indici
„ facerent ſeu procurarent, & tunc Dominis Prælatis & Canoni-
„ cis prænarratis ibidem congregatis ſigilla & claves præfatas li-
„ benter tradere vellent. Tandem vero dicti Dni Prælati & Ca-
„ nonici Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Iohannis, &
„ Beatæ Mariæ Eccleſiarum prædictarum mature deliberati,
„ volentesque mandatis Apoſtolicis in omnibus & per omnia obe-
„ dire, ut tenentur, Procuratorem prædictum nomine pro-
„ curatorio quo ſupra id inſtanter petentem in locum dictæ
„ majoris domus Capitularis, ubi Epiſcopus Trajectenſis pro tem-
„ pore in Capitulo generali ſedere conſuevit induxerunt, & ad-
„ ſtatim unanimi conſenſu & aſſenſu viva voce *Dno Iohanni Wit*
„ Decano Beatæ Mariæ antedicto commiſerunt, quatenus vice &

Digitized by Google

Campis, & *Groningben* cum militia tradiderunt electo omnia caſtella, & omnes redditus. Quod audiens Epiſcopus Spirenſis

„ nomine eorum omnium in choro prædictæ majoris Eccleſiæ ip-
„ ſum procuratorem, ut ſupra, procuratorio nomine in cathedra
„ Epiſcopali inthronizaret, in aulam Epiſcopalem Trajectenſem
„ induceret, & cetera faceret juxta per ipſum Procuratorem pe-
„ tita & requiſita. Qua commiſſione facta jam dictus *Dns Iobannes*
„ Decanus onus hujuſmodi commiſſionis, ut obedientiæ filius, in
„ ſe ſuſcipiens dictum Procuratorem ut ſupra nomine procurato-
„ rio ceteris Prælatis & Canonicis quatuor Eccleſiarum immediate
„ prætactarum concomitantibus in Eccleſiam majorem præfatam
„ induxit, ac ante chorum ibidem perveniens ibidem proteſtatus
„ fuit, quod ex quo dictum Procuratorem, ut ſupra, nomine pro-
„ curatorio, obſtante janua clauſa ipſius chori, infra ipſum chorum
„ in ſtallo Epiſcopali Trajectenſi intronizare, ut conſuetum eſt,
„ non potuit, ad quod paratus eſſet, ſi commode ad eundem pa-
„ teret acceſſus. Ideo ipſum ſuper altare Sanctæ Crucis ante ip-
„ ſum chorum ſituatum in ſignum intronizationis poſuit, ac eum
„ ut prædicitur nomine procuratorio pro intronizato haberi vo-
„ luit, atque in aulam Epiſcopalem Trajectenſem eundem Procu-
„ ratorem, ut præſcribitur, nomine procuratorio inducens capiti
„ ſuo birretum impoſuit in ſignum veræ, realis, & actualis poſſeſ-
„ ſionis Epiſcopatus Trajectenſis omniumque jurium & præeminen-
„ tiarum tam temporalium quam ſpiritualium ejuſdem, requirens
„ me Notarium infra ſcriptum, quatenus Præpoſito Sancti Petri
„ Vicario generali & *Henrico Houbercb* Officiali prædictis nomine
„ ac vice ſui dicerem, quatenus ſigillum & claves prædictas dicto
„ Procuratori ad uſus Dni ſui Electi traderent ſub pœnis & cenſuris
„ in literis Apoſtolicis prædictis & proceſſibus inde ſervatis contentis.
„ Super quibus memorati Dei *Iobannis* Decanus, nec non *Walte-*
„ *rus* procurator & *Arnoldus Wael* Vicedecanus Eccleſiæ majoris
„ prætactæ me Notarium publicum ſupra & infra ſcriptum ſucceſ-
„ ſive requiſiverunt, quatenus eis ſeu cuilibet eorum conficerem
„ unum aut plura publicum ſeu publica inſtrumentum vel inſtru-
„ menta. Acta fuerunt hæc Trajecti ſub anno, indictione, menſe,
„ die, hora, loco, & Pontificatu prædictis. Præſentibus honorabilibus
„ viris & diſcretis Dnis *Henrico* de *Vinario*, *Iacobo Fermini* in ma-
„ jori, & *Iobanne Walteri* in Beatæ Mariæ Eccleſiis prædictis Pres-
„ byteris, perpetuis beneficiatis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpe-
„ cialiter & requiſitis. Deinde anno Domini, indictione, menſe,
„ & Pontificatu prænarratis, diei viceſimæ primæ hora tertiarum
„ vel quaſi, in Venerabilium virorum Dnorum *Arnoldi Wael* Vi-
„ cede-

Digitized by Googl

sis noluit tunc Episcopatum Spirensem resignare & venire Trajectum in fortuna, & convenit cum *Zuedero* Præposito in summo,

„ nen nacomelingen Biſſcoppen, en der voernoemde Stadt, omme
„ die te bruycken, te verſetten, te vercopen, ende hairen vryen wille
„ dair mede te doen. Des geloeve ick ende verbinde my voort de-
„ ſelve goederen van nu voortan niet te mogen verminderen noch
„ te belaſten voorder dan ſy nu belaſt zyn in eniger wys. Ende
„ daer toe mede indien t' gebreck by my geſchiede als voerſz,
„ Soo kenne ick my ſelven trouweloos ende menedich, en verval-
„ len van allen goeden rechten. Alle dinck ſonder arch ofte liſt.
„ Des t'oerconde hebbe ick by mynre rechter wetenheyt deſen
„ brief,

Digitized by Google

runt parati multi lintres aquatici, quos miſerunt in aquam foſſatæ, & ſic venerunt ad foramen. Et ſerpebant unus poſt unum per foramen, & venerunt in civitatem, & fregerunt *portam albarum fœminarum*, & ſic venerunt *Amersfordenſes* cum Domino de *Montfoort* in civitatem, & cum omnes una ſimul fuerunt, animoſi iverunt ad palatium, & clamabant, quod populus amodo ſiſam non daret, & paſcua libera eſſent. Quod Rectores civitatis videntes quod Epiſcopus eſſet in civitate pulſabant campanam & provocabant ſe alterutrum, ut venirent cum armis ad palatium. Et audientes quod Epiſcopus ad palatium properaret, tunc obviabant & valde animoſe in foro aucarum, & convenerunt in vico Sculteti. Et cives acceſſerunt ut leones, & adeo pugnaverunt, quod alios retrocedere compulerunt. Et Epiſcopus vulneratus eſt in crure & ad terram proſtratus, & Dominus de *Montfoort* ſimiliter. Sed tunc *Amersfordenſes* venerunt per vicum *Minorum* cum novo rumore, & cives fugaverunt, & populus eorum declinavit ab eis, & omnes fugerunt, & Epiſcopus cum ſuis obtinuit pallacium. Et vulnerati ſunt tunc ad mortem *Iohannes Lichtenberg*, *Proeys* filius Burgimagiſtri, & *Everardus Proeys*, & *Henricus* de *Maſſche*. Et captus fuit Dominus de Gaesbeeck, & ipſe dedit *Wyck* & *Abkoude* Epiſcopo cum ſuis pertinentiis, ſed ipſe maneret Dominus illarum civitatum uſque ad vitam, & habuit XII. millia florenorum Renenſium, ut libens hæc faceret. Et ſimiliter fuit captus Dominus de Sevenberghe, & ipſe evaſit cum ſuis juramentis. Et captus fuit *Fredericus* de *Renes* de *Wulven cum* filio *Iohanne*, & ipſi dederunt Epiſcopo X. millia florenorum Renenſium. Et inſuper Domus de *Rynouwen* deſtructa eſt. Et ibi etiam captus eſt *Iacobus Proeys*, & *Hubertus* de *Pallaes*, & de-

por-

„ brief, daer van twee ſyn alleens inhoudende, beſegelt met my-
„ nen ſegel uythangende. Gedaen ende geſciet t'Utrecht den XII.
„ dach van December. Ann. M. CCCC. XLIX.

Sed agente id Brederodio & hic rediit inter ceteros poſt exceſſum Rudolphi, ut Auctor paulo infra. ** *p.* 75. Cæterum Amisfurtenſium, quum in hoc ipſo conflictu, quo urbs eſt ſurrepta, egregia fuiſſet virtus, Rudolphus omnem illam noxam, qua in ſe eum concitarant diu indignabundum, condonavit ex aſſe, Chartam ejus de eo edidi ad Chronic. Amorfort. *p.* 302.

** Notabis p. 518. & ſeqq.

Digitized by Google

portati ſunt in caſtro de *Horſt*, qui & mox evaſerunt. Etiam fuit captus *Arnoldus* de *Ameronge*, & *Henricus Iacobi*, & ambo fuerunt decollati in pallacio, & *Iacobus* de *Ameronge*, Volpertus de *Ameronge*, *Iohannes* de *Ameronge*, *Iohannes Wouman*, *Theodricus Wouman*, *Iohannes Tiel*, *Theodricus Arnoldi*, & multi alii exactionati ſunt, & expulſi de civitate. Et etiam expulſi ſunt Dominus *Iohannes Proeys* Præpoſitus in ſummo, & *Bernardus Proeys* frater ejus, *Iohannes Lichtenberch*, *Braem Lichtenberch*, *Philippus de Groenevelt*, *Adamus Lanscroon*, *Albertus Proeys*, *Fredericus Maſſche*, *Henricus de Malſen*, *Gerardus Foeck*, *Rodolphus Elſwert*, *Theodricus Stekel*, cum multis aliis, cum filiis & liberis exularunt, & ſpoliati ſunt. Poſt hoc anno LII. fuit magna ſeditio in diœceſi Monaſterienſi propter Epiſcopum, quem civitas voluit habere cum majori parte diœceſis, & pars Capituli voluit habere (1) *Odericum* fratrem Comitis de *Hoy*, & alios, ſed major pars Capituli elegerunt *Walramum* de *Muerſa*, qui fautores habuit *Theodricum* Epiſcopum Colonienſem, & *Rodolphum* Epiſcopum Trajectenſem, & *Arnoldum* Ducem Gelriæ. Et iſte *Walramus* habuit confirmationem à Papa. Et iſtis temporibus venit Cardinalis Legatus in terris iſtis Dominus *Nicolaus* de *Cuſa* ad reformandum ſtatum quorundam religioſorum, & maxime propter omnes ſanctimoniales, ut eas recluderet. Et iſte prædicavit Coloniæ, Trajecti, & in multis locis in propria perſona, & dedit indulgentias omnium peccatorum. In diebus illis quum diſſenſio eſſet in Eccleſia *Monaſterienſi*, tunc tractatum eſt apud Cardinalem, & Epiſcopum *Rodolphum*, quod *Walramus* de *Moerſa* electus *Monaſterienſis*, quia Monaſterienſes (2) noluerunt tum habere Epiſcopum

(1) Ericum vocat paſſim ad Ann. CIↃ. CCCC. LIV. & ſeqq. Auctor Chron. Monaſterienſ. ** *to.* 8. *Analect.*

** Nobis Tom. 5. p. 103. & ſeqq.

(2) Chron Oſnaburgenſ. apud Meibom. 2. *rer. Germ. in fin Civitas Monaſterienſis ſibi per cives ſuos nobilem domicellum Iohannem Comitem de Hoja, tutorem ſive curatorem elegit, & ab electione per Capitulum facta ad Sanctiſſimum Dominum Apoſtolicum per debile fundamentum appellarunt, videlicet, quod licet Capituli de jure eſſet eligere, populi tamen eſſet conſentire.* Plura de Walravo & bellis ejus nomine à Rudolpho ſuſceptis vid. Chron. Monaſterienſ. in ejus vit. *to.* 8. *Analect.* ** Nobis Tom. 5 p. 86. & ſeqq.

Digitized by Google

copum in caſu, quo poſſet ipſe Monaſterienſem civitatem vaſtare, & tunc *Walramus* reſignaret Epiſcopatum *Conrardo* filio fratris *Rodolphi* de *Diephout*, qui fuit Præpoſitus in *Oſſenbrugge*, & Præpoſitus in *Daventria*, & Walramus etiam haberet certam ſummam annuæ pecuniæ ex Epiſcopatu, & inſuper haberet decimum denarium de precario Eccleſiæ Trajectenſis. Et per hoc omnes diſcordiæ, quæ fuerunt inter *Rodolphum* & *Walramum* eſſent ſopitæ. Et hoc impetravit Dominus *Nicolaus* de *Cuſa* apud Apoſtolicum, ita quod Apoſtolicus tradidit ſuper hoc bullas de precariis ad *Walramum* de *Muerſa*. Et Epiſcopus *Rodolphus* tamen fortiter incepit præliari contra Monaſterienſes, quare in brevi exhauſit omnes theſauros ſuos, & depauperatus eſt. Et cum inſtaret precaria poſtulare, ſtatim quinque collegia cum ceteris Eccleſiis appellabant ſuper hoc, quod non potuit eis prodeſſe. Et exactores videbantur velle rapere, & Eccleſia ceſſavit à divinis, exceptis Prædicatoribus, quod tamen poſtea eos pœnituit. (1) Et ſic concepit *Rodolphus* inimicitias contra Eccleſiam ſuam. Et ad ultimum Eccleſiæ

(1) Turbatum tota tum diœceſi, ſed inprimis Ultrajecti. Rudolphus crebris expenſis inops tandem factus, omni pecunia, quæ aliunde ei adhuc reliqua, in bellum Monaſterienſe conſumpta & diſſipata, quum dignitati ſuſtinendæ, ut oportet, eſſet impar, ad precarias ſe convertit, ad exactionem ſubſidii, verum crebris exactionibus exhauſta jam diœceſi, quum clerus cogi ſe nollet, & clerum populus ſequeretur, in tumultum res erupit, & coorta eſt ſeditio. Videri poteſt Heda, videri Veldenaer etiam poteſt, cujus liber cum ſit rarior (*Faſciculus temporum* vulgo dicitur) & paucorum teratur manu, excribam, quæ huc pertinent, etſi longiora, quia tanti momenti res eſt. Sic ille:

In deſen tyden, dat die oorloge van Munſter was, ſoo was by den Cardinael een contract gemaeckt tuſſchen Biſſchop Rolof ende Heer Walraven van Meurs den Elect van Munſter mit gemeen vruntſcappen, alſo die van Munſter geen van Meurſe tot Biſſcop hebben wouden, waert ſake dat menſe becrachtigen konde, ſo ſoude Biſſcop Walraven zyn electie, ende ſyn Biſdom van Munſter over reſigneren Heer Conraet van Diephout Biſſcops Rudolfs broeders ſoon, die Domproeſt van Oſnabrugge, ende Proeſt van Deventer was, ende des ſoude Biſſcop Walraven jaerlycks uyt dat Bisdom van Munſter hebben een ſekere ſomme. Ende des

Digitized by Google

cleſia legit maledictiones ſuper omnes, qui præſumebant contra eam neminem nominans. Et Eccleſia intellexit, quod decretum

ſoude by noch hebben den x. *penningh van der Geeſtelicheyt van den Criſdom t'Utrecht, maer dat ſoude Biſcop Roeloff mede deylen. Ende hier mede ſoude alle geſceelinge van outs ende van nywes tuſſchen Biſcop Roeloff, ende Biſcop Walraven te niet weſen. Ende dit verwerf die Cardinael Cuſa aen den Paus, dat by bullen gaf van Præcare op Heer Walraven van Meurſſe.*

Ende Biſſcop Roeloff nam dit oorloge van Munſter ſo ſterck aen, dattet hem ſo grooten goet coſte, dat by alle ſyns ſchats quyt wert, ende wert een arm Heer. Ende alsmen dit voirſz Precare van de Geeſtelicheyt hebben woude, die vyf Collegien van Utrecht mit alle der Geestelicheyt die appelleerden daer op. Ten mocht hem niet baten, ende na't ſchieen men woudet hem nemen. Die Eccleſien ceſſierden van den dienſt ſonder die Iacopinen die ſonghen alleen, dat hem naemaels opbrack. Aldus wert het tuſſchen Biſſcop Roeloff ende der Eccleſie ſeer quaet. Ende die Eccleſie las ten leſten die maledictie over den ghenen dieſe perſequeerde, maer ſy en noemden niemant. Ende die Eccleſie vernam, datmenſe allencken ſou vanghen, ende halen ſoude, ende dwingen die Precare te geven. Die vyf Collegien ende die vier parochie kercken ſloten mit een, groot ende cleyn, yongh ende out, dat ſi van der Stadt ofte van niemant gevangen en wouden weſen, of van horen minſten dienre gevangen en wouden hebben, ſi en wouden dair gelyck voor blyven. Ende deden alle nacht in haer Collegium waecken, ende dat elck ſyn clock ſlaen ſoude als by noot hadde. Biſcop Roeloff die was een wys hoveerdich Heer, die en bekaechde dit niet. Hy reet uyt de Stad ende reet ter Horſt. Ende die Raet van der Stadt, ende die de Stadt doe regeerden, die gingen te raede, ende wouden die Eccleſien daer toe brenghen, ende dwingen, dat ſi hoer waecken ende vergaderinghen of ſtellen ſouden, ende wouden corrigeren alle die weerlycke Ambachtsluden, die bi der Eccleſie holpen waecken. Die Eccleſie van den vyff Collegien ende van de vier parochie kercken out ende jong vergaderden by een in den Dom. Als ſi dit vernamen togen ſi Panſiers ende harnaſs aen om te keeren ende doot te bliven, datmenſe alſo overvallen ſoude. Ende dit geſchieden in den jaer ons Heeren M. CCCC. LV. *op Sinte Pauwels dach converſio.*

Ende als dit die Gemeente van Utrecht vernamen, ſo liepen ſi al gemeenlicke bi der Eccleſie in den Dom, ende ſy wouden by der Eccleſie leven ende ſterven, want dat waren die ghene, daer ſi alle haer broot ane wonnen. Ende ſy en wouden die homoet van den ghenen, die de Stadt regierden, niet langher lyden, die ſy bedreven. Ende die Gemeente die

Digitized by Google

cretum fuit, quod eorum quidam caperentur, & compellerentur precaria tribuere. Quinque collegia cum quatuor Eccleſiis parochialibus pacti ſunt, omnes parvi & magni, ſenes & juvenes, quod à nemine volebant capi, nec ſuos miniſtros. Quod ſi facerent, omnes ſe periculo exponebant. Et poſuerunt vigilias omni nocte in collegiis ſuis, ut ſi neceſſe eſſet unuſquiſque pulſaret campanam. *Rodolphus* iſte fuit prudens & arrogans vir, cui hoc totum diſplicuit. Et receſſit inde & perrexit in caſtrum *Horſt*. Et rectores civitatis conſilium inierunt, ut compellerent Eccleſiam, ut deſiſterent à cuſtodia & conſpiratione,

die wies ſo groot, ende ſi gingben op ter plaetſe ende voor den Stadtbuys, daer die Raet op was, ende die Raet moſt alſulcke dingben van der Eccleſie of ſtellen alſe ſi vernamen. Ende die Joncheer van Montfoerde die dedingde daer tuſſcben, dat die Raet quam in den Dom int Capittelbuys by der Eccleſie ende voer die Gemeente. Ende alle dat die Gemeente doe hebben woude, dat moſt die Raet conſentieren. Ende die Prelaten mitten Borgemeyſters die gingben ſtaen opt Oxſael in den Dom, ende daer riepmen of boe alle dingh weſen ſoude Ende van daer moſt die Raet gaen mitten Prelaten opter Stadbuys, ende daer moſtmen mitter clock alle dinck of luden. Ende daer lagen die Prelaten in boer Religien by den Borgemeeſters ende Raedt voor den Stadtbuys, ende daer riepmen of van alle dingben, diemen begeerde voor die Gemeente, die daer voor ſtont. Ende daer moſtmen der Stadt groote ſegel ontwe ſmyten, ende veel dingben, die de Gemeente hebben wouden, moſten geſcieden.

Ende deſe Gemeente maeckte een Ordonnantie, dat in alle ſtraten gemeenlick dair maekten ſy een becken ſlach, ende alsmen een becken ſloech, ſo ſloech men in alle ſtraten die becken, ende ſoo liep elck int barneſs daer by geordineert was. Ende daer waren ſy op een cort vier ofte vyf duyſent man by een, ofte meer, dat een vreeſelyck dingh was, ende ſy ſetten ende koren den Raet van der Stadt op een ander manier, ende ſetten na der Gemeenten ſin.

Die Eccleſie ontboot Heer Gysbert van Brederode die Domproofſt van Utrecht, die op die tyt in den Hagbe was, ende die Domproofſt quam by der Eccleſie.

Daer na in den ſelven jaer ons Heeren. M. CCCC. LV. *op de ſevende Calende van Aprille, doe ſterf Biſcop Roeloff tot Vollenbo, ende by wert tot Utrecht gebrocht, ende wert mit grooter weerdicheyt begraven in die Domkerck.*

Digitized by Google

tione, & voluerunt omnes ſeculares mechanicos corrigere, qui Eccleſiæ adhæſerunt. Sed ſtatim quinque collegia convenerunt cum ceteris in ſummo, & acceptis armis voluerunt Rectoribus obviare, ut emunitates ſuas uſque ad mortem defenſarent parati. Facta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. LV. in converſione S. Pauli. Quod audiens communis populus Trajectenſis convenit omnis circa Eccleſiam in ſummo, dicentes ſe velle Eccleſiæ adhærere, & pro ea mori, quia hi ſunt, de quibus nutrimur & quæſtuamur, & noluerunt violentiam Rectorum civitatis à modo ſuſtinere, & communis populus in tantum ſuccrevit, quod ad palatium iverunt ante domum civitatis, ubi Senatus fuerat congregatus, & Conſulatum ſeu Senatum oportebat deſiſtere ab incepto. Et Dominus de *Montfoert* arbiter fuit inter illos, ita quod Senatus venit in ſummo ad Capitulum apud Eccleſiam, & communis populus præſens fuit, & quicquid populus tunc deſiderabat pie indulſit Conſulatus. Et Prælati cum Burgimagiſtris euntes ad toxale ante chorum, & promulgatum fuit, quod omnia permanerent. Et inde adeuntes ad conſiſtorium civitatis, ut omnia rata eſſent, campana pulſata eſt in teſtimonium omni populo. Quicquid vulgus deſiderabat, ratificatum eſt, & magnum ſigillum civitatis fractum eſt ad inſtantiam vulgi cum multis aliis. Et omnis communis populus ordinavit, in omni vico & platea, ſi aliquid ſiniſtri unquam perſtreperet, pelvis percuſſione omnibus innoteſcerent, & ſic in brevi colligi potuerunt quinque vel ſex millia hominum in armis, timentes ſemper traditionem rectorum. Interim Eccleſia mandavit Domino *Gysberto* de *Breeroed* Præpoſito Trajectenſi, qui tunc in *Haga Comitis* fuit, qui ſtatim venit ad Eccleſiam. Poſt hoc eodem anno VII. Kal. April. obiit *Rodolphus* (1) in Vollenho, & deportatus eſt Trajectum & ſepultus eſt in ſummo.

Philippus Dux Burgundiæ miſit Trajectum Comitem de *Naſſouwen* cum aliis, & rogavit Eccleſiam pro *David* filio ſuo naturali

(1) De obitu Rodolphi & ſepulturæ ejus loco vid. not. ad Anonym. Monaſter. to. 8. Analect. p. 188. & ſeq. ** Nobis Tom. 5. p. 128. & ſeq.

Digitized by Google

turali, qui tunc fuit Episcopus Terwanensis. *Arnoldus* Dux Gelrensis rogavit pro Stephano de Bavaria, sed Capitulares * elegerunt uniformiter *Gysbertum* de *Brederode*, exceptis duobus, scilicet Domino *Gerardo* de *Masschc*, & *Iohanne Wittenhorst*, qui elegerunt *Stefanum* de *Bavaria*. Sed statim quum audissent, quod omnes elegissent Gysbertum, tunc illi duo revocabant vota sua, & etiam elegerunt eum. Facta sunt hæc anno LV. altera die Paschæ.

Gysbertus de *Breeroed* Præpositus in summo. Hic fuit LIV. Episcopus Trajectensis uno anno & sex mensibus. (1) Et quum electus, tunc regnavit adhuc populus communis in civitate

* Instrumentum electionis jam pridem à me editum 2. *Analect.* p. 432. ** Nobis Tom. 1. p. 647. & seqq.

(1) Similis est narratio Joannis de Veldenaer, excepto, quod quum auctor regimini Brederodii assignet annum & sex menses ipse assignet tantum annum & quatuor. Verba ejus hæc sunt.

Hertoch Philips *van Bourgoengen die zeynde t'Utrecht den Grave van Nassou mit meer andere. Ende dede die Ecclesie bidden voor den Heere* David *die Bisscop tot Terwaen was, syn natuerlicke soon. Hertoch* Arnt *van* Gelre *die quam selver, ende badt voor Hertoch* Stephen *van* Beyeren.

Die gemeen Heeren van den Capittel, die kosen gesamentlick ende eendrachtelyck Heer Gysbert *van* Brederode, *die Domproost t'Utrecht was. Was die* LIV. *Bisscop van Utrecht gecoren een jaer ende vier maenden. Ende als by Elect was regeerde noch die Gemeente in der Stadt van Utrecht, ende daer was quaet op te vertrouwen, maer by brochtet van wysheit daer toe, dat die gilden ende die Gemeente beliefden, als dat die Heer van* Brederode, *ende die Ioncheer van* Gaesbeeck, *die van* Renesse, *die Doemdeken, ende alle die goede mannen, die uit der Stadt verdreven waren, als dat die alle weder in quamen. Ende by dedese al by een voegen ende alle die die Stadt te regieren hadden, ende badse van beyden syden ten eten. Ende bad hem dat si eenludich wesen wouden. Hy woude hem beyden wesen een goet Heer. Sy seyden dat sy t'souden doen &c.*

Ipse est interim, qui Senatui auctoritatem restituit. Nam quum & deinceps excitato tumultu ad arma convolasset plebs, mox seditiosi aliquot à magistratu proscripti, dicta nonnullis mulcta, multis etiam adempta civitas.

Uyt het Buyrspraeck boeck des Stadt Utrecht des Woensdachs na beloken Pinxteren CIↃ. CCCC. LV. *Also dese personen hier na beschreven ander dages vergaderinge gemaeckt, ende gewapender hant mit onser Stat banier*

Digitized by Google

vitate Trajectenſi, & non fuit tutum eis inniti. Sed ad hoc ipſe deduxit eos, quod omnibus placuit, ut Dominus de *Breeroed*,

banier opter Plaetſen geweeſt ſyn, dat hore geſette ſtede niet en was, daer ſy den gemeenen gilden grootelic an gebroect hebben, hier omme ſo neemtmen hem hoir borgerſcap. Dit nabeſchreven ſyn die perſonen.

Jan Dedel.
Jan Claeſſen.
Elis Rycoutſen.
Peter Beyer
Arent Henrieſſen.
Lubbert van Alendorp.
Hugo van Cronenburch.
Jan van Hamelenberg.
Jan Knoep.
Henric Knoep.
Aernt Knoep.
Jan Buytendyck.
Jacob Janſen die Glaſemaker.
Willem Prooſt.
Jacob Jansſen die Snider.
Gysbert van Hamelenberch.
Willem van Zyl.
Gerryt van Loon.
Willam de Clerc.
Louff van der Haer.
Willem Jacobsſen.
Aryaen Cloucq.
Pauwels van der Horſt.
Tymen Libbert.
Bertelmeus Mols.
Eggert Spierinc.
Henric van Dalen.
Godſcalck van Winſen.
Gerit Spyert.
Henric Pyl.
Willam Geryt.
Tyman Nypyſer.
Gysbert van Cronenberch.
Hugo Liſtinck.
Jan Liſtinck.
Willem van Buchſtede.
Evert de Jonge.
Jan van der Meerne.
Willem Janſen van der Meerne.
Jan Bol.
Beernt Krokert.
Claes Bloc.
Gysbert van Cronenberch den Snider.
Wouter die Brune.
Wouter de Vreſe.
Gysbert Lutgerſen.
Jan Eggertſe.

*Ende omme dan immer te verboeden, dat onſe Stads banier in aldusdanigen oft in diergelycken vergaderinge binnen onſer Stede niet meer en come noch gebracht en worde, bieromme is onſer Stadt banier mit ſchutten pilgoenen beyden t'roodt ende ** t'wille hy overdracht der meenre gilden geleyt in eenre kiſten beſloten, ſtaende in der Sacriſtien in onſe Buerkerck daer toe verordineert. Hieromme ſo waernt die Raet, ende die gemeen Gilden van Utrecht enen ygelicken, waert ſake dat ymant, by ware, wie hy ware, mit eener conterfeyten banier oft ſchuyfwimpel tot eniger tyt namaels binnen onſer Stat in enige vergaderinge, quame, dat men die gene, die dat deden, alsdan ſlaen ende vaen maeh*

** Leg. *'t witte.*

ſonder

Digitized by Google

roed, Dominus de *Gaesbeeck*, ille de *Renes*, & omnes exules revocarentur. Et omnes fecit ad ſe venire, & omnes rectores civitates, & utraſque partes vocavit ad convivium, & deſideravit, ut eſſet populus unus, & voluit utriſque eſſe pius Domi-

ſonder misdoen, ende die Gemeen Gilden ſullen boer Hooftheer hier van weſen van den genen, die dat mit macbte wederſtonden.

Cæterum publicum inſtrumentum de electione Brederodii, quæ facta unanimiter Ann. 1455. 7. April. publicavi jam pridem ** *to.* 2. *Analect. p.* 432. *& ſeqq.* Etiam illud, quo paulo poſt 15. April. ſolenni ritu inductus in aulam Epiſcopalem, quo poſſeſſionem ejus nactus, præſtito tamen prius Eccleſiæ juramento, cujus formulam habet lector ** *ibid. p.* 461. Electus quidem, ut moris, ſed Papa ut confirmaret, præpeditus potentia Philippi Ducis Burgundiæ, adduci non potuit. Subſtiterant Romæ aliquot jam menſes Legati Brederodii, ut impetrari poſſet confirmatio, adducta ingenti pecunia. Accepit Papa pecuniam, ſpe lactatis Legatis, & tam diu detinuit, donec tandem Ordines morarum impatientes, ne interim diœceſis detrimenti quid caperet, proclamaverint Brederodium ejuſdem Protectorem 13. Septemb. ejuſdem anni 1455. Et id publico inſtrumento comprehenſum, quod, ut & plura, quæ huc pertinent, habet lector ** *d. to.* 2. *p.* 417. Sed nequicquam Papa motus, ne pecunia quidem reddita, accepta à Brederodio, eo prorſus neglecto, confirmavit Davidem. Et hæc fides Papalis, cujus in Brederodio exemplum admodum luculentum, qui præterquam quod impleverat, quæcunque hactenus requiſita, regalia etiam & temporalem jurisdictionem jam erat nactus à Cæſare. Heda in *ejus vita.* Sed Papa quicquid lucroſum & licitum exiſtimabat ipſe ut Chriſti vicarius à nemine judicandus. Veldenaer de eo ita. *Die Elect ſeynde aen den Paus Calixtus om die confirmatie, ende dede zyn gelden daer præſenteren den Paus. Den Paus vertoogh lange die confirmatie. Hy ſoude een goede antwoort geven, ende mit blyſchappen 't buys ſenden, maer daer en quam niet af. Maer by ſeynde den Hertoch van Bourgongens ſoon den Biſſcop van Terwaen een proviſie van den Biſdom van Utrecht boven des Stichts privilegien, ende eendrachtich electie, ende als die proviſie gecomen was, die van Amersfoort ende die van Rhenen lieten des Hertogen van Bourgoengen, volck in tot Biſſcop Davids behoeff. Ende de geene, die het buys ter Horſt in hadden van des Elects wegen, die lieten Biſſcop Davids volck daer op, ende leverden hem dat Slot. Heer Gysbert die Elect die ſeynde aen den Keyſer Frederick om dat Regale, ende om dat weerlicke ſweert van den Bisdom, ende die Keyſer gaft hem, ende ſeyndet hem &c.*

** Nobis Tom. 1. p. 647. & ſeqq.

** Nobis d. Tom. 1. p. 662. & ſeqq.

** Nobis d. Tom. 1. p. 669. & ſeqq.

Digitized by Google

Dominus. Ipſi promiſerunt ſe facere. Sed qui regebant civitatem, ſucceſſive fugiebant de civitate, quia qui intus venerant, fuerant aliis potentiores. Dux *Burgundiæ* ſtatim miſit Epiſcopum *Atrebatenſem* in curiam ad Papam *Calixtum*, & fecit impediri, ne Papa daret *Gysberto* confirmationem, & humiliter petiit à *Calixto*, ut filio ſuo naturali David ſcilicet daret proviſionem Eccleſiæ Trajectenſis. Et Rex *Arragoniæ* etiam rogavit Apoſtolicum pro *Philippo*. Electus miſit ad Papam *Calixtum* pro confirmatione, & præſentavit pecuniam in banco paratam. Papa diſtulit confirmationem, ſed dixit, quod bonam reſponſionem daret, & ſic cum gaudio remiſit, & nichil eſt ſecutum. Sed miſit Duci Burgundiæ proviſionem pro filio ſuo contra privilegia civitatis Trajectenſis. Quo facto illi de *Amersfordia* & illi de *Renen* tradiderunt *Burgundionibus* civitates ſuas ad uſum *David*. Et qui in caſtro *Horſt* erant, ſimiliter fecerunt. Interim *Gysbertus Breeroed* miſit ad *Fredericum* imperatorem pro gladio ſeculari & regali. Et Imperator miſit ac dedit ei. Et dum ſic vulgus gubernaret civitatem multi inopes & vagi additi ſunt eis. Et omni ebdomada ſervabant colloquium tribus aut quatuor diebus ad unum interdum. Et minores & pauperiores voluerunt eſſe ut divites & ut nobiles, & divites & nobiles non audebant loqui. Et ad ultimum ceperunt multos divites & prudentes captivare, & eos ſpoliare, & etiam erant in periculo, quod interficerentur, & infringebant incluſa monaſteria fœminarum, & explorabant bona earum, & quomodo adepta eſſent, & temptabant velle ſcire, quomodo ſeculares & ſpirituales bona ſua congregaſſent, ut ſic ad eorum ciſtas pervenire poſſent. Semel uno tempore in die *S. Marci* tunc vulgus percuſſit pelvim, & congregati erant in platea vocata *Noey*, ut multa mira facerent ſuper divitibus civitatis. Quod audiens *Gysbertus* de *Breeroed* electus ſtatim miſit pro fratre ſuo Domino de *Breeroed*, & pro illis de *Vianen*, & pro Domino de *Montfoerd*, ut prope eum aſſiſterent. Similiter rogavit multos famulos militares, qui ex diœceſi, & *Gelria*, & *Brabantia*, & aliis locis erant, & præparabant ſe bene & ſignabant ſe, & ſic procedebant animoſi cum electo per vicum *Sculteti*, & anhelabant ad victoriam contra vulgus civitatis. Quod ipſi videntes ſtatim ad eos venire erectis manibus

pacem

Digitized by Google

pacem quæſierunt, & apud eum manere deſiderabant. Et coacti ſunt ibi deponere arma ſua, & quod ad latus ejus irent, qui ſui eſſe volebant. Et omnis poteſtas & nobilitas civitatis properabant etiam ad electum. Et tunc etiam propoſuit tractatus populo, quos mortuo facere ſolebant, & ſub pœnâ capitis juſſit, nequis à modo in pelvi percuteret. Et ſtatuit Conſulatum civitatis juxta antiquum modum, & omnes, qui capti erant à populo, liberavit, & ſic quievit tumultus populi. Dux Burgundiæ *Philippus* expeditionem fecit, ut filium ſuum ad Epiſcopatum promoveret, cujus proviſionem habuit. Et venit de *Haga* uſque *Yſelſtein* cum multis Principibus, & *David* fuit in caſtro *Horſt*, & habuit tunc Amersfordiam & *Renen* pro ſua parte. Dux *Clivenſis* medius fuit inter Ducem Burgundiæ & *Gysbertum* de *Breeroed* nepotem ſuum, ita ut reſignaret Epiſcopatum tali conditione, ut ambo partes contentæ ſtarent. Electus prævidens, quod tam potenti Principi obviare nequiret, & quod filius ejus jam in parte ſuſceptus fuiſſet, & multam ſummam ſibi oblatam fuiſſe, compoſitionis curæ auſcultare cœpit, & miſit ſuos cum Duce Clivenſi ad Ducem Burgundiæ, ſcilicet fratrem ſuum, & Dominum de *Montfoort*, *Iohannem de Renes*, & Dominum *Iohannem Proys*, & omnia ſunt bene retractata. Et concluſum eſt in *Yſelſteyn* hoc modo, ut *Gysbertus* reſignaret electionem ſuam & Epiſcopatum *David* filio *Philippi* Ducis Burgundiæ Epiſcopo Terwanenſi, qui proviſionem habuit, & *Gysbertus* maneret Præpoſitus in ſummo, & Præpoſitus ad S. Salvatorem, & ſimiliter Præpoſitus ad S. Donatum in *Brugis*, & annis ſingulis haberet ad vitam ex Epiſcopio quatuor millia florenorum, & pro expenſis ſuis haberet quinque millia Leonum aureorum, & horum omnium fidejuſſor factus eſt Dux Clivenſis. Et tali conditione venit ille potens Princeps *Trajectum* cum filio ſuo *David*, & cum omni exercitû, & ſecum fuit filius ejus Comes de *Sarloys Karolus*, & Comes de *Nyvers*, & Comes de *Stampis*, filius Ducis de *Borbonia*, *Adulphus* filius Ducis Clivenſis, *Antonius Dagener* de *Burgundia*, Comes de *Marle*, Comes de *Briano*, Comes de *Bocha*, Dominus de *Croy*, Dominus de *Arcke*, cum multis aliis Principibus. Et cum magna pompa venientes Trajectum ſuſcepti ſunt cum magna ſolennitate, & filius ejus ſuſceptus

Digitized by Google

eſt cum reverentia, & Dominus *Gisbertus Breeroed* ſuſcepit eum, & reſignavit ſibi totum jus & poſſeſſionem, ceteris manentibus inconvulſis. Et ipſe *Gysbertus* cum Eccleſia duxit eum in Eccleſiam *S. Martini*, & introniſavit eum, & in cathedra collocavit, quod delectabile fuit videre. Et cum *Philippus* Dux *Burgundiæ* eſſet in civitate cum tantis de ſuis tamen omnia ſervavit incontaminata, & in nullo civitati forefecit. Et cum ibi reſediſſet octo diebus, tunc profectus eſt cum ſuo exercitu *Davantriam*, & etiam cum Hollandinis, & commilit Præpoſito *Gysberto* interim, & Domino de *Breeroed* civitatem Trajectenſem, & obſedit *Daventriam* VIII. ebdomadis, ſed nichil dignum ſcribendi ibi fecit, quia quamdiu ibi fuit ſemper pluit, & ibi compacti ſunt, ut *David* ſuſcipiant in Epiſcopum Trajectenſem. Hæc facta ſunt anno Domini CIↃ. CCCC. LVI.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM AUCTORIS

CRONICA

DE

HOLLANT

ET

EJUS

COMITATU.

Digitized by Google

Digitized by Google

CRONICA DE HOLLANT ET EJUS COMITATU.

HOLLANDIA quomodo eſt primo inhabitata plenius habetur in hiſtoria *Friſiæ* & Epiſcoporum Trajectenſium. Iam reſtat ſcribere, quomodo hæc provincia primo gubernata eſt per nobilem Principem *Theodricum* primum Comitem *Hollandiæ*, & ultra de omnibus Comitibus Comitiſſiſque Hollandiæ, Ducibus, Duxiſſiſque, & Regibus, qui poſſeſſores illius Provinciæ extiterunt.

Hollandia ſicut invenitur *de proprietatibus rerum* in XV. *libro* eſt parva Provincia ſita prope *Renum*, ubi Renus influit mare, & in Auſtro habet *Brabantiam*, & in Oriente habet *Friſiam*, in Aquilone habet mare *Britannicum*, & in Occidente habet *Flandriam*, & eſt terra aquoſa, & circumfluit eam aqua Reni, & aqua maris, ac ſi inſula eſſet, & intus habet multos ſtagnos piſcium, multum feroces, & habet bona paſcua pro jumentis paſcendis, & multum fructifera eſt terra. Etiam ſunt ibi in multis locis nemora, in quibus eſt venatio, & habet etiam terra multum de moria, de qua fiunt ceſpites ad comburendum. Et eſt terra locuples valde, cujus principalis civitas eſt *Trajectum* inferius, & in inferiori eſt *Almannia* ſecundum linguam, & populus eſt grandis fortisque viribus, magnanimus, pulcher facie, honeſtus moribus, Deum veritus, minus ad rapinam, quam alii Almanni induſtrius, fidelis, & pacificus comprobatur.

Anno Domini DCCC. & LXIII. cum *Carolus* Rex Franciæ audiſſet,

Digitized by Google

diſſet, quod Dani & Norwegi *Hollandiam* deſtruxiſſent, tunc ſedit ſemel Rex iſte in Brabantia, in quadam villa nomine *Bladel*, & fuit apud eum nobilis Comes nomine *Haghenus*, & duo alii Principes juvenes, quorum unus vocatus fuit *Walgerus*, & alius *Theodricus*. Iſte Comes *Haghenus* fuit avunculus de iſtis duobus, quia fuerunt filii ſororis ſuæ, & Regia *Ludovici* Regis conjux fuit ſoror iſtius *Haghemi*. Et iſte *Haghenus* rogavit *Karolum* obnixe pro juniore nepote ſuo, ut daret ei Provinciam *Hollandiæ* cum parte Friſiæ viſo quod natus fuit de alto ſanguine Franciæ. Rex *Karolus* bene fuit inclinatus hujuſmodi petitionibus, & lubens conſenſit, & dedit *Theodrico* Provinciam *Hollandiæ* cum ſuis pertinentiis & parte Friſiæ, & fecit de Hollandia principalem Comitatum. Et Rex recepit *Theodricum* ſuum principalem conſiliarium, & Rex dedit ei ſuper his rata privilegia & plebiſcita bene bullata cum ſigillo Regis, annulo aureo, quod continebat imaginem ſuam. Et continebat hæc. *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus gratia Dei Rex Franciæ. Quia noſtræ majeſtati convenit, quod noſtros fideles & caros honorare debeamus propter ſua miniſteria nobis ſedulo impenſa, hinc notum facimus cunctis fidelibus Chriſtianis præſentibus & futuris iſta inſpecturis, quod ad præſentiam noſtram venit Haghenus Comes noſter nobilis, ſupplicans nobis, quatenus daremus nobili viro Principi noſtro* Theodrico, *fratri Principis Walgeri Provinciam Hollandiæ cum ſuis pertinentiis. Cujus pretibus inclinati pie annuimus, ut juſtum eſt, & damus cariſſimo noſtro Theodrico iſtam dictam provinciam cum cunctis officiatis hominibus inibi contentis, ac futuris, cum ſuis nemoribus aquis & ceteris amulumentis. Et præcipimus per præſentes, ut in his nemo ſibi obviare contendat. Et quia voluimus, quod iſta donatio rata permaneat in ævum, ſic placuit nobis ſuper his documenta elargiti munita. Data in Bladella anno Domini* DCCC. LXIII. XVI. *die Iunii* XVIII. *noſtri Regni.* De poſt donavit *Ludovicus* Rex *Almanniæ* iſti *Theodrico* terram de *Waſda*, quæ fuit confinis Hollandiæ, quæ vocata eſt *Friſia* uſque *Louwers* ad inſtantiam Reginæ ſuæ, quæ fuit matertera iſtius *Theodrici*. Et ſuper hoc dedit etiam ſibi publica & fortia inſtrumenta, quæ ſic continent. *In nomine Sanctæ Trinitatis. Ludovicus Dei gratia Rex Almanniæ notum facimus univerſis, quod Hemma conſors Regni noſtri Regina noſtra rogavit nos quatenus Theodrico fideli noſtro nepoti foreſtam daremus,*

quæ

Digitized by Google

quæ adjacet Comitatui Hollandiæ, nomine Waſda, & aquam quæ ibi intrat & exit cum pratis ſuis, & nemoribus, & cunctis, quæ ad illam foreſtam pertinere dicuntur, quod ad inſtantiam noſtræ conſortis ei negare non poſſumus, ſed libenter donamus dilecto noſtro Theodrico prædicto ut libere poſſideat ipſe cum poſteris ſuis ita ut poſſet cum ea facere ſicut libet ſibi; vel poſſidere, vel vendere vel donare. Et ut hæc rata habeamus duximus his ſigillum noſtræ majeſtatis appendere. Datum anno DCCC. LXVIII. *tertia die Aprilis.*

Theodricus primus, filius Principis *Sigisberti* de *Aquitania*, fuit primus Comes Hollandiæ, & Zelandiæ, & Friſiæ uſque *Leuwers* XXXVIII. annis. Hic fuit vir animoſus, imperterritus Princeps. Ipſe defendit *Hollandiam* de manu Danorum ac gentilium. Hic habuit conjugem nomine *Genam* nobiliter natam, quæ fuit (1) filia *Pippini* Regis Italiæ, Et *Karolus Magnus* fuit pater *Pippini*, & avus de Gena. De iſta habuit *Theodricum* unum filium, etiam nomine *Theodricum*, qui fuit Comes poſt patrem. Item *Theodricus* cum ſenuiſſet ex devotione conſtruxit monaſterium in *Egmonda*, ubi poſuit Sanctimoniales ordinis S. Benedicti, quas beneficiavit ſatis de proprio, ut poſſent honeſte victitare. Et in eodem monaſterio fuit cuidam Sactimoniali revelatum à Deo, quod admoneret *Theodricum* Comitem, ut aperiret ſepulchrum *S. Alberti*, & illa ſacra oſſa portare faceret ad Eccleſiam dicti monaſterii, & Comes convocavit multos, presbyteros, & Prælatos. Et cum aperuiſſent ſepulchrum inventum eſt corpus ejus cum tegumento incorruptum. Et etiam inventum fuit ſuper pectus ejus ſignum crucis de auro, quod medicinam præſtat & ſalutem multis infirmitatibus, & ſub ſepulchro ejus erupit fons, qui adhuc hodie multam aquam tribuit.

In anno DCCCC. & uno pridie Kalendas Octobris obiit iſte Comes *Theodricus* primus Comes Hollandiæ, & ſepultus eſt in *Egmonda* in monaſterio, quod ipſe fecit. Et anno ſequenti obiit uxor ejus Gena, & ſepulta eſt apud eum in *Egmonda*. *Theo-*

(1) Ne hoc quidem verum eſt. Pipinus Carolo adhuc vivo defunctus filium Bernardum, *filias autem quinque Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Bertaidem, & Thedradam ſuperſtites reliquit* verba ſunt Eginhardi in vita Caroli Magni.

ogle

Theodricus II. filius *Theodrici* ſupradicti fuit ſecundus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ LXXXII. annis. Iſte habuit conjugem nomine *Hildegondam*, & fuit filia *Ludowici* Regis Franciæ, de qua conjuge habuit *Theodricus* duos filios, & unam filiam. Primus filius vocatus fuit *Arnoldus*, & fuit Comes poſt patrem. Secundus filius vocatus fuit *Egbertus*, & fuit Archiepiſcopus Treverenſis, & filia nomine *Aerlinda*, & fuit (1) Abbatiſſa de *Rynsburgh*, Iſtius *Theodrici* tempore ſurrexerunt Friſones in rebellione contra Dominum ſuum, ſed *Theodoricus* collecta manu profectus eſt in Friſiam, & deſtruxit magnam partem Friſiæ, & occidit multos, ita quod ad obedientiam eos coegit, quam tamen non diu ſervaverunt, quia anno ſequenti venerunt Friſones, & combuſſerunt *Alcmariam*, & *Egmondam*, & *Haerlem*, & ſic venerunt uſque Leydis. Quod audiens *Theodricus* accepit *Caſtellanum* de *Leydis*, & omnes, quos in promptu habere potuit. Quod audiens omnis homo venit in adjutorium Principis ſui, & vaſtavit eos Comes, & multos Friſonum occidit. Et iſtud prælium contigit in eodem loco, in quo *Reynsburch* jam fundatum habetur. Acta ſunt hæc anno DCCCC & LXXII. Et ſic ſubegit Friſones. Anno DCCCC. LXXV. conſtruxit *Theodericus* monaſterium in *Reynsburch*, & poſuit ibi religioſos monachos ordinis S. Benedicti. De poſt tamen transpoſuit moniales de *Egmonda* in *Reynsburch*, & de *Reynsburch* in *Egmonda*, ut poſſent melius defendere monaſterium ſuum ab incurſu Friſonum, & reædificavit monaſterium in *Egmonda* ſatis pretioſe de lapidibus, quod fuit prius de lignis. Item *Theodricus* dedit monaſterio Egmondenſi multa bona temporalia ad poſſidendum. Etiam dedit monaſterio librum, qui dicitur tripertita hiſtoria, & textum quatuor Evangeliorum, qui totaliter foris coopertus lapidibus pretioſis. Anno DCCCC. LXXXIV. pridie Nonas Maji obiit iſte Comes *Theodricus*, & ſepultus eſt apud patrem ſuum in Egmonda. Hic *Theodricus* & pater ejus regebant Hollandiam c. XXV. annis laudabiliter & pacifice, &

(1) Acqui nondum monaſterium tum in rerum natura. Fundatrix Petronella eſt Florentii Pinguis uxor. Sed vulgaris eſt error, ut mox ipſe Auctor in Florentii ejus vita. Add. Chron. Goudan *b.* & ibid. *Scriver.*

Digitized by Google

& expulerunt Danos de terra. Et anno ſequenti in Aprili obiit conjux ejus, & ſepulta eſt apud virum ſuum.

Arnoldus primus ſic vocatus fuit filius *Theodrici* ſecundi, qui fuit tertius Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ v. annis. Iſte habuit conjugem † *Hirgardam*, filiam Regis vel Imperatoris Græcorum *Stephani*, & fuit ſoror Imperatricis Romanorum conjugis *Ottonis* II. Et fuit ex parte matris ſuæ de progenie Romanorum Colomneorum. Et de hac conjuge habuit duos filios. Primus vocatus eſt *Theodericus*, qui fuit Comes Burgenſis de *Kermerlant*, & *Friſia*. Alter *Zyfridus* filius *Arnoldi* fuit primus Dominus de *Breeroed*. Iſte *Zyfridus* adamavit quandam pulchram virginem nomine *Tetburgam*, & fuit filia cujuſdam potentis in Friſia, qui nomen habuit *Goldebant*, & hic diſcendit de ſanguine *Galdeboldi* Regis Friſiæ. Et iſtam virginem ſibi deſponſavit inſciis ſuis parentibus, qui propterea valde irati ſunt. De iſta Friſonica fœmina habuit *Zyfridus* duos filios. Primus vocatus eſt *Theodricus*, qui poſtea fuit Dominus de *Breeroede*. Secundus vocatus eſt *Simon*, & hic fuit Dominus de *Teylingen*. Et de iſto Domino de *Breeroed* venit adhuc unus filius, & hic dictus eſt Dominus de *Lecke*. Sed iſte Comes *Arnoldus* fuit juſtus & pius Dominus, bonæ vitæ, & metuebat Deum valde. Hic habuit multas moleſtias contra Friſones. Anno Domini DCCCC. XCIII. profectus eſt in Friſiam cum manu valida & cum ſitiret populus ſuus, & non eſſet aqua niſi ſalſa, tunc Comes dedit ſe ad orationem. Et per inſtinctum Dei demonſtravit populo locum, ubi foderent pro aqua habenda, & foderunt & invenerunt aquam dulcem in magna copia. Et ſtatim poſt hoc venerunt Friſones in multitudine magna contra Comitem *Arnoldum*, & convenerunt in uno plano in Friſia apud quandam villam, quæ *Winckelmade* dicitur; ubi valde pugnatum eſt, & Friſones obtinuerunt triumphum, ſic quod Comes iſte ibi periit cum multis de ſuis. Actum eſt eodem anno DCCCC. XCIII. XIV. Kal. Octobr. Et corpus ejus delatum eſt in *Egmonda*, & ſepultus eſt ibi cum magno luctu. Et Comitiſſa filia Imperatoris in anno ſequenti pridie Idus Maji obiit & ibidem ſepulta. Poſt multos annos in ſancta feria quinta ante Paſcha, cum multus populus conveniſſet in *Egmondæ* propter indulgentias, tunc rupta eſt petra, quæ jacuit

† *Luitgardem* Willelm. Monac. *to. 4. Analect.* Vid. not. *ibid.* ** Nobis Tom. 2. P. 435.

Digitized by Google

ſuper ſepulchrum Comitis *Arnoldi.* Et ex ſepulchro tantus odor aromaticus prodiit, qui replevit totam Eccleſiam.

Theodricus tertius filius Arnoldi ſenior fuit quartus Comes Hollandiæ XLVI. annis, & habuit conjugem *Utilbildem* filiam Ducis Saxoniæ Ottonis, qui fuit Imperator II. *Otto*, & ſoror tertii *Ottonis* Imperatoris, quamvis mater tertii *Ottonis* & mater *Theodrici* fuerunt ſorores, & fuerunt filiæ Imperatoris Græcorum. Sed *Otto* II. poſtea habuit filiam de *Ooſtenryck*, & de iſta habuit iſtam *Utilbildem.* Et de iſta Comitiſſa habuit *Theodricus* duos filios. Primus vocatus eſt *Florentius*, & fuit Comes in Ooſtfriſia, & poſtea Comes Hollandiæ. Iſte Comes *Theodoricus* obiit anno Domini CIↃ. XXXIX. IV. Kalend. Ianuar. ſepultus in *Egmonda.*

Theodericus IV. filius *Theoderici* ſenior fuit quintus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, IX. annis. Hic non habuit conjugem, nec prolem. Hic aliquando fuit *Leodii* in torneamento, & ipſe interfecit ibi in ludo fratrem Epiſcopi Colonienſis. Et Leodienſes propterea obruentes in eum omnes Principes interficere moliebantur. Sed ipſe habito veloci equo fugit extra civitatem, ſed ipſe amiſit ibi duos fratres naturales & venit *Dordracum*, & incendit ibi omnes naves inimicorum ſuorum, & negotiatores eorum capi fecit. Iſte Comes cum tranſitum haberet per vicum in *Dordraco*, qui adhuc hodie vicus Comitis vocatur, ſagittatus eſt in femore ſuo venenata ſagitta à Colonienſibus & Leodienſibus. Et obiit poſt duos dies Idibus Maji anno Domini CIↃ. XLVIII. & ſepultus eſt in *Egmonda.*

Florentius primus frater *Theodrici* ſupradicti fuit ſextus Comes Hollandiæ &c. XIII. annis. Hic habuit conjugem filiam *Hermanni* Ducis Saxoniæ, de qua habuit duos filios. Primus vocatus eſt *Theodricus*, & fuit Comes poſt patrem ſuum. Secundus vocatus eſt *Florentius* Princeps, & unam filiam *Machteldem*, quam accepit *Philippus* Rex Franciæ, ſed poſt mortem patris *Machteldis.* Hic *Florentius* primo fuit Comes de Weſtfriſia. Quodam tempore *Florentius* triumphavit de ſuis inimicis, & manſit in quadam villa quieſcere volens, quæ villa dicta eſt *Hemaert*, & hoc in meridie, & improviſo ſupervenit *Alardus*, frater Ducis Brabantiæ, & percuſſit in laſſo exercitu *Florentii*, & occidit eum cum mille & ſexcentis viris anno

Digitized by Google

anno CIↃ. LXI. XIV. Kal. Iul. & ſepultus eſt in *Egmonda*.

Gertrudis relicta *Florentii* poſt mortem viri adminiſtravit Comitatum ex parte filiorum pluribus annis, ex parte Florentii duobus annis, & poſt hoc accepit *Robertum* de *Flandria* filium (1) *Ludowici* in maritum. Qui *Robertus* factus eſt tutor pueri *Theodrici* de *Hollandia* de conſenſu patriæ, & manſit ibi tutor octo annis. Anno CIↃ. CC. LXXI. tunc venit Godfridus Dux Lotharingiæ & Epiſcopus Trajectenſis Wilhelmus cum magno exercitu in Hollandiam prope Leydis. Contra quos venit iſte *Robertus* tutor patriæ ubi valde acriter pugnatum eſt. Quod ad ultimum *Robertus* ſuccubuit, & expulſus eſt cum conjuge ſua & filiis conjugis, & ſeceſſit Gandavum. Iſte *Godfridus* Dux *Lotharingiæ* cum *Buyl* fuit Comes Hollandiæ per vim quinque annis. Et in omnibus civitatibus acceptatus eſt per violentiam. Et iſte fundavit civitatem *Delft*, & prope illam magnum caſtrum, in quo ipſe habitavit longo tempore.

Anno CIↃ. LXXII. iſte *Godefridus* profectus eſt cum manu valida contra *Oeſtfriſiam* cum adjutorio Epiſcopi Trajectenſis, & obtinuit triumphum, & multa ſpolia detulit in *Alcmariam*. Quod audientes Friſones venerunt & obſederunt *Alcmariam* IX. ſeptimanis. Et venit tunc Epiſcopus in adjutorium Ducis, & pugnatum eſt valde, & perierunt bene octo millia Friſonum, & multi fuerunt capti & decapitati. Et ſic *Godfridus* obtinuit Oeſtfriſiam & Weſtfriſiam.

Theodricus V. filius *Florentii* fuit VII. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ XV. annis. Hic habuit conjugem nomine *Witilhildem*, filiam Frederici Ducis Saxoniæ, de qua habuit filium, qui poſt eum Comes fuit, & pulchram filiam *Machteldem*, quæ fuit Duxiſſa Aurelianenſis. Et cum *Theodricus* diu poſſediſſet Hollandiam in omni pace, tunc Friſones rebellare cœperunt, & emunitatem ſuam volebant defendere. Et *Theodricus* profectus eſt in Friſiam cum valido exercitu in hyeme, &

(1) *Balduini.* Alberic. ad ann. 1066. *Soror autem ejuſdem Regis Henrici Adela prædicto Balduino Inſulano peperit Balduinum hujus nominis ſextum, Robertum cognomento Friſonem &c. Robertus autem Friſo Gertrudem Friſonum Comitiſſum duxit in uxorem relictam videlicet Comitis Florentii, matrem Comitis Theodorici, & genuit ex ea Comitem Robertum, qui in expeditione Hieroſolymitana memoratur &c.*

Digitized by Google

& obtinuit duo prælia ſuper glaciem. Et in primo prælio proſtrati ſunt ultra XL. milia Friſonum, & in ſecundo prælio LX. millia Friſonum, tam virorum quam mulierum, quia Comes iſte interfici juſſit tam viros quam mulieres, & valde deſtruxit Friſiam. Ann. CIↃ. XCI. V. Kal. Decembr. obiit iſte Comes *Theodricus*, & ſepultus eſt in Egmonda. Et uxor ejus XIV. Kal. & ſepulta eſt ibidem.

Florentius II. filius *Theodrici* fuit VIII. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ XXXIII. annis. Hic habuit conjugem *Petronillam* ſororem Lotharii imperatoris, de qua habuit tres filios, & unam filiam. Primus filius fuit *Theodricus*, & fuit Comes poſt patrem. Secundus fuit *Florentius*, & tertius vocatus eſt *Simeon*. Et filia vocata eſt *Hadewych*, & fuit pulchra valde. Hic *Florentius* vocatus eſt *Florentius Pinguis*, & fuit valde pulcher in corpore, pacificus corde, largus in elemoſina. Hic habuit plures virtutes, quam pater ejus. Anno Domini CIↃ. C. XXIV. obiit iſte nobilis *Florentius* VI. Nonas Maji, & ſepultus eſt in Egmonda, & *Petronilla* uxor ejus multas elemoſinas tribuit pro anima ejus, & multa bona fecit, & fundavit monaſterium in *Reynsburch*. Et obiit ipſa X. Kal. Iunii, & ſepulta eſt in *Rynsburch*.

Theodricus VI. filius *Florentii* fuit nonus Comes Hollandiæ, Zelandiæ &c. XXXIV. annis. Hic habuit conjugem nomine *Sophiam* filiam Palatini *Ottonis*, de qua habuit *Florentium*, qui poſt eum fuit Comes, & OTTONEM Comitem de Bentheim, & *Balduinum* Epiſcopum Trajectenſem, & *Peregrinum* Comitem *Burgenſem* de Zelandia. Hic fuit primus Dominus de *Voern*, qui reliquit unicam filiam, quæ habuit Comitem de *Senis*. De hoc venit Dominium de *Voern*. Et *Theodricus* habuit tres filias, *Sophiam* Abbatiſſam de *Reynsburch*, & *Petronillam* pulchram domicellam. Imperator *Lotharius* avunculus iſtius *Theodrici* dedit ei comitatum de *Oeſtbergen* & *Weſtbergben* in Oeſtfriſia. Anno Domini CIↃ. C. XXVIII. profectus eſt iſte *Theodricus* Iheroſolymam ad terram ſanctam, & anno ſequenti reverſus venit Italiam, & viſitavit *Innocentium* Papam, qui ſuſcepit eum cum magno honore. Et *Innocentius* Papa ad inſtantiam iſtius *Theodrici* dedit monaſterio *Egmondenſi* & de *Rynsburch*, quod immediate ſtarent ſub Apoſtolico cum omnibus habitis & habendis. Et multa alia indulta dedit Apoſtolicus

Digitized by Google

licus iſtis duobus monaſteriis. Anno Domini CIↃ. C. LXIII. obiit iſte Princeps Kalendis Auguſti, & ſepultus eſt in Egmonda. Et *Sophia* Comitiſſa manſit poſt mortem viri ſui in jejunio, & oratione, & elemoſinis ſine intermiſſione. Et fuit ſancta vidua, quæ miraculis coruſcabat in vita. Nam quodam tempore peregrinata fuit in *Compoſtella* ad *S. Iacobum*, & caſu incidit in latrones, qui eam feſtinabant occidere & bona auferre, & ſtatim latrones ſtupidi & immobiles permanebant. Quod videntes ingemiſcebant, & veniam ab ea poſtulabant. Et ipſa libenter eis indulſit. Iſta felix Domina, quæ Dominum amavit, bis fuit ad terram ſanctam, & jam tertio profecta eſt ad eam, & ibi obiit VI. Kalendas Octobris, & ſepulta eſt in hoſpitali Teutonum.

Florentius tertius filius *Theodrici* fuit decimus Comes Hollandiæ &c. XXVII. annis. Hic habuit conjugem *Adam* filiam *Henrici* Regis *Scotiæ*, de qua habuit *Theodricum*, qui poſt ſe Comes fuit, & *Wilhelmum* Comitem de *Oeſtfriſia*, & *Florentium* Præpoſitum in ſummo in Trajecto, & *Robertum* principem in *Kermerlant*, & filiam *Beatricem Eliſabeth*, *Adelheydem*, & *Margaretam* Comitiſſam in *Cleve*. Item Comes *Florentius* profectus eſt Ieruſalem, & viſitavit ſepulchrum matris ſuæ *Sophiæ*. Et cum rediret factus eſt frater ejus Epiſcopus Trajectenſis, cui in multis neceſſitatibus ſubvenit ad profectum Eccleſiæ. Anno Domini CIↃ. LXXXVIII. fuit iſte Florentius in terra ſancta cum Imperatore & multis aliis Principibus ad obtinendam terram ſanctam de manibus infidelium, & poſt multas victorias ſubmerſus eſt Imperator in flumine quodam, ſicut prius fuit ſibi prophetatum à quodam incluſo, & ſepultus eſt *Antiochiæ* ad S. Petrum anno CIↃ. C. XC. Et eodem anno obiit *Florentius* iſte etiam *Antiochiæ* Kalendis Auguſti, & ſepultus eſt apud tumbam Imperatoris, & Wilhelmus frater ejus, qui fuit Comes Oeſtfriſiæ etiam fuit ibi cum fratre ſuo. Et poſt mortem fratris ſui convenit iſte cum *Frederico* Duce *Sueviæ*, & manſit ibi cum eo adhuc annis quinque & multa prælia bellabant. Et per ſuam prudentiam vel providentiam, ut dicitur, obtinuerunt Chriſtiani Damiatam civitatem munitiſſimam. Et *Ada* conjux *Florentii* obiit III. Idus Ianuar. & ſepulta eſt in *Middelburch*.

Theodricus VII. filius *Florentii* fuit XI. Comes Hollandiæ XIII. annis. Hic habuit conjugem nomine *Aleydem*, & fuit filia Comitis *Clivenſis*, de qua habuit duas filias. Prima vocata eſt *Aleydis*, altera *Ada*. *Aleydis* fuit Comitiſſa Gelriæ, *Ada* Comitiſſa de *Loon* facta eſt, & hoc ſolum de conſilio matris ſuæ contra vota Hollandinorum. Anno Domini CIↃ. CC. III. obiit *Thoodricus* iſte *Dordraci*, pridie Nonas Novembr. & ſepultus eſt in Egmunda. Et erat tunc unica filia *Theodrici* poſt mortem ejus. *Aleydis* vero mater ejus occulte mandavit Comiti *Ludovico* de *Loon*, ut ſine mora veniret ad eam in caſtro *Altena*, & hinc *Dordracum*. Et cum veniſſet *Dordracum* ſtatim convenerunt, & dedit *Adam* filiam ſuam iſti in conjugem. Et hoc totum factum eſt occulte ſine conſenſu *Wilhelmi* avunculi ſui, & totius patriæ, & poſtpoſitis exequiis patris ſtatim ſervaverunt nuptias de filia. Quod audiens *Wilhelmus* in *Oeſtfriſia*, quod mortuus fuit frater ejus, & *Ada* neptis ejus data eſſet *Ludovico* de *Loon*, iratus eſt valde propter fratrem ſuum & nuptias, quod ipſa per ſe & matrem duxiſſet eum. Et venit *Wilhelmus* de conſilio Principum Zelandiæ cum magno exercitu ex Zelandia in Hollandiam, & poſuit tentoria ſua in *Ryswyck*, & cogitavit altera die cum *Ludovico* confligere. Comes vero *Ludovicus* miſit ad *Wilhelmum* Comitem Ducem *Wilhelmum* de *Limborch*, qui tunc apud illum fuit, ut de pace tractaret. Sed Dux rediit infecto negotio, & nuntiavit *Ludovico* quid audiſſet & vidiſſet. Et Dux ille receſſit inde. Et *Ludovicus* moto exercitu dereliquit tentoria ſua, & perrexit *Leydis*, & ultra *Trajectum* cum feſtinantia. Quem inſecutus eſt Comes *Wilhelmus* cum ſuis, & multos occidit & extinxit, & multi propter nimium curſum defecerunt. Et quidam projectis ſuis armis, ut melius fugerent, evaſerunt, qui tamen capti ſunt. Et ſic fugatus eſt *Ludovicus* ex Hollandia. Et cum *Ludowicus* veniſſet Trajectum dedit Epiſcopo omnes captos milites pro ſuo ſalario. Quibus peractis exaltatus eſt Comes *Wilhelmus* in Regno patris ſui, & factus eſt XII. Comes Hollandiæ &c. Non multum poſt iſte *Wilhelmus* cum ſua militia *Volpaerts* obſedit, & *Florentius Hoey* caſtella de *Aſperen* cum ſuis fortalitiis, & in brevi paciſcuntur.

Wilhelmus primus filius *Florentii* fraterque *Theoderici* fuit XII. Comes

Digitized by Googl

Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Oeſtfriſiæ XIX. annis. Et hic fuit heres legitimus *Scotiæ*, & habuit conjugem *Adelheydem*, filiam Comitis Gelriæ, de qua habuit tres filios & duas filias. Primus filius vocatus eſt *Florentius*, qui poſt cum Comes fuit, ſecundus *Otto*, & fuit Epiſcopus Trajectenſis, tertius *Welhelmus* princeps. Prima filia *Ada* Abbatiſſa in *Reynsburch*. Secunda filia *Richarda*, & fuit monialis in *Reynsburch*. Et poſt mortem *Adæ* neptis ſuæ tunc ſuſcepit *Wilhelmus* Comitatum ſuum ab Imperatore (1) in feudum. Anno CIↃ. CC. XLVIII. obiit *Adelheydis* Comitiſſa uxor ejus, pridie Idus Februar. & ſepulta eſt in Reynsburch in monaſterio. Comes poſt hoc accepit aliam conjugem nomine Mariam, & fuit filia Ducis de *Lancaſter*, de qua non habuit proles. Et hæc etiam ſepulta eſt in *Reynsburch*. Anno CIↃ. CC. XVII. in Aprili fuit tanta eclipſis ſolis, ſicut unquam fuit ab incarnatione Chriſti. Ann. CIↃ. CC. XXII. obiit iſte Comes *Wilhelmus* pridie Nonas Februar. & ſepultus eſt in Rynsburch.

Florentius IV. filius *Wilhelmi* fuit XIII. Comes Hollandiæ XII. annis, & habuit conjugem *Machteldem* filiam Ducis *Brabantiæ*, quæ fuit matertera *S. Eliſabeth* filiæ Ungariæ. Quæ Sancta *Eliſabeth* yconium Sanctæ Mariæ virginis habuit in ſua Camera, circa quam ſuam exhibebat devotionem. Et cum morti appropinquaret, tunc miſit iconium iſti *Machteldi*, ut eam etiam digne honoraret. Et *Machteldis* portavit illud in *s' Gravenſande* in Eccleſia, & ibi adhuc eſt, & facit multa miracula. *Florentius* habuit de iſto conjuge duos filios & duas filias. Primus filius vocatus eſt *Wilhelmus*, & fuit Comes poſt patrem ſuum. Secundus filius fuit *Florentius* Princeps & Drosſatus. Prima filia *Adelheyt* & fuit Comitiſſa Hannoniæ, ſecunda fuit *Machteldis*, & fuit Comitiſſa de *Hennenberch*. Et iſta Comitiſſa de *Hennenberch* ex permiſſione divina edidit trecentos ſexaginta pueros uno partu, & *Otto* Trajectenſis Epiſcopus

(1) Willem Procurator to. 4. *Analect. ad Ann.* CIↃ. CC. VI. ** *& confirmationem à Rege conſequitur* XX. *annis Comitatum Hollandiæ poſſidendo. Qui licet cognata vivente poſſeſſor injuſtus videretur, ipſa tamen abſque partu mortua, ejus poſſeſſio regulatur, & quod prius jure non potuit, conſequitur ex poſt facto.* Quale autem feudum id. vid. *lib.* I. *de Nobilit. cap.* 33. *& ſeq.*

** Nobis Tom. 2. p. 498.

Digitized by Google

ſcopus omnes hos baptizavit, & baptizati ſunt in plevibus. Et ſtatim poſt baptiſmum obierunt omnes. Et hoc contigit ei, quia ſemel vidit pauperem mulierem habentem duas proles uno partu de uno viro. Tunc domicella dicebat ei improperando, quod non poſſet fieri, quod de uno viro poſſit mulier duas proles parere, de quo mulier illa paupercula valde doluit, & oravit Deum, ut ſi poſſibile eſſet, quod Comitiſſa tot pareret, quot dies habet annus, & exaudita eſt, & ſic contigit. Iſte *Florentius* multum fuit utilis, ita ut in omnibus torneamentis laudem magnam ſibi acquiſivit. Interfectus eſt à Comite *Claromotenſi* traditorie. Quare Comes *Clivenſis* ſtatim hoc ultus eſt, & interfecit Comitem *Claromontenſem* propria manu in eodem loco. Et hoc contigit in Corbia Kal. Auguſt. Et corpus ejus balſamatum eſt, & deportatum in Reynsburch, & ibidem ſepultum. Et *Machteldis* conjux ejus obiit anno CIↃ. CC. LXXII. & ſepulta eſt in monaſterio *Looſduynen*, quod ipſa † fundavit. Et Comitiſſa de *Hennenberch*, quæ habuit omnes proles, anno Domini CIↃ. CC. LXXVII. & ſepulta eſt etiam in *Luoſdynen*.

† Una ſcilicet cum conjuge. Vid. fundat. 2. *tom.* 6. *Analect.*

Wilhelmus II. filius *Florentii* fuit XIV. Comes Hollandiæ, Zeelandiæ, Friſiæ &c. XXI. annis, & habuit conjugem *Eliſabeth* filiam Ducis de *Brunſwyck*, de qua habuit filium, qui poſt ſe Comes fuit nomine *Florentium*, & non habuit alios, ſed habuit bene multas naturales filias. Iſte fuit circa VII. annorum, quum pater ſuus obiit. Et *Otto* Epiſcopus Trajectenſis avunculus ejus ſuſcepit hunc *Wilhelmum* & *Florentium* fratrem ejus in ſua cuſtodia, & etiam adminiſtravit Comitatum de Hollandia de conſenſu patriæ ſatis laudabiliter. Et quum iſte *Wilhelmus* annos ſuos attigiſſet, & Lantgravius *Thuringiæ* filius *S. Eliſabeth Henricus* ſeptem annis fuiſſet Rex Romanorum & mortuus eſſet, miſit Apoſtolicus unum Cardinalium Cardinalem *Petrum de* * *Cappadocia* ad *aureum velum* Cardinalem Diaconum in Germaniam ad Electores Sacri Imperii, ut eligerent Regem Romanorum. Electores vero convenerunt in civitate Wormatiæ, & elegerunt unanimiter *Wilhelmum* iſtum in Regem Romanorum, proteſtantes, quod eſſet potentiſſimus Princeps Germaniæ. Quanto quoque plus electio fuit divulgata, tanto plus gaudii fuit inter militares, quia fuit juvenis viginti annorum, pulcher corpore, imberbis, cute,

** Nobis Tom. 3. p. 437. & ſeqq.*

* *Leg. de Capucio ut ſupr.* p. 55.

** Nobis p. 348.

Digitized by Google

cute nitidus, crine niger. Et quia hic novus electus nondum miles creatus fuit, plus amans arma quam argentum & aurum, quare indilate præparabantur omnia neceſſaria, ut miles fieret, antequam Aquisgrani coronam regalem ſuſciperet. Et quia nunc temporis multi milites pecuniæ ſuæ conſulunt, quare feſtivitatem ſuæ promotionis omittant, & militiæ cingulum ſolum manus percuſſione ſuſcipiant. Quare multi ſunt, qui regalam militarem ignorant, quia ad omnem dignitatem ſpiritualem aut ſecularem cum homo vocatur aliquis, ſed non ſcit, quomodo illa frui debeat, vel ſi ſcit & non facit, tunc non eſt dignus aut utilis ad illam dignitatem, ut ſuſcipiat eam, quin majus judicium ſibi ſumit & damnationem. Ut autem omnis miles, aut militaris, aut nobilis quiſque ſciat, qui legit iſtam hiſtoriam, quid competat ordini militari, & ad quæ obligantur, & quod onus ſuſcipiunt, ſic ſcribam, quomodo iſte Princeps ſuſceperit, & ſolenniter obſervare promiſerit venerabilem militiæ ordinem: Poſtquam ergo omnia parata eſſent, & ſumma miſſa finita, tunc ductus eſt iſte Princeps ante Cardinalem per Regem *Bohemiæ*, & Rex *Bohemiæ* ſic locutus eſt, *Sancte Pater, ad veſtram præſentiam ſiſtimus iſtum armigerum, rogantes ſupplicites, ut Paternitas veſtra dignetur recipere profeſſionem ſuam Sanctam, ut aſſcribi mereatur noſtræ militiæ ſocietati.* Cardinalis qui ſtetit in ſuis ornamentis Pontificalibus, ſicut decet, ſic allocutus eſt juvenem ſecundum memoriale nominis militis. *Miles dicitur quaſi inter mille homines miles magis virilis, magis virtuoſus, magis juſtus. Sic convenit primo, quod qui ad militiam vocatur, ſit primo nobiliter natus tanquam de ſanguine militari aut amplius, aut quia tam magnifice aut fortiter egit pro Eccleſia, aut pro fide aut juſtitia, ut vix inter mille ſit unus talis. Secundo, quod ſit magnanimus & fortis in virilibus actibus. Tertio quod ſit potens contra ſuos adverſarios. Quarto, quod ſit honeſtus & largus in donis. Quinto, quod ſit moroſus, & prudens, ac boni regiminis. Sexto ut ſit locuples, quod ſtatum militarem exequi poſſit.* Quibus dictis Cardinalis dixit Regi: *Deus, qui tibi tribuit velle, iſta tribuat tibi perficere optata, & perficiat in te omnes virtutes Amen.* Et dixit Cardinalis rurſum Regi; *O Princeps potentiſſime, hæc eſt regula militaris, quæ ſequitur: Primo etenim ſe die debet devote memorare paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Secundo, omni die miſſam audire, quo competentius poterit, tertio*

Digitized by Google

quod corpus ſuum & omnem ſubſtantiam libens pro fide Catholica & prompte exponat, quarto quod Eccleſiam ſanctam cum ſuis ſervitoribus protegat ſecundum ſuum poſſe contra omnia adverſa & injuſta, quæ ſibi accidere poſſint, quinto quod defendat viduas & pupillos in neceſſitatibus ſuis in juſtitiiſque ſuis, ſexto quod fugiat injuſta prælia, & de talibus cauſis multum quæſtum quærere, ſeptimo quod propter innocentes & inculpabiles libenter properet ad eorum defenſionem, octavo, quod torneamenta non exerceat, niſi in cauſis honeſtis, & exercitium militare, nono, quod Imperatori vel ſuo proprio Domino pro ſuo poſſe fidelis exiſtat in armis & in vera obedientia, X. *ut ſemper communem utilitatem terræ in ſuis juſtitiis ac terris promoveat, prout poſſit,* XI. ut *feudalia ſua, quæ de ſuo Domino accepit, non alienet,* XII. *quod mutuo ſe milites honorent,* XIII. *quod ſibi in vicem non detrahant,* XIV. *ut nunquam munera accipiant ad ſubvertendum judicium,* XV. *quod non ſit infamis vitæ, ſcilicet adulter aut fornicator, nam de hoc ſtatus militaris nimis minueretur. Et quicunque miles poſt regulam ipſam ſe regulat, laudem habebit ab omnibus, & vitam æternam poſſidebit.* Quibus patratis accepit Cardinalis ambas manus Regis conjunctas, in miſſali ſuper Evangelium, quando lectum fuit, & ſic locutus eſt: *Deſideres ordinem militarem accipere in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & regulam iſtam jam dictam ſecundum poſſibilitatem ſervare?* Rex ait; *Etiam.* Tunc Cardinalis tradidit ei ſcriptum promiſſum, quod & Rex legit, & ſic fuit. *Ego Wilhelmus Hollandenſis Princeps militiæ, & liber homo Sacri Imperii, profiteor meo juramento in præſentia Domini mei Petri Cardinalis ad aureum velum, ac Legati Romanæ Eccleſiæ, ſervare iſtum ordinem militarem per iſtud Sanctum Evangelium, quod ego jam tango manibus meis.* Cardinalis dixit: *Iſta ſancta tua profeſſio ſit tibi ablatio omnium peccatorum tuorum.* Quo dicto tunc Rex Bohemiæ dedit electo Regi ictum validum in collo ejus cum gladio aureo dicens: *Ad honorem Dei te ordino militem, & recipio te in ſocietatem noſtram. Et cogita quod Salvator omnium noſtrum ante Annam Pontificem ſtetit pro te, & percuſſus in collo fuit & deriſus ante Pilatum judicem, & flagellis cæſus fuit, & ſpinis coronatus, & ante Herodem alba veſte illuſus, & ad ultimum omnium Dominus ſuſpenſus in cruce, quam crucem ſuadeo tibi ut acceptes, ac ut valeas vindices.* Et cum hæc omnia eſſent ſolenniter facta, & miſſa audita, fecit ſonare tybicines ſuos, & ter torneamentavit

Digitized by Google

tavit contra filium Regis Bohemiæ, & poſt hoc luſerunt cum nudis gladiis. Et Curiam ſervavit tribus diebus cum magnis ſumptibus, & dotavit omnes Principes cum magnis muneribus in magno honore. Cardinalis ſcripſit Domino Apoſtolico omnia ſicut acta ſunt veloci cum curſore. Qui in his lætatus eſt valde de tali rumore, quod tam juvenis Princeps electus eſſet in Regem Romanorum. Et poſtquam hic electus Curiam tribus diebus feſtive ſervaſſet, quarta die profectus eſt ante *Aquisgranum*, & in gyro eam obſedit, ad tempus ibi jacens, expectans ſi aliquis veniret, qui jure belli coronam ab eo vellet extorquere imperialem. Expirato tempore, quo Imperator ex conſuetudine ibi ſolet jacere, à nulloque impetum ſuſtinuiſſet, tunc interrogavit Burgenſes, an portas aperire vellent an non. Qui aperientes portas ſuſceperunt eum in Imperatorem in vigilia omnium ſanctorum, & in feſto omnium ſanctorum congregatis omnibus Prælatis & Principibus duxerunt iſtum electum in Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis, ut ibi benedictionem ſuſciperet ſecundum morem. Epiſcopus *Monaſterienſis* & Epiſcopus *Mindenſis* ordinabant eum in ſacriſtia, & induebant eum ſuper arma ſua ornamenta in modum Dyaconi. Et Epiſcopus *Leodienſis* & Epiſcopus *Trajectenſis* perduxerunt eum ſic ſuper regalem cathedram. Ibi fuit Archiepiſcopus Colonienſis Cancellarius Italiæ, & poſuit eum in cathedra majeſtatis, & locutus eſt ita: *Omnipotens Deus dignetur te ſanctificare in Regem Romanorum, ſicut fecit David inungi per Samuelem, ut eſſet Rex ſuper populum Hebræorum, ut ſedeas ſuper ſolium Regni, & facias juſtitiam in omni terra.* Et Archiepiſcopus *Maguntinenſis* Cancellarius Germaniæ ſuſcepit dexteram ejus, & unxit eam oleo, & dixit: *Omnipotens Deus dignetur te conſecrare in Regem populi, qui fecit ungi David in Regem Iheruſalem per Samuelem.* Archiepiſcopus Treverenſis Cancellarius Galliæ poſuit manum ſuam ſuper caput Regis & dixit: *Spiritus ſanctus veniat in te, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſcientiæ & pietatis, conſilii & fortitudinis, atque timoris Domini, & repleat te ſemper.* Marchio Brandeburgenſis Regis Camerarius dedit Regi annulum in manu dicens: *Accipe ſignum univerſi Regni, ut ſis ſolus ſupremus Dominus in univerſa terra, & conſerves Romanum Regnum in ſua majeſtate, & cuſtodias ab omni incurſu barbarorum, & infidelium, & aliorum inimicorum.* Dux Saxoniæ

Digitized by Google

Imperatoris Judex dedit Regi gladium, & dixit ſic: *Accipe gladium defenſionis, ſicut dedit angelus Machabeo, cum quo rebelles & incredulos caſtiges, & ſubjicias, & bonos ac devotos in bono tuearis.* Dux Bavariæ Palatinus Rheni Imperatoris Januarius dedit Imperatori aureum pomum & dixit: *Accipe pomum iſtud in manu tua, ut ſic ſubjicias omnem mundum Romano Imperio, ut digne Auguſtus merearis vocari.* Rex Bohemiæ pincerna ejus poſuit in capite ejus coronam auream, & dixit: *Suſcipe ſplendidam coronam Regni, ut ſic fulgeas in decore virtutum, & ſic luceas in mundo, ut merearis poſtmodum coronari in cœlis.* Et tunc omnes Principes inclinabant ſe majeſtati ejus, & acclamabant laudem, ſalutem, & honorem, & omnes ſingillatim accedentes promittebant ei obedientiam & aſſiſtentiam. Et hæc facta ſunt anno CIↃ. CC. XLVIII. Quibus peractis celebravit Rex ſolennem Curiam per ebdomadam in multa magnificentia.

Poſt hoc circa feſtum Epiphaniæ profectus eſt Rex Coloniam ad tres Reges, ut ibi faceret oblationem ſuam. In diebus illis fuit magiſter in Colonia nomine *Albertus Magnus*, Epiſcopus *Ratisponenſis* de ordine Prædicatorum. Hic humiliter rogavit Regem, ut dignaretur ſecum comedere in feſto Epiphaniæ. Rex autem ſperavit aliquid novi ab eo videre, & libenter annuit. Et finita ſumma miſſa egreſſus eſt Epiſcopus ſtudorium ſuum, & recepit Regem cum omni familia ſua ſatis honorifice, & duxit Regem ex triclinio in ortum vel pomerium, ubi ſtabant arbores in mira pulchritudine. Et ibi erant miniſtri, & omnia ad convivium neceſſaria erant ibi parata. Et tamen erat tunc ingens hyems, & intenſum frigus, & omnis terra operta erat nive, & familia Regis loquebatur ad invicem; *Convivabit Rex in iſto frigido orto?* Et cum ſediſſent Rex, & Epiſcopi, & alii Principes, & familia Regis, unuſquiſque ſecundum ſtatum ſuum expectantes cibaria, ſtatim periit omnis glacies, & nix, & venit ibi æſtas nimia, & ſol valde rutilabat, & crevit vehementer gramen terræ, & arbores florebant mirabiliter, & flores venerunt ad maturum fructum eſui aptum, & vineta ſimiliter germinabant fructus maturos, & aves cantabant in multo genere, de quo convivæ multum gaudebant. Et tantus æſtus fuit ibi, ut multi exuerent veſtimenta ſua, & fugerent ad umbras arborum. Et miniſtri portabant ad menſam varia fercula ciborum. Et lætatus

eſt

Digitized by Google

eſt Rex, & omnes cum eo, videntes tanta mirabilia. Ad ultimum finito convivio cum ſurrexiſſent diſparuerunt omnes miniſtri, & cantus avium, fructus arborum, & hyems rediit, & omnia fuerunt ut prius, ita ut unuſquiſque ad ignem properaret. Poſt hoc rogavit *Albertus Magnus* Regem, ut daret ſibi peciam terræ in *Trajecto*, ut poſſet ibi fundare monaſterium ordinis ſui, & ad hoc porrigeret manum adjutricem. Et Rex poſt hoc venit *Trajectum*, & ibi ſuſceptus eſt ab *Ottone* Epiſcopo avunculo ſuo, & ceteris Prælatis & Burgenſibus cum magno honore. Et ſtatim civis & civitatis municeps factus eſt, & emit fundum ſtatim in civitate, & dedit hoc Prædicatoribus in elemoſyna, ut monaſterium fieret cum magna ſumma auri ad fabricam. Et Rex etiam dedit Eccleſiæ Trajectenſi magnam emunitatem, ac privilegia Similiter civitati fecit, ut habetur in Cronicis civitatis Trajecti. Poſt hoc rediit Rex ad propria in Hollandiam, ubi receptus eſt cum honore, & fecit conſtrui in *Haga Comitis* magnum palatium, ubi ſedere voluit judicans de aliis Regni negotiis, Populus univerſus libens tributum attulit Regi ad cameram ſuam, ita ut in theſauris multis habundavit ſuper omnes, qui ante cum fuerunt. In iſtis diebus audivit *Iohannes* Comes Hannoniæ, qui ſororem Regis habuit conjugem, quod *Wilhelmus* † gener ejus electus eſſet Rex Romanorum, & venit ad eum cum conjuge ſua, & fuit ibi aliquot diebus cum magna lætitia. Quod audiens Guido Comes Flandrenſis, & Margareta mater ejus, profectus eſt Guido in Hannoniam, & vaſtavit eam pro majori parte, & præſentavit fratrem ſuum ſic expellere de Hannonia. *Ioannes* conqueſtus eſt hoc Regi *Wilhelmo* ſuo genero. Qui ſtatim collegit exercitum, & ivit in Hannoniam, & expulit inde *Guidonem*, & repoſuit ſororem cum viro ſuo *Iohanne* ibi iterum in Comitatu. Quod Flamengis fuit placitum, an non.

† Uxoris frater, non gener. Abuſiva eſt locutio. Sororium vocat Ioannem Wilhelmus Rex ipſe in charta Ann. 1252. Vid. *to.* 4. *Analect.* *p.* 372.

Sed *Margareta* Comitiſſa *Flandriæ* mater *Guidonis* his auditis multum doluit, quod non ſit res acta ſicut ipſa voluit, & cogitavit Zelandiam dolo obtinere, de quo parum Rex iſte curavit. Ex Rex profectus de *Hannonia* ivit ad avunculum ſuum *Henricum* Ducem Brabantiæ. *Margareta* vocavit ad ſe *Tyboudum*, Comitem de *Giſen*, & *Wolfardum* Comitem de *Bremo* eum multis aliis Principibus cum multo ſalario, ut in *Walche-*

** Nobis Tom. 2. p. 506.

Digitized by Google

ren & ultra in *Zelandiam* properarent, & *Guidonem* cum *Iohanne* de *Dampier*, filios suos cum eis, ut illas vastarent terras. Rex *Wilhelmus* misit contra eos † *Wilhelmum* fratrem suum cum exercitu in Zelandiam; ut insolentiæ imprudentis fœminæ obviaret. Dux Brabantiæ hoc audiens laboravit dissidium hoc mitigare, & ad pacem ducere, & statuit diem pro pace tractanda in *Antverpia*, ut bellum eximeret. Et cum sic colloquium haberent tribus diebus, misit occulte *Margareta*, ut sui sine mora insultum facerent in Zelandiam, & ingressi sunt terram circa *Westcappel*. Qui cum vidisset Flandrenses venire, surrexit cum suis viriliter, & fudit se in exercitum Flandrensium, & valde pugnatum est ibi. Et *Flandrenses* perterriti sunt, & fugerunt ad naves tam subito, quod circa quinquaginta millia submergebantur, ac tot interfecti sunt pene, quot submersi, & quinquaginta millia sunt etiam bene capti. Et *Guido* Comes captus fuit, qui sagittam accepit in femore, de qua nunquam sanatus est, & * *Wilhelmus* frater ejusdem Dampier similiter captus fuit, junior filius *Margaretæ*, & (1) Comes de *Ghisen* & ** *Bremo*, & hi omnes ducti sunt in Hollandiam, & tale bellum fuit, quod usque ad talum in sanguine ibant, & Rex Wilhelmus venit in Zelandiam, & lætatus est de tanto triumpho, & communem populum Flandrensem misit nudum ad propria, & unusquisque accepit frondes & virgas in via, ut pudenda sua quisque tegeret, & dicebant, quod Hollandiam viderunt Anno Domini CIↃ. CC. LIII. in die translationis Sancti Martini.

† Florentium. Vid. *supr. p.* 17. & *infr. p.* 30.

* Ioannes.

** Supra *Bremo*.

Apostolicus gaudebat valde in prosperitate Regis sui, & scripsit sibi, ut Romam veniret, & visitaret Apostolos, & susciperet summam benedictionem, & imperialem coronam. Rex ivit occulte cum XII. equis Romam tanquam peregrinus, & perlustravit satis prudenter statum Italiæ, & venit Venetiam ad Papam, ubi Papa suscepit eum cum magno honore, & retinuit eum apud se dies aliquot multum familiariter. Et tunc Papa dedit ad instantiam Regis, ut Abbas *Egmondensis* insulatus posset incedere, tanquam Episcopus, & multa alia pri-

(1) Gisnensis, Barrensisque. Meyer. ad Ann. 1253 *Capti Principis filii Guido Ioannesque cum Comitibus Theobaldo Barrensi, ac Godofredo Gisnensi.*

Digitized by Google

privilegia. Et ad ultimum convenit cum Apoſtolico Rex, ut ad *Almanniam* rediret, & ordinaret ad pacem terram ſuam, & tunc cum ſolennitate rediret pro imperiali corona, & cum caritate licentiam petiit à Papa, & occulte receſſit de Italia, quod Lombardi non ſciebant de eo, & venit in altam *Almanniam*, & ſuſceptus eſt ubique cum magno honore. Et ſuſceptus eſt ab omnibus Principibus & civitatibus, & omnia tradita ſunt ei cum clenodiis, & ceteris quæ pertinere noſcuntur ad Imperatorem. Et cum omnia bene diſpoſuiſſet in *Almannia*, & cogitaſſet repedare in Italiam & ultra ad Curiam pro benedictione imperiali, & tunc Friſones cœperunt more ſuo rebellare, & Rex nolens aliquam diſcordiam in terra ſua relinquere, cogitavit ſtatim Friſones ad ſolitam obedientiam cohercere, & venit Trajectum, & ſtatim perrexit *Friſiam* cum magna manu, & perdomuit eos. Et fecit fieri caſtrum circa *Alcmariam* nomine *Toorneburch* ad eorum perpetuam iram. Poſt hoc iterum rebellabant Friſones contra Hollandiam in hyeme. Et Rex concite properavit contra eos cum exercitu, & aquæ congelatæ fuerunt, ita quod ubique ire poterant. Sed jam non contigit Regi ſicut prius, quia *Wilhelmus* de *Breeroed*, qui habuit unam partem exercitus pugnavit contra illos de *Drechten*, quos etiam vicit. Rex vero ſedens in equo habuit aliam partem exercitus, & properans quærebat tutam viam, quæ duceret ſuos in *Hoochtwoude*, & ut propere præiret cum paucis, & robur exercitus ſequeretur. Contigit equum ſuum cadere in glatiem cum Rege ſimiliter. Et Friſones, qui latebant in cannetis venerunt & percuſſerunt Regem, ita quod in caſſide ſuo ſtrangulatus fuit. Et ceteri qui cum eo fuerunt percuſſi ſunt, antequam robur exercitus accedere potuerit. Et *Friſones* ex hoc animati pugnabant acriter contra Hollandinos. Et tunc Friſones obtinuerunt triumphum. Hæc facta ſunt anno CIↃ. CC. LV. quinto Kalend. Februar. Iſte nobilis Rex fuit Comes Hollandiæ XXI. annis. Et in XX. & uno annis fuit Rex Romanorum quaſi octo annis. Et tunc completum eſt quod fuerat prophetatum per Sybillam, diu antequam *Wilhelmus* Rex Romanorum occidendus eſſet à Friſonibus. Eodem anno ſcilicet CIↃ. CC. LV. *Richarda* ſoror *Wilhelmi* Regis fundavit monaſterium in Hollandia in elemoſina animæ fratris ejus, & poſuit

posuit ibi moniales de ordine Præmonstratensium, quod *Coninxvelt* dicitur, prope *Delft*, & etiam in memoriale nominis sui, quod etiam dotavit & perfecit. Anno Domini CIↃ. CC. LVI. obiit illa nobilis Comitissa ac Regina *Elisabeth* conjux Regis *Wilhelmi*, & sepulta est in *Middelburch* in monasterio Præmonstratensium.

Florentius V. filius Regis *Wilhelmi* fuit XV. Comes Hollandiæ XLII. annis. Hic habuit conjugem filiam Comitis *Guidonis* de Flandria, de qua habuit *Theodricum*, *Florentium*, *Wilhelmum*, *Ottonem*, & *Iohannem*, qui post eum Comes fuit, & tres filias, scilicet *Beatricem*, *Machteldem*, & *Margaretam* Reginam Angliæ. Et cum Rex *Wilhelmus* occisus esset, fuit hic filius *Florentius* puer dimidii anni. Et *Florentius* Drossatus frater Regis & avunculus pueri suscepit puerum in suam custodiam, & factus fuit tutor pueri de consensu patriæ, & administravit Comitatum satis prudenter & laudabiliter tribus annis cum magna pace, & dedit Zelandinis conscripta plebiscitia, quæ adhuc servant. Post hæc vulneratus est *Antverpiæ* dictus *Florentius* sic, quod de vulnere obiit, & sepultus est *Middelburch* in monasterio. Tunc Dux Brabantiæ suscepit puerum in suam custodiam & tutelam, quia ipse avunculus fuit patris pueri. Ad tempus quoque permansit tutor pueri. Sed propter insolentiam suorum famulorum fuit expulsus de *Hollandiæ*. Post hoc elegerunt Hollandini in tutorem *Ottonem* Comitem qui fuit consobrinus super puerum. Sed contra hunc Zelandini elegerunt *Adelheyden* Comitissam Hannoniæ, ut ejus conjunx esset tutor pueri. Et propter istam discordiam contigit magnum prælium, & in utraque parte multi sunt occisi. Sed Hollandini cum Comite Gelriæ obtinuerunt triumphum. Et Comes *Gelrensis* mansit tutor pueri. Et cum iste juvenis Comes ad annos suos pervenisset, tunc virtuose & bene rexit. Et anno Domini CIↃ. CC. LXXII. congregavit magnum exercitum, & profectus est in Oestfrisiam, ut corpus patris sui deportaret ex Westfrisia in Hollandiam. Contra quam venerunt Frisones, & occiderunt de Hollandinis quingentos armatos in prælio. Ibi obiit *Wermbeldus* de *Hagha*, & *Albertus* filius ejus. *Theodericus* de *Raepborst*, & *Gerardus* frater ejus, Dn. *Gerardus* de *Haerlem*, Dn. *Iacobus* de *Wassenaer*, *Bernardus* de de *Haga*, & *Walterus Friso* Præpositus de *Kermerlant*.

Et

Digitized by Google

Et cum Hollandini tot nobiles perdidiſſent, tunc cedebant retrorſum in *Heylo* in planis pratis. Et tunc ingravatum eſt bellum, & occiſi ſunt quadringenti Friſones. Poſt hoc anno CIↃ. CC. LXXXII. profectus eſt *Florentius* cum manu valida in Friſiam uſque *Hoochtwoude*, & pugnavit contra Friſones, & obtinuit omnes, & interfecit ſupra ſexcentos Friſones, & multi ſunt capti. Et in eodem bello captus eſt quidam antiquus Friſo, & iſte monſtravit, ubi corpus Regis ſepultum eſſet. Et Comes *Florentius* fecit (1) illud inquiri, & invenit eum ſecundum verba ſenis, & elevavit, & lavari fecit & reponi in nova ciſta, & portari fecit Trajectum, & ibi fecit exequias patris cum magna veneratione & expenſis. Quibus peractis profectus inde cum magna pompa & familia portavit illud in *Walcheren* in *Middelburch*, & ibi ſimiliter ſervaverunt exequias ejus, ut decet. Sed antequam hic *Florentius* exiret Friſiam poſt victoriam habitam fecit conſtrui in Widenes forte caſtrum contra Friſones. Anno Domini CIↃ. CC. LXXXII. XIV. Kal. Decembr. tunc fuit maxima tempeſtas ventorum, de qua venit magnum diluvium in Hollandia, ita ut perirent multi homines & beſtiæ, & fuit plaga miſerabilis valde. Tunc profectus eſt *Theodricus* de *Breeroede* de conſenſu *Florentii*, & collectis multis navibus remigavit in Friſiam, & accepit multos obſides, quia non poterant ſibi mutuo ſubvenire propter aquam, & ſic rediit ad Dominum ſuum, & cum aqua decreviſſet, fecit *Florentius* iſte contra Friſones quatuor fortia caſtra, videlicet *Medenblick*, *Enigenburch*, *Middelburch*; & *Nieuweburch*. In diebus iſtis apparuit in *Nutia* vir quidam doctus in nigromantia, qui dixit ſe eſſe *Fredericum* Imperatorem, qui multos habuit ſequaces, qui fuerant antea de familia *Friderici*, & multa occulta revelavit, in quibus multos Principes Regni ad ſe traxit cum multis ſignis. Friſones vero venerunt ad iſtum Imperatorem, & conquerebantur de magna violentia & moleſtia, quam *Florentius* Comes *Hollandiæ* eis irrogaſſet. Ubi iſte

(1) Annal. Colmarienſ. ad Ann. 1284. *Filius Domini Wilhelmi Regis Romanorum vindicavit ſe* de *Friſonibus*, *& interfecit ex eis mille quadringentos viros & accepit corpus Patris ſui de eorum manibus violenter.*

Digitized by Google

iſte Imperator in cultu regio ſedens in tribunalibus juſſit Comiti *Florentio*, ut coram eo compareret contra Friſones, oſtenderetque ibi privilegia, quæ ſuper Friſones haberet, & præcepit Epiſcopo Trajectenſi, ut citaret Comitem, ut poſt XL. dies denuntiationis in Nutia coram Imperatore reſponſurus compareret. Quod cum audiſſet Comes, ſcripſit iſti deceptori ita dicens: *Si noſtis quomodo Fredericus Imperator infra ſuam familiam gutturis obſtructione interiit. Et tu quis es neſcio, & ſi Princeps es in Nutia non ſcio. Quare non teneo te ut Imperatorem, quia tua deceptio michi comperta exiſtit, & de tua citatione non curo.* Iſte autem deceptor ad ultimum eſt captus ab Epiſcopo Colonienſi, & igni adjudicatus interiit.

In diebus iſtis impignoravit *Iohannes* de *Naſſouwen*, Epiſcopus Trajectenſis caſtrum de *Vrelant Gysberto* de *Aemſtel*, ſub certa ſumma pecuniæ, & ſimiliter caſtrum de Montfoert *Hermanno* de *Woerden*. Et poſt iſtum Epiſcopum venit alius Epiſcopus *Iohannes* de *Zyrick*. Hic voluit redimere ambo caſtra cum adjutorio diœceſis ſuæ, & obtulit ambobus ſuas pecunias, propter quas impignorata caſtra habebant, & nolebant eas recipere, nec caſtra Epiſcopo reddere, ſed potius per vim retinere. Quare Epiſcopus guerras contra omnes ſuſcepit, & rogavit Comitem iſtum pro adjutorio & aſſiſtentia. Et *Florentius* venit, & obſedit *Vredelant*, & Dominus *Coſtinus* de *Reneſſe* venit cum *Zelandinis*, & bellavit contra *Gysbertum* de *Aemſtel* ex parte *Florentii* Comitis, & optinuit *Gysbertum* in prælio, & cepit eum. Et *Arnoldus* frater *Gysberti* tradidit in deditionem caſtrum in manu Comitis *Florentii*. Et *Florentius* profectus eſt inde ad *Montfoort*, quod etiam accepit jure belli ab *Hermanno* de *Woerden*, & *Hermannus* non audebat in terra ſua manere, ſed fugit inde. Poſt aliquod tempus fœderati ſunt Epiſcopus & Comes ab una parte, & *Gysbertus*, & *Hermannus* ab alia parte, ſic tamen quod iſte Comes ratione hujus traditorie in mortem traditus eſt per hos duos ſcilicet *Gysbertum* & *Hermannum*. Nam ſic pacificati ſunt, ut *Gysbertus* & *Hermannus* promitterent, quod nunquam erigerent ſe denuo contra Epiſcopum Trajectenſem, nec contra Comitem, & ſub pœna capitis & omnium bonorum ſuorum fidelitatem jurarent Comiti & Hollandiæ, & Epiſcopus rehaberet caſtra ſua. Et iſta conditio ſeu tractatus inſtrumentis eſt firmatus, quod tamen

Digitized by Google

men poſtea male ſervabant *Florentius* Comes ſic diſpoſuit omnem iram ſuper his, quod ſuſcepit hos duos, & poſuit eos ſummos conſiliarios ſuos. Sed ipſi memores nimiæ obligationis ſuæ in contractu conſpirabant mutuo cum *Gerardo* de *Velſen* contra ſuum Dominum Comitem *Florentium*, & miſerunt *Gerardum* de *Velſen* uſque *Cameracum*, ubi tunc fuit conſulatus Regis Angliæ Epiſcopus *Durannus*, & Dominus de *Cuuck* ex parte Ducis *Brabantiæ*, & duo conſulares Comitis *Flandriæ*, ubi concluſum fuit in ſecreto communi conſilio, quomodo *Florentium* Comitem Hollandiæ vivum caperent, & mitterent Regi Angliæ, qui ſervaret perpetue carceratum, eo quod hi omnes vexatos ſe putarent ab eo, & *Iohannes* filius ejus Comes fieret, qui conjugem habuit filiam Regis. Sed hic nobilis Comes, qui nichil ſciebat de iſta conſpiratione anno Domini CIↃ. CC. XCVI. tunc profectus eſt *Trajectum*, ut ſopiret quandam diſcordiam inter milites de *Zulen*, & illos de *Aemſtel* & *Woerden*, qui fuerunt de Conſilio Comitis. Et Comes ivit ad S. Martinum cum paucis militaribus, & venit ad eam mulierculam per inſpirationem, & porrexit Comiti literam, quam fecit legi à Secretario ſuo, quæ continebat: *O nobilis fili Regis, memorare quod ſcriptum eſt in pſalmo per Prophetam: Homo pacis meæ in quo ſperavi, ampliavit ſuper me ſupplantationem.* Sed magnanimus Princeps hæc parum ponderans aliud cogitabat, & habuit tunc magnum feſtum cum Prælatis & civibus in prandio. Et prandio facto ivit cubitum, & de poſt cogitabat totum diem cum lætitia terminare. Sed cum parum dormiſſet venit *Gysbertus* de *Aemſtel*, & ſuſcitavit eum dicens, ut properaret ad ſylvam, quia multæ aves advenere, ut ſaltem cum ſuis accipitribus poſſet aliquas capere. Qui ſtatim ſurgens tanquam ad illud opus multum inclinatus, properans cum paucis equitibus ad ſylvam, accipitrem geſtans in manu, & ſic caute ductus eſt ad locum inſidiarum per mediam leucam extra civitatem, ubi jacuit *Hermannus* de *Woerden* cum multis armatis. Qui ut vidit venire Comitem ſurrexit cum ſuis, & circumcinxit Comitem. Et *Gerardus* de *Velſen* primus injecit manus in eum. Quod videns Comes imperterritus dimiſit avem, & tracto gladio putabat ſe poſſe defendere, potius volens ſic mori, quam à talibus captivari. Quod tamen non profuit ei, quia proditores, qui ſuis veſtibus induti, & de ſuis cibis

Digitized by Google

eadem die aliti fuerant, injecerunt manus ſuas in eum, & tam altum Principem ceperunt cum tanta traditione, & portabant per noctem occulte ad caſtrum de *Muden*. Et ſtatim manavit rumor iſte per totam terram, ſic quod multos contriſtavit, & populus de *Kermerlant*, & *Friſia*, & *Waterlant* venerunt remigio ad *Muden*, ut Comitem redimerent. Quod traditores iſti videntes fugerunt ſtatim cum dicto Comite per foſſata ac devia. Quibus obviam venerunt illi de *Neerden*, cum cuneo ſuo ad liberandum Dominum Comitem, quare iſti proditores in periculo erant, viſo quod iſti de *Kermerlant* & alii inſequebantur eos cum ceteris villanis, & Comitem habebant ligatum ſuper parvum equum, ſic quod non potuit tranſilire foſſata, ita quod cum Comite ſæpe incidit in aquam. Quem cum *Gerardus* de *Velſen* non potuiſſet extrahere propter populum inſequentem, quare iſte *Gerardus* cor felleum ſuper eum gerens viginti unum vulnera Comiti inflixit ſuo gladio, & aſcenſo veloci equo fugit in *Cronenburch*, & *Hermannus* de *Woerden* cito receſſit inde, & profugus ſemper fuit in terra, & ſpoliatus omnibus bonis obiit in paupertate, & *Gisbertus* de *Aemſtel* ſimiliter agebatur profugus, ſed invenit alibi amicos, à quibus ſuſtentatus fuit. Et interim venerunt illi de *Kermerlant*, & invenerunt Dominum ſuum adhuc ſpirantem & palpitantem in ſuo ſanguine, & parum loquentem, & ceperunt quosdam de latronibus, quos atroci jugulo in præſentia Principis ſui necabant. Et tunc Dominus Comes elevatis oculis in cœlum tradidit ſpiritum, & quievit in Domino v. Kal. Iunii. Et pie ſperamus, quod coronatus ſit in cœlo propter ſuam turpiſſimam mortem, & ſepultus eſt in *Reynsburch* apud *Beatricem* conjugem ſuam. Quibus peractis Dux *Clivenſis*, qui fuit nepos iſtius Comitis, collecta manu valida ex Hollandia obſedit *Cronenburch* in gyro ſatis fortiter, & cepit illud, & captivavit ibi *Gerardum* de *Velſen*. Et hic *Gerardus* tunc confeſſus fuit coram omni populo traditionem ſuam, & ſæviſſima morte occiſus ad ultimum in rota collocatus eſt. Et omnes de progenie de *Aemſtel* & de *Woerden*, & de *Velſen* uſque ad x. generationem interfecti ſunt, vel exularunt, & *Cronenburch* uſque ad terram redactum eſt. Et profecti ſunt ad caſtrum de *Muden*, & neminem intus inveniunt, quod commiſſum fuit tunc *Theodrico* de *Haerlem*. Et tunc Comes *Clivenſis* accepit Hol-

Digitized by Google

Hollandiam in ſuam tuitionem. Et poſt hunc *Ghie* de † *Hannonia* theſaurarius *Leodienſis* ſuſcepit etiam Hollandiam in ſuam cuſtodiam, & reſedit in *Geerdenbercb*, de quo orta fuit magna inquietudo. Poſt hoc Principes de Hollandia convenerunt, ut mitterent pro *Iohanne* juvene Comite ſuo, qui tunc fuit apud Regem Angliæ, qui fuit filius *Florentii*, ut ad ſuam patriam veniret. Abbas *Egmondenſis Florentius*, & *Theodricus* Dominus de *Breeroed*, & *Henricus* de *Leyden* caſtellanus, & *Wilhelmus* de Egmonda, hi profecti ſunt in *Angliam*, & rogaverunt Regem, ut *Iohannes* poſſet redire in ſuam Patriam, quia neceſſarius fuit Hollandiæ. Rex Angliæ *Eduardus* ſuſcepit hos nuntios ſatis honorifice, & procuravit eis naves cum multis pretioſis clenodiis, & ſic miſit iſtum *Iohannem* cum filia ſua ad propria. Sed quia ventus in pluribus fuit contrarius, venerunt in Zelandiam, & quievit apud *Wolfardum* de *Veer*.

† vid. Supr. p. 52. ** Nobis p. 343.

JOHANNES I. filius *Florentii* fuit XVI. Comes Hollandiæ quatuor annis, & habuit conjugem *Eliſabeth* filiam Regis Angliæ *Eduardi*, de qua non habuit prolem. Et quando primo venit de Anglia, (1) fuit diu apud *Wolfardum* Dominum de *Veer*, & rexit iſtum juvenem Comitem, & alii Domicelli non pote-

(1) Quam primum appulit in Belgium, Ioanni nemo charior, cui & adfuturum ſe, & protecturum adverſus omnes etiam ſcripto pollicitus.

„ Wi *Ian* Grave van Hollant, van Zelant, ende Here van „ Vrieſlant maken cont allen den ghenen, die deſen brief ſullen „ ſien of horen leſen, dat wy hebben ghelovet Heren Wolferde „ van Borſele onſen getrouwen man by onſer kerſtelicker trou„ wen, ende bi onſen eed, wilken eed wi hem geſworen hebben, „ dat wi doen ſullen, ende werken ſullen in allen ſticken bi Hee„ ren Wolfarde rade, ende boven al doen, dat hi ons raed, ende „ hier bi ſo hevet hi ons wedre gelovet by ſine kerſtenleker trou„ wen, ende bi ſinen ede, welken eed hi ons geſworen hevet, „ dat hi onſe beſte, ende onſe ere, ende onſe orbare raden ſal, „ ende doen ſal in alle ſaicken na ſinen vyf ſinnen, ende ſine macht „ ende dat hy dat niet laten ſal omme niemens wille, Ende ware „ dat ſake, dat hi in veden came, iof in wanconſten, omme dat „ wi ſinen raed doen willen vore anders yemens raed, iof omme „ dat hi ons ſterkede ende riede te behoudene onſe erfachtichede, „ iof omme dat hi die ghene van ons weret, die onſen lieven

Digitized by Google

poterant ei adhærere. Anno CIↃ. CC. XCVIII. voluit hic *Iohannes* dominari in Friſia, & venit *Alcmariam*, contra quem venerunt Friſones cum omnibus ſuis, ut ei fortiter reſiſterent. Et cum inſimul conveniſſent, tunc valde pugnatum eſt, quia Hollandini pugnabant in duobus cuneis & interfecerunt ultra x. millia Friſonum, & reliqui fugerunt. Et de Hollandiæ parte perierunt ibi Dominus de *Arckel*, & *Johannes* de *Doertogben* cum aliis duobus militaribus. Quod audiens Epiſcopus Trajectenſis, quod *Friſones* ſuccubuiſſent, profectus eſt in Friſiam, & prædicavit ibi indulgentiam Papalem contra Hollandinos, & Friſones promittebant Epiſcopo aſſiſtentiam, & venerunt navigio feſtinanter uſque *Monikendam*. Sed cives de *Haerlem* & illi de *Waterlant* venerunt, & fortiter debellabant Friſones. Et in brevi reverſi ſunt Friſones, & abierunt ad propria cum ſuis navibus, quos inſequentes Hollandini multos interfecerunt. Et cum Epiſcopus bellum prædicaſſet, dimiſit naves ſuas, & cum barcone remigavit Campis trans Yſelam. (1) Anno CIↃ. CC. XCIX. IV. Kal. Novemb. obiit iſte *Iohannes* Comes Hol-

„ Here onſen Vader jammerlike vermoort hebben, ende hi niet
„ en wille raden, dat ſi verſoenen jegens ons, die ghene die wa-
„ ren an den velde, daer hi gevanghen was, iof gedoot, ſo gelo-
„ ven wi, dat wi hem bi alſulker trouwen, alſe voerſz ſtaet in de-
„ ſe lettere, hem te helpene, te verſekere, ende te radene, ende
„ ſtaende te houdene jegens elken man, indien dat hy 't ſelve op
„ ſine trouwe geven wille, ende op ſynen eed, dat hi omme
„ enich van deſen voirſz pointen in vede came, iof in wancon-
„ ſten, alſe voerſeit is. Deſe brief ſal geduyren toet dien wi
„ out ſyn vyf ende twintigh jaer. Gegheven in ons Heeren ja-
„ ren CIↃ. CC. ſevende ende t'negentich in Meye avonde tote
„ Nyenrode. „

(1) Fato functus, non cæſus, ut Guilielm. de Nangis vult apud d'Achery to. II. *Spicil. ad Ann.* 1296. *Florentius Comes Hollandiæ, & non multum poſt filius ejus unicus, à quodam milite proditionaliter occiduntur, quorum necem Comes Hannoniæ Iobannes vindicans Friſiam & Hollandiam conſanguinitatis obtinuit ratione.* Trithem. in Chron. Hirſaugienſ. ad Ann. 1296. *Eodem anno Florentius Comes Hollandiæ anno regiminis ſui* XLII. *à ſuis traditus in manus adverſariorum crudeliter occiſus eſt* 5. *Cal. Iulii, cui ſucceſſit Ioannes filius ejus, qui in uxorem duxerat Elizabeth filiam Eduardi Regis Anglorum, de qua liberos non ſuſcepit, rexitque Hollandiam duntaxat annis tribus, & menſibus ſex,*

Digitized by Google

Hollandiæ in *Haerlem*, & hic ſolus obiit inter omnes Principes Hollandiæ ſine liberis, & nomine militari, & ſepultus eſt in *Rynsburch*, & *Eliſabeth* conjux ivit ad patrem ſuum Regem Angliæ. Quæ poſtea accepit Comitem de Oxfordia in virum ſuum.

JOHANNES Comes Hannoniæ filius Adelheydis ſororis Regis Wilhelmi. Hic fuit XVII. Comes Hollandiæ &c. v. annis. Hic habuit conjugem *Philippam* filiam Comitis de *Lutzelenburch* fratris Regis Bohemiæ, de qua habuit *Wilhelmum* poſt ſe Comitem, & *Iohannem* Beemont, & *Henricum* Canonicum *Cameracenſem*, & *Margaretam* Comitiſſam † Atrabiæ, *Adelheydem* Comitiſſam de *Cleermont*, *Mariam* Comitiſſam de *Barbanoys*, & *Machteldem*, Domicellam de *Nyela*. Hic *Iohannes* in principio Regni profectus eſt in Zelandiam contra *Iohannem* de *Reneſſe* cum manu valida, de quo triumphavit. Cum autem *Iohannes* de *Reneſſe* ſic victus fuiſſet, tunc profectus eſt ipſe ad *Albertum* Regem Romanorum pro adjutorio, & dixit ſibi, quod Comitatus Hollandiæ pertineret ad Regem Romanorum poſt mortem Comitis *Iohannis*. Quare hic *Albertus* venit in baſſam *Almanniam* latenter uſque *Novimagium*, & miſit tales literas per totam Hollandiam: *Notum ſit omnibus, quod Albertus invictus Rex Romanorum intendit Hollandiam cum ſuis pertinentiis adjungere Regno Romano, viſo quod jure hereditario ei competere videatur &c. cum Iohannes Comes ſine legitimo herede obierit, quam Rex Karolus antea Theodrico in feudum contuliſſet.* Anno Domini CIↃ. CCC. venit hic *Albertus* ſic *Novimagium*, ut Comitem Hollandiæ impugnaret, & cum eo multi Archiepiſcopi ſcilicet *Colonienſis* & *Treverenſis*, cum multis Principibus Regni. Contra quem venit Comes *Iohannes* circa *Bontſewaerde* prope *Novimagium*, & caſtra metatus eſt ibi cum maxima manu militum in littore fluvii. Et fecit inquiri in multis fluvii, ubi melius poſſet tranſmeare cum populo ſuo, ut pugnaret contra Regem.

† Atrebatiæ.

ſex, multaque bella & prælia commiſit. Idem ad Ann. 1299. *Eodem anno* IV. *Calend. Novemb. obiit Ioannes Comes Hollandiæ apud Harlem ſine liberis. Quo mortuo Ioannes Comes Hannoniæ filius Adelheidis ſororis Wilhelmi quondam Regis Romanorum jure propinquitatis Ducatum aſſumpſit, Hollandiamque totam ſuo Dominio conjunxit.*

Digitized by Google

Regem. Sed Rex proſpiciens de turri ex *Novimagio* maximam multitudinem vexillorum & populorum cogitavit, quod *Iohannes* de *Reneſſe* eum decepiſſet, & receſſit inde uſque *Cranenburch*, ut altera die rediret verſus Auſtriam. Sed Archiepiſcopus Colonienſis ad honorem Regis locutus eſt de pace, & concordavit eos, ita ut Comes iſte juravit Regi fidelitatem, & Rex ceſſit ſibi in Comitatu. Quibus peractis unuſquiſque profectus eſt ad ſua. Et Zelandini, qui tarde venerunt in adjutorium Comitis cum Iohanne de Reneſſe, dimiſſis navibus prope *Heuſden*, fugerunt pedeſtres in *Flandriam*, & ſpoliabant cotidie proximas villas in Zelandia, & inſecutus eſt eos Comes ubique, & cepit naves eorum, & exulavit *Iohannes* de *Reneſſe*, & bona ſua diſtribuit adjutoribus ſuis. In tempore iſtius Comitis contigit in Hollandia ſignum mirabile, quod præſagium futuri mali. Nam ibi apparuit vir eques admonens omnem populum, ut ſe armarent, & feſtine irent ad littus, ad profugandum inimicos. Quare omnis populus ivit ad mare, ut obviaret hoſtibus, & viderunt mare undique repletum navibus. Sed omnes naves perierunt, & ſimiliter ille vir eques diſparuit. Anno Domini CIↃ. CCC. II. fuit magnum prælium inter Regem *Philippum*, & *Robertum* Comitem Flandriæ prope *Cortryck*, & *Flamengi* triumphabant. Et interfectus eſt ibi *Johannes* filius iſtius Comitis *Johannis* ſenior, frater *Wilhelmi* Comitis boni. Poſt hæc anno CIↃ. CCC. III. collegit *Ghye* Comes Flandrenſis magnum exercitum, & cogitavit *Zelandiam* obtinere. Contra quem venit *Wilhelmus* vocatus bonus Comes, filius *Johannis* Comitis, & occidit multos Flandrenſes, & navigavit in *Caſant*, & ibi etiam triumphavit, & reverſus eſt cum honore & triumpho. Et ſecundo collegit Ghye exercitum, & venit iterum in Zelandiam, & obtinuit *Middelburch*. Contra quem venit ſecundo *Wilhelmus* iſte cum ſuis, & bis bellavit uno die, unum bellum ante *Veris*, & aliud ante *Armuyden*, & per traditionem ſemper ſuccubuit. Et *Wilhelmus* ceſſit in *Zericzee*, & fuit ibi ſex ſeptimanis obſeſſus à *Ghye*. Et ad ultimum aperuit *Wilhelmus* clam portam, & latenter exivit cum ſuis, & percuſſit XV. millia, & quingentos *Flandrenſes*. Et tunc munivit civitatem, & ivit in Hollandiam, & collegit ibi magnum exercitum, ut ſubveniret illis de *Zericzee*. Et venit cum eo Epiſcopus Trajectenſis *Ghye* avunculus ejus, &

venerunt

Digitized by Google

venerunt in *Duvelant*, & cogitaverunt altera die venire in *Ziriczee*. Sed ipſa nocte impugnabant eos Flandrenſes per induſtriam *Iohannis* de *Reneſſe*, & valde fuit ibi pugnatum, ita quod ſe mutuo non cognoſcebant propter tenebras. Et occiſus eſt ibi *Wilhelmus* de *Hoorn*, Præpoſitus in ſummo, & *Nicolaus Perſyn* miles, *Wilhelmus* de *Haerlem* miles, *Theodricus Zulen*, *Zuederus* de *Boneweerd* cum multis aliis. Et Epiſcopus *Gbye* captus eſt cum multis militaribus ex Hollandia & Trajecto, & miſſi ſunt in Flandriam in priſione. Et *Wilhelmus* Comes latenter fugit, & venit in *Hannoniam* ad patrem ſuum. Cum autem audiſſet *Guido*, quod *Wilhelmus* in Hannonia eſſet, tunc de conſilio *Iohannis* de *Reneſſe* profectus eſt cum multis navibus trans *Moſelam*, & ivit in Aquilonarem Hollandiam, & omnes civitates & villas accepit in deditionem præter *Haerlem*. *Iohannes* Dux Brabantiæ accepit in ſuam poteſtatem totam Auſtralem Hollandiam præter *Dordracum*, quam obſedit decem diebus, & ad ultimum miſit ignem in civitatem, & combuſſit mediam civitatem. De poſt egreſſi de civitate in manu valida fugaverunt Ducem cum ſuis ex Hollandia, & multos occiderunt & inſecuti ſunt eos uſque *Buſcoducis*, & miſerunt ibi iterum ignem in civitatem, & fecerunt damna magna, & cum magnis ſpoliis redierunt. Et poſt hoc habuerunt *Dordracenſes* bellum cum Flandrenſibus, & interfecerunt de eis duo millia, & Comes Flandrenſis vix evaſit. Et Comes *Flandrenſis* & *Iohannes* de *Reneſſe* audientes, quod Trajecti eſſet magna ſeditio, & diſſenſio, venerunt & obtinuerunt etiam Trajectum, & poſuit ibi Scultetum & conſules ſecundum ſuum velle & rogavit Eccleſiam, ut deponerent *Guidonem* Epiſcopum, & eligerent *Wilhelmum Juliacenſem* in Epiſcopum. Sed Eccleſia dilationem petiit ſuper his. Poſt hoc Dominus *Witte* de *Haemſtede*, qui fuit filius naturalis *Florentii* Comitis ſupradicti cuſtodivit *Ziriczee*, qui inde egreſſus per mare venit uſque *Zantvoort*, & ultra uſque *Haerlem*, ubi diſſolvit vexillum ex parte *Wilhelmi* Comitis. Quod videntes illi de *Kermerlant*, & omnes Friſones, juncti ſunt ei, & clamabant: *Laus Deo, quod ſanguis proprius Hollandiæ nobis advenit.* Et ſtatim profectus eſt Dominus *Wit* cum ſuis contra Flandrenſes, & cum veniſſet prope *Hyghedom*, vel ut modo *Hillegom* prope *Haerlem*, ibi obviavit illis multitudo Flandrenſium, quos omnes inter-

fecerunt, & ſpoliabant omnes illos, & projecerunt in unum omnia, dicentes: *Hoc ſignum erit ad demonſtrandum eis, cum redierint, quid eis ibi accederit.* Cum autem rumor per Hollandiam eſſet, quod Dominus *Wit* cum Friſonibus & Kermerlant triumphaſſet, & auditum eſſet in *Delft*, tunc fuit ibi unus nomine *Ockendurch.* Hic accepit vexillum civitatis, & clamavit *Hollant, Hollant.* Et Hollandini adunati fugabant omnes Flandrenſes de civitate multis interfectis, & poſt hoc venit Dominus *Wit* Leydis, ubi etiam cepit multos Flandrenſes, & occidit. Et quidam fugientes venerunt *Delft* putantes ibi ſalvari, & inſecutus eſt eos Dominus *Wit* uſque in civitatem *Delfenſem*, & interfecit ultra quingentos ibi, ita ut platea illa adhuc vocetur *platea Flandrenſis.* Cum hoc Comes *Ghye* audiſſet, tunc exivit cum confuſione de Trajecto, & occulte venit in Zelandiam, & congregavit à novo multum populum, & obſedit ſecundo *Zericzee* ſatis fortiter. Dominus *Wilhelmus* fuit in Hannonia, & ſcripſit ad Regem Franciæ *Philippum* dictum *Pinguem* generum ſuum, ut ſibi in ſua neceſſitate ſubveniret contra Flandrenſes. Et Rex miſit ſibi trecentas & quinquaginta magnas naves plenas bellatoribus, & quinque galeas cum armamentis ſuis, & præfixit ſibi terminum, quo naves certe expectaret, & tunc *Wilhelmus* venit in Hollandiam, & congregavit naves quas potuit, & Dominus de *Haemſtede* cum Friſonibus, & *Kermerlant*, ac *Waterlant*, venit ad *Wilhelmum* Comitem cum omni populo & navibus, parati cum eo vincere aut mori, prope *Noortgouwe* in die *S.* Laurentii. Et tunc viderunt adventare claſſem Franciæ, de qua plurimùm lætati ſunt. Et cum Flandrenſes viderent venire Comitem *Wilhelmum* cum tanto populo & navibus, tunc ventus fuit partim Auſtralis & Occidentalis. Et Flandrenſes curabant unam puppim facere cum pice, & oleo, & ſtamine linientes, & incenſam mittere contra naves venientes. Quod cum facerent, putabant omnes naves incendere, ſed Deo volente eum puppis illa navibus Hollandinorum appropinquaret, ventus in contrarium ivit ad Aquilonem, & venit incenſa puppis ad naves *Flandrenſium*, de qua magna damna ſuſtinuerunt, ſic quod non poterant incendium ſuſtinere, ſed præ nimio calore millia proſilientes dederunt ſe in mare. Quod videntes Hollandini animum captantes invaſerunt eos, & ingravatum eſt bellum valde

Digitized by Google

valde in die illa, & *Flandrenſes* viriliter oppugnabant per medium diem, & integram noctem. Et clamor belli tam magnus fuit, ut diſtincte audiretur per tria miliaria. Ad ultimum vero Flandrenſes fuerunt adeo moleſtati, quod ſuccubuerunt, & Comes *Wilhelmus* ceperit ipſum Comitem *Ghie*, & dedit eum Capitaneo Franciæ pro ſuo ſtipendio & damno, quod ſuſtinuit. Sed Capitaneus Franciæ dedit eum Epiſcopo *Ghie* Trajectenſi, qui fuit captus & ductus in Flandriam; & ſic datus eſt unus *Ghie* pro alio *Ghie*. In iſto bello occiſi ſunt x. millia Flandrenſium, & innumerabiles ſunt ibi capti, & mille & centum naves, & xc. papiliones ibi dimiſerunt. Acta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. & IV. in die Laurentii. Et viſa eſt eodem anno in *Egmonda* in cœlo ruben crux.

Et *Johannes* de *Reneſſe* latenter evaſit de prælio, & venit Trajectum, quem inſequentes Hollandini combuſſerunt molendina, quæ erant extra civitatem, putantes quod ſic exiret, ſed fugit præ timore cum ſuis ex civitate, & feſtinavit ire trans Leckam cum parvo barcone. Et omnes ibi ſubmerſi ſunt in *Lecka*. Qui poſtea piſcatus fuit & ſepultus. Et Comes *Joannes* Pater *Wilhelmi* Comitis gaviſus eſt valde de triumpho, quem habuit filius ejus contra Flandrenſes, & obiit eodem anno CIↃ. CCC. & IV. v. Idus Decembr. & cum honore ſepultus eſt in Valentia. Et *Philippa* Comitiſſa obiit VIII. Idus Aprilis, & ſepulta eſt ibidem.

WILHELMUS III. filius *Iohannis* Comitis fuit XVIII. Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ XXXIII. annis, & habuit uxorem *Iohannam* de *Valoyſe* ſororem Philippi Regis Franciæ, de qua habuit *Iohannem*, *Margaretam* de Bavaria Imperatricem Romanorum, & *Iohannam* Comitiſſam Iuliacenſem, *Philippam* Reginam Angliæ, & *Wilhelmum*, qui poſt eum fuit Comes, & *Ludovicum*, qui cito obiit, & *Elizabeth*. Iſte *Wilhelmus*, cum primo factus fuiſſet Comes, convocari fecit Curiam in Haerlem, ubi fuerunt x. Comites, centum Barones, & mille milites, & nobiles ſine numero. Et fuit ſervata Curia iſta per integram ebdomadam. Iſte nobilis Comes *Wilhelmus* fuit factus Vicarius Romani Imperii per Electores. Et hic fuit famoſior Princeps in ſuo tempore habitus & carior ſuper omnes alios. Hic manu armata obtinuit duo fortiſſima caſtra in diœceſi Colonienſi ſcilicet *Bruyl* &

Volmeſtein, Hic Comes volens ampliare cultum Dei fundavit in *Middelburch* collegium Canonicorum ad ſui memoriam anno Domini CIↃ. CCC. & XI. Item anno Domini CIↃ. CCC. & XV. venit *Ludovicus* Rex Franciæ in Flandriam in manu valida circa *Tornacum*. Et Comes iſte *Wilhelmus* venit in ſuum adjutorium, & caſtra metatus eſt ſuper rivum *Scelte*. Sed Rex receſſit inde propter pluvias & tempeſtates, & ſic dimiſit *Flandriam*. Quod cum audiſſet Comes *Wilhelmus*, quod rurſum receſſiſſet, combuſſit omnes villas, quæ circa fluvium erant, & indemnis receſſit *Wilhelmus* Comes, & cum audiſſet, quod mortuus fuit Epiſcopus Trajectenſis avunculus ejus *Ghie*, tunc ipſe ſuſcepit in ſuam poteſtatem Dominium de *Woerden* & de *Amſtel*, & compulit ea ad Hollandiam, & poſuit ibi ſuos miniſtros & Scultetos, & dixit, quod iſta duo Dominia data fuerint Epiſcopo pro patrimonio patris ſui, & quod jure advoluta eſſent ad Hollandiam à traditoribus ſupradictis, qui *Florentium* occiderant. Anno Domini CIↃ. CCC. XXVIII. venit *Philippus* Rex Franciæ cum manu valida in Comitatum Flandrenſem. Et iſte Comes venit in auxilium ejus, & poſuit caſtra ſua circa *Caſſelberghe*, & ſatagebat, ut poſſet ſecundum morem ſuum treugas aut pacem ibi facere. Sed Flandrenſes feſtinabant de monte deſcendere, & improviſum Regem in ſuo tentorio occidere. Quod audiens *Wilhelmus* feſtinabat ipſe huic populo furenti obviare jure prælii. Et ſtatim Rex cum ſuis, & Comes iſte cum ſuis, ſimul accedentes contra *Flandrenſes*, pugnatum eſt valde acriter. Et Comes iſte percuſſus fuit de equo ſuo, cui fideliter adſtabant ſui Principes, & defenderunt eum viriliter, ſcilicet *Theodricus* de *Breeroed*, *Iohannes Arckel*, *Allardus* de *Egmonde*, *Philippus* de *Waſſenaer*, *Iohannes Haemſteden*, *Arnoldus Cruyningen*, *Iohannes Polanen*, & *Wilhelmus Dyvoerde*, & multi alii, qui circumſtabant ei. Et *Flandrenſes* fugerunt, & interfecti ſunt ultra ſex milla Flandrenſium, & multi ſunt capti, & *Wilhelmus* filius Comitis fuit ibi à Rege miles creatus. Anno Domini CIↃ. CCC. XXXVI. VII. Idus Octobris. obiit iſte Comes *Wilhelmus* & ſepultus eſt *Valentiæ* in *Hannonia*. Et *Iohanna* uxor ejus dereliquit ſeculum iſtud, & intravit monaſterium ſanctimonialium de ordine *S. Bernardi* in *Fontenella* prope *Rothomagum*. Et ibi obiit anno Domini CIↃ. CCC. LXII.

WIL-

Digitized by Google

WILHELMUS IV. filius *Wilhelmi* fuit XIX. Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ VIII. annis. Huic fuit conjux *Iohanna*, filia Ducis Brabantiæ, de qua non habuit prolem. Hic ſemper agebat in armis in tota vita ſua Iſte Comes profectus eſt cum Rege *Hiſpaniarum* & Rege de *Garnata* in *Barbariam*, & habuit multa prælia contra gentiles, & multos occidit: & ſic manu bellica venerunt in *Iheruſalem* ad ſanctum ſepulchrum, & ibi facientes ſuam oblationem redierunt ad propria, & cum veniſſent in Hollandiam, fecit convocari famoſam Curiam in *Haga Comitis*, ubi convenit multitudo Principum & nobilium. Poſt hoc ivit ad torneamentum in *Bavay* in *Normannia*, & ibi dictum fuit ab omnibus Principibus & amicis & inimicis, quod iſte Comes fuit nobiliſſimus Comes inter omnes Comites Chriſtianitatis. Poſt hæc profectus eſt Comes iſte in magna manu contra gentiles cum Teutonicis Dominis de *Pruſia*, & bellavit multa prælia cum eis. Et hinc profectus eſt ſecundo ad ſanctum ſepulchrum in Iheruſalem. Et antequam iret ad Dominos Teutonicos miſit ad eum *Ludovicus* gener ejus Imperator Romanorum, quod faceret eum Ducem *Hollandiæ*, ſi ad eum veniret, viſo quod eſſet potentior & nobilior Comes totius baſſæ terræ. Sed Comes elegit prius perficere peregrinationem ſuam contra gentiles. Poſt hoc excommunicatus fuit iſte *Ludovicus* Imperator ab Apoſtolico *Iohanne* XXII. & Electores Imperii obtulerunt iſti *Wilhelmo* imperialem dignitatem, quia *Ludowicus* privatus fuit ab Imperio. Sed Comes noluit acceptare, eo quod *Ludowicus* adhuc viveret, & haberet ſororem ſuam conjugem. Anno Domini CIↃ. CCC. XLII. contigit in *Amſterdammis* magnum miraculum de venerabili ſacramento, quod quidam infirmus ſuſcepit, evomuit, & effudit illud in ignem. In eodem anno in ſecundo die Ianuarii fuit magnus terræ motus in Hollandia & in aliis terris. In (1) iſto tempore fuit in *Hannonia* magnum duellum factum ab uno fabro & Iudæo.

(1) Duellum Belgis eſt *camp*, Campio, *Campioen*, qui duello contendit. A *campo*, quod utrumque eſt, & ipſum ſcilicet duellum, & locus duelli. Chronic. Cameracenſ. *lib.* 1. *cap.* 10. *ipſum quidem hominem ad ſingulare certamen, quod ruſtice dicimus campum, provocaverunt.* Caroli Magni Capitular. *lib.* 3. *cap.* 4. *Campo vel cruce*

Digitized by Google

Iudæo. Qui Iudæus contumeliam irrogaverat yconio Beatæ Mariæ virginis. Anno Domini CIↃ. CCC. XLV. cum Comes rediſſet

cruce contendere. Eadem *lib.* 4. *cap.* 23. Greg. Turonenſ. *lib.* 2 *hiſt. pr. Sed procedent duo de veſtris in campum cum armis bellicis. Campeſtria* perizomata, quibus pugiles ſuccincti. Ipſi pugiles *campeſtrati.* Auguſtin. *lib.* 14. *de civ. Dei cap.* 17. *Porro autem Campeſtria Latinum quidem verbum eſt, ſed ex eo dictum, quod juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant, unde qui ita ſuccincti ſunt Campeſtratos vulgus appellat.* Duellum olim frequens, & frequens per duellum ſeu per pugnam probatio, ut exemplis probat Barthius ad Guil. Brit. *lib.* 4. *Philipp. verſ.* 400. Verum temporis progreſſu propter rei incertitudinem, & cæſos ſæpius innocentes, non minus frequens prohibitio. Negat Guido Hannonius Epiſcopus Trajectenſis admitti aut vi legis, aut vi veteris conſuetudinis, ſed tantum vi pacti.

„ Wy *Ghie* by der genaden Gods Biſſcop t' Utrecht doen cont
„ allen den ghenen, die deſen brief ſien ſullen of hooren leſen, alſe
** Leg. woonte. „ dat wy niet en houden voor recht ofte ** woonre van onſer Stat,
„ ofte van der Stat van Utrecht, den camp die *Gerard Lakeman*,
„ ende Meiſter *Henric* de *Engelſch* aengenomen hebben, maer als
„ voir enen wilkoer, behouden hoere Stat recht ende haer vry-
„ heit. In oirconde deſer letteren beſegelt mit onſen ſegel. Ge-
„ gheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. ende tiene, des achten
„ dages na Pasken. „

Et nec eadem de pugna plerumque exiſtimatio. Qui pugnam detrectabat, nonnunquam cauſa cadebat. Nonnunquam etiam victor affectus ſupplicio. Albert. Abbas Stadenſis ad Ann. 1071. *Otto Dux Bavariæ, qui erat genere Saxo, congredi contemnens cum Egſnone, qui eum de Regis nece ſecum tractaſſe mentitus erat, Ducatum Bavariæ ut reus majeſtatis amiſit.* Lambert. Schafnabu:g. ad Ann. 979. *Gero Comes à Waldone quodam accuſatus, dum eum in ſingulari certamine occidiſſet, ipſe tamen ab Imperatore decollatus eſt.* Inter cives non admiſſa, niſi judex aut magiſtratus expreſſe eſſet auctor. Locus inſignis eſt in *libello judicii*, ſeu *Notitia judicati*, quem adjunxit vir doctiſſimus Camillus Peregrinus ſcriptoribus Longobardicis Neapoli olim à ſe editis Ann. 1643. *Pars Teanenſium præfatum Anneum de Rivomatricio & Landonem Burrellum falſum teſtificatos fuiſſe per pugnam ſe probare velle dicebant. Nos vero præfati judices &c. in partem ivimus, & habito conſilio reverſi judicavimus pugnam in hoc caſu locum non habere, tum quia inter Langobardos erat quæſtio, tum quia de his, quæ non viderant Teanenſes, pugnare non debebant.* Et hinc eſt, quod Alfonſus Comes Pictavenſis conceſſis privilegiis villæ

Digitized by Google

rediſſet de magnis ſuis peregrinationibus, & collegiſſet magnum populum, cogitavit debellare Oeſtfriſiam. Et cum omnia congregaſſet, quæ eſſent neceſſaria, obſedit civitatem Trajectenſem, & cum placatus eſſet cum Trajectenſibus non deſtitit à ſuo propoſito, & profectus eſt in Septembri contra *Oeſtfriſiam* trans mare. Sed populus ejus ſine ordinatione transnavigavit ad littus incognitum, & ergo male eis eveniebat. Dn. *Iohannes* de *Hannonia*, Dominus de *Beemont* avunculus Comitis cum multis navibus in parte Auſtrali *S. Odolphi* in terram ſe fudit, & poſuit tentoria ſua in littore maris. Et quidam moræ Hollandinorum impatientes, non expectantes robur exercitus, currebant inter *Stauriam* & *S. Odulphum* non facientes reverentiam, ſed multa mala in monaſterio ejus faciebant, & ſic ad inimicos ſuos properabant. Sed Friſones congregati omnem iſtum exercitum occiderunt. Comes vero qui de hac clade neſciebat, navigavit ad partem Aquilonarem *S. Odulphi*, & intravit terram de navibus cum quingentis viris, qui ei aſtabant, & non expectabat ſic etiam robur exercitus, & combuſſit vicinam villam. Et Friſones, qui ſuper hoc invigilabant, venerunt de ſuis inſidiis, & impugnabant Comitem. Et Comes cum ſuis viriliter ſe defendit uſque ad mortem, ſed Friſones triumphabant iterum & occiderunt Comitem ignoranter. Et aliæ naves venerunt ad terram ad ſuccurrendum primis. Sed Friſones tam fortiter ibi pugnabant, quod multos Hollandinos occiderunt, & multi ſunt ſubmerſi in exitu navium, & in reditu ad naves. Hæc facta ſunt anno Domini CIↃ. CCC. XLV. VI. Kal. Octobr. (1) in loco, ubi Comes ſolitus fuit ſedere in judicio, ubi judicavit cauſas Friſonum. Et *Reynoldus* Comes *Gelriæ* hoc prædixit, quando hunc prædictum *Wilhelmum* ſuſcepit de fonte, quod ipſe à Friſonibus

villæ Ricomago Ann. 1270. expreſſe *cap.* 6. *Item quod nullus habitans in dicta villa de quocunque crimine appellatus vel accuſatus fuerit, teneatur ſe purgare vel defendere duello, nec cogatur ad duellum faciendum, & ſi refutaverit non habeatur pro convicto.* ** Imo Tom. 8. p. 372. Nobis Tom. 5. p. 257. & ſeq.

(1) In pago Werrega Sibrandus Leo ait. ** *to.* 6. *Analect. pag.* 372. *loco paluſtri & arundine obſito, Friſiis ſtrenue pro aris focisque dimicantibus. Unde & pago*, inquit, *nomen inditum, Werrega, hoc eſt, pagus fortiter ſeſe defendens, quum antea Ravier diceretur.*

Digitized by Google

ſonibus occideretur. Et in hac expeditione perierunt Dn. de *Hoern*, Dominus de *Walkoert*, Dn. de *Lingis*, Dn. de *Many*, Dn. de *Antongbe*, Dn. de *Haemſtede*, Dn. de *Merwen* Barones, Dn. *Gerardus* cum *barba*, Dn. *Wilhelmus* de *Naeldwyck*, Dn. *Simon*, & Dn. *Theodricus de Teylingben*, *Guido* frater de *Aſperen*, *Iohannes*, *Reynoldus*, & Dn. *Wilhelmus* fratres de *Montfoort*, Dn. *Theodricus* de *Santhorſt*, Dn. *Theodricus* & *Hermannus* de *Swieten*, *Florentius* frater de *Merwen*, Dn. *Ogier* de *Hiſpania*, Dn. *Gerardus Ever*, Dn. *Alferdus* de *Horſt*, Dn. *Wilhelmus* de *Donghen*, Dn. *Theodricus* de *Walkoert*, Dn. *Wolfardus* de *Reymerſwaal*, Dn. *Gerardus*, de *Florevyl*, Dn. *Nicolaus Oem*, & Dn. *Bannerhouwer* milites cum XII. adhuc militibus & aliis nobilibus viris, atque ſcutariis, quorum Deus miſereatur, Amen. Et poſt dies X. perrexit Commendator de *Haerlem* in Friſiam nomine *Martinus* ordinis *S. Johannis*, & invenit inter omnia corpora mortuorum corpus *Wilhelmi* Comitis per evidentia ſigna, & cum eo octo corpora Dominorum & militum prædictorum. Et corpus Comitis ſepultum eſt in monaſterio ordinis *S. Bernardi* de *Florecamp* cum aliis octo corporibus. Et cum *Ludowicus* Imperator, qui habuit ſororem iſtius *Wilhelmi* in uxorem, audiſſet, quod *Wilhelmus* occiſus eſſet à Friſonibus, & heredem non haberet, tunc putavit, quod Comitatus veniſſet ad Imperium Romanum. Quod non potuit fieri, quia ſemper conſuevit venire ad proximum ſanguine, viſo quod multi ante Comites obierunt ſine liberis. Et ſic Imperator tradidit Comitatum conjugi ſuæ *Margaretæ* de *Bavaria*, ſorori ſeniori dicti *Wilhelmi* cum *Hannonia* ac ceteris Dominiis. Et quamvis Imperator eſſet tutor ſuæ conjugis, tamen favit ei, ut hereditatem patris ſui ipſamet regeret, ac poſſideret, & Domina *Iohanna*, relicta dicti Comitis, quæ poſtea nupſit *Wenſelao* de *Lutzenburch*, vixit poſt mortem *Wilhelmi* LXI. annis.

MARGARETA Imperatrix Romanorum, ſenior ſoror *Wilhelmi* fuit Comitiſſa Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ V. annis, & IX. menſibus. Et poſt hoc fuit quatuor annis tantum Comitiſſa Hannoniæ, & habuit de Imperatore tres filios. Primus fuit Dux *Wilhelmus*. Secundus fuit *Albertus* Dux, Tertius fuit *Ludowicus* Dux, Rex de *Cracowia*, & *Otto* Marchio Brandenburgenſis, & *Eliſabeth* Regina Ungarorum. Iſta Impe-

Digitized by Google

Imperatrix venit in Hollandiam cum magna pompa, & fuit magnifice ſuſcepta ab omni militia & civitatibus, & acceptata in Dominam Hollandiæ, Hannoniæ, & Zelandiæ, & promiſit omnia in ſuo jure permanere, & omnibus facere judicium & juſtitiam, & indulſit terræ magna privilegia, & dona larga, & emunitates multas, & pacem fecit cum Trajectenſibus, & cum Epiſcopo à die Sanctæ Margaretæ, ab anno XLVI. uſque ad *S. Margaretam* ad annum XLVIII. Poſt hoc Imperatrix commiſit terram ſuis Officiariis, & omnibus miniſtratis repedavit ad Imperatorem. Poſt hoc rediit in Hollandiam & Hannoniam cum filio ſuo ſeniore *Wilhelmo*, (1) & commiſit ei de conſenſu militiæ & civitatum Comitatum Hollandiæ, Zelandiæ,

(1) Cur commiſit tam feſtinanter? Ut obtingeret ei lautius & ſplendidius conjugium, & propter alias rationes expreſſas literis hujuſmodi:

„ *Margareta* bi der genaden Gods Keyſerinne van Romen, Gra-
„ vinne van Heynouwen, van Hollant, van Zelant, ende Vrou-
„ we van Vrieſlant, doen kont allen luden, dat wi aenſien, dat
„ onſe lande, Graefſchepe, ende Heerlichede van Hollant, van
„ Zeelant, ende van Vrieslant ſeer beſwaert ende beladen zyn
„ met oorloghe, met ſcoude, ende met alrehande ſaken, ſoo dat
„ ſi wel behoefden eens Lantheeren, die dagelicx bi hem ware,
„ ende dieſe mit machte ende mitten ſwaerde beſcermde, ende
„ dieſe te rechte ſettede ende holde, ende om ſonderlinge liefde,
„ die wi hebben tot Hertoge *Wiliam* van Beyeren, Palaysgrave
„ op den Rhyn, onſen lieven ſone, den wi bi rade ende bi wil-
„ len ons liefs Heeren des Keyſers, daer Godt die ſiele of heb-
„ ben moete, onſen gerechten erfname makeden na onſen doot
„ van allen onſen Graffcappen van Heynouwen, van Hollant,
„ van Zeelant, ende van onſen Heerlichede van Vrieſlant mit allen
„ heuren toebehooren, ende om ruſte ende om oirbaer onſer ge-
„ meenre Landen voerſz, ende ooc om dat wine gaerne wel ge-
„ goet ende gevordert ſagen, om dat hi ten beteren ende ten eer-
„ liken huwelyck doen mochte, ende dat lants orber te berech-
„ ten, dat wi voir ons ende voir onſe nacomelingen mit goeder
„ voorſienichede, ende by onſen ghemenen rade, ende bi onſe
„ vrien wille Hertoge *Willem* van Beyeren Palaysgrave op den
„ Rine, onſen lieven ſone voorſz opgedragen hebben, ende op-
„ dragen, ende tot ſynre behoef quite geſcouden hebben, ende
„ quite ſcelden, ende hem ghegheven hebben, ende geven mit

Digitized by Google

diæ, ac Friſiæ, ut regeret eas ex parte ſui, ut Præſes, & omni anno daret Imperatrici x. millia antiquorum ſcudatorum, &

„ deſen tegenwoordigen brieve onſe Graeffchap van Hollant, „ van Zeelant, ende onſe Heerlicheyt van Vrieslant, geheel ende „ al Ooſtvrieslant ende Weſtvrieslant, mit allen hoeren toebehoo- „ ren, hooghe ende laghe, herſcape, gericht, lant, lude, ende „ Stede, poorten, dorpen, huſen, borghe, veſten, verval, be- „ ſterfte, boeten, leen, ende eygen, renten, erve, pacht, tien- „ den, wilderneſſe, herneſſe, moerdyc, uytlant, bedyct, ende „ onbedyct, te lande ende te watere, beſocht ende onbeſocht, „ vercregen ende onvercregen, ende hoe ſy gelegen ſyn, iof ge- „ heiten, hem ende ſine nacomelingen vrilike te behouden, te „ bruken, ende te beſitten tot ewelicken daghen, alſo alſt onſe „ Voirvaders wilneer Graven aldair, dair Godt die ſielen of „ hebben moete, ende wi, te houden plegen, ende hem ende „ ons toebehoirden, ende toebehoirt te houden, ende alſo wy't „ van onſen lieven Heere den Keyſer, daer Godt die ziele of „ hebben moet ontfengen, ende als hy't ons verliede ende ver- „ leende, maer onſen Graeffcippe van Heynouwen mit allen, „ dat daer toebehoirt, willen wi behouden, alſo langhe als wi „ leven, ende na onſe doot ſal onſe Graeffcip van Heynouwen „ voerſz mit allen hoeren toebehoren comen op onſen lieven ſoone „ Hertoge *Willem* voorſz. Ende bidden allen den ghenen van Hol- „ lant, van Zeelant, ende van Vrieslant, edel ende onedel, Rid- „ deren ende Knapen, Steden, poirten, dorpen, ende gemeenlic al- „ len luden van den voergenoemden landen, ende allen den ghenen, „ die dair toebehoren, dat ſy Hertoge *Willem* onſen lieven ſone „ voerſz hulden, ſweren, ende manſcip doen, ende heur goet ende „ heur leene van hem ontfane, ende hem in allen ſaken ſtercken, ge- „ hulpich, geboirlick, verderlic, ende onderdanich ſyn, alſe goe- „ de trouwe lude, hoeren gerechten Heere ſchuldich zyn te doe- „ ne. Ende want wi willen, dat Hertoge *Willem* voerſz ende ſi- „ nen nacomelinghen alle deſe voergenoemde voerwairden ende „ gifte vaſte ende geſtade gehouden worden ende bliven tot ewe- „ licken daghen, ſo hebben wi deſen brieff open beſegelt mit on- „ ſen grooten Keyſerlicken ſegel, ende mit onſen anderen ſe- „ ghel, dien wi ghemeenlic plaghen te bruken in Hollant, in „ Zeelant, ende in Vrieslant, ende geven over alle recht, brie- „ ven, ende privilegien van geiſtliken rechte, ende van wairlic- „ ken, voir ons ende voir onſe nacomelingen, die onſen lieven „ ſone Hertoge *Willam* voerſz of ſine nacomelingen jegens deſe „ voirſz voirwaerden ende giften te doen comen mochten. Ende „ alle

Digitized by Google

& retinuit Hannoniam, & ibi habitavit, quia paulo ante Imperator vir ſuus obierat. Et ſi *Wilhelmus* prædictus ſummam prædictam non ſolveret, tunc conditio eſſet in irritum & incaſſum.

„ alle dinghen ſonder argeliſt. Ende om die meerre ſekerhede
„ hebben wi gebeden ende bidden, alſe mannen ende Steden der
„ Graefſcipen, ende der Heerlicheden ende landen voergenoemt,
„ Heren Ianne van Heynouwen, Heere van Byamont onſen lie-
„ ven Oem, Heeren Ioanne, Heer van Arckel onſen neve, Hee-
„ ren Willem van Duvenvoirde, Here van Oeſterhout, onſen
„ trouwen Camerlinc, Heren Airnde Here van Yſelſteyne, onſen
„ ſwager, Heren Ian Perſyn Here van Waterlant, Here Ian-
„ ne Heere van Egmonde, Here Ianne van Polanen Here van
„ der Lecke, Here Dideric van Brederoode, Heren Gerit van
„ Eemskerk, Heren Ian van der Wateringe, Heren Philips van
„ Polanen, Heren Claeſe ende Heeren Florens van Borſelen, Heren
„ Clais Kervinc van Reymerſwale, Heren Ioanne, Heren Raeſſe,
„ ende Heren Aernd van Cruningen, Here Gheryt van der Mael-
„ ſtede, Heren Herbaren van Node, Heer Iacob van der Binc-
„ horſt, Heren Gheryt van Haemſtede, Heren Ianne den Mul-
„ nair, Heren Airnd van Duvenvoirde, ende Heren Willem van
„ Outshoirne Ridders, ende Dirc van Waſſenaer Borchgrave van
„ Leyden, Jan van Heemſtede onſen neve, ende Daniel van der
„ Merwede Knapen, den Steden van Dordrecht, van Middel-
„ burch, van Zirixze, van Sinte Geerdenberghe, van Delff, van
„ Leyden, van Hairlem, van Alcmaer, van Amſtelredamme en
„ van Oudewater, dat ſi deſe voirſz opdrachte, gifte, ende voir-
„ waerden mit ons beſegelen willen. Ende wi Ianne van Heynou-
„ wen, Heer van Byamont, ende wi andere Ridderen ende Kna-
„ pen, ende Steden voirſz. om bede willen onſer liever Vrouwen
„ der Keyſerinnen voerſz, ende in kenniſſe der waerheyt hebben
„ deſen brief beſegelt open mit onſen ſegelen, ende alwair dat
„ ſake datter een of twe, of meer áne gebraken, die deſen brieff
„ niet beſegelt en hebben, dat en ſoude Hertooghe *Willem* voerſz
„ noch ſinen nacomelingen tiegens deſe voerſz gifte niet deren,
„ maer ſullen veſt ende geſtade gehouden worden ende bliven,
„ ghelike of ſyt alle beſegelt hadden. Gegheven te Monnicken in
„ Beyeren op den vyfden dach van der maent, diemen hiet Ia-
„ nuarius int jaer ons Heeren cIↃ. ccc. ende acht ende viertich.
„ In oerconde deſen brieve beſegelt mit onſen ſegelen. Gegheven
„ tot Sinte Geerdenberghe op onſer Vrouwen dach annuntiationis
„ int jaer voerſz.

Digitized by Google

caſſum. (1) Poſt hoc anno CIↃ. CCC. & XLIX. profectus eſt Wilhelmus in Hannoniam ad matrem ſuam, & reſignavit ſibi omne

(1) Si fides publico inſtrumento matri regimen rurſum ceſſit. Cur ceſſerit, ait ipſe, & audiamus, ſi placet:

„ *Willem* Hertoghe van Beyeren, Palaysgrave bi den Ryne, verbey-
„ dende der Graeficap van Henegouwen, van Hollant, van Zee-
„ lant ende der Heerlichede van Vrieslant, alle welgeboren lu-
„ den, Ridderen, Knapen, Steden, ende gemeenten van Hol-
„ lant, van Zeelant, ende van Vrieslant, mit goeder jonſte. Wi
„ doen u te wetene, dat onſe lieve Vrouwe ende moeder die
„ Gravinne van Henegouwen, van Hollant, van Zelant, ende
„ Vrouwe van Vrieslant, die voerſz Graeflicheden van Hollant,
„ van Zeelant, ende die Heerlichede van Vrieslant bi ſekere ende
„ beſprokene voirwaerden, dat wi hoer houden ſouden, wes ſi
„ ons gegheven hadde te beleden ende te bedriven, alſo verre als
„ wi hoer alſulke voerwaerden, als die brieve dair of in hadden,
„ deden beſegelen mit ons liefs Oems ſegel des Heren van Bya-
„ mont, ende anders vele Ridderen ende Knapen, ende der Ste-
„ den ſegelen van Hollant ende van Zelant, als die brieve daer
„ of ſpreken, die dair of gemaeckt waren, die voirwaerden haer
„ te houden geheel ende al ſonder immermeer daer tiegens te co-
„ men, of in enigen gebreke daer of te weſen. Om welcke ſaken
„ ſommighe Ridderen, ende Knapen, ende Steden van den lan-
„ de van Hollant ende van Zelant ons hulden ende ſwoeren bi
„ hoiren ede, alſe voir hoiren gerechten Heere ons te houden,
„ ende dair in te helpen, ende te ſtercken. Ende want wi bi rade
„ ſommige onſer lude onſer liever Vrouwen ende moeder voerſz
„ hoir beloften ende voirwerden niet en hielden, ende ooc die let-
„ teren, als wi geloeft hadden, bi onſen lieven Oem ende Ridderen
„ ende Knapen ende Steden voirſz niet beſegelt en worden, ende onſe
„ lieve Vrouwe ende moeder ſelve gecomen is in haren lande, als
„ gerechte Lantsfrouwe die te berechten, ſo verdragen wi ende ver-
„ laten alle die ghene, Ridderen, Knapen, ende Steden, die ons als
„ voorſz is geſworen hebben, alle hoere ede, ſekerhede, ende be-
„ loften, die ſi ons dair of gedaen hebben, ende ſceldenſe daer of
„ quite, ende begheren, ende bidden hem allen, ende een yge-
„ liken byſonder, dat ſi onſer liever Vrouwen ende moeder ge-
„ hoirſaemich ende onderdanich zyn, alſe hoirre gerechten lants-
„ vrouwen, ende dragen op onſer liever Vrouwen ende moeder
„ voerſz. alle beveelneſſe, die ſi ons daer of gegheven hadde.
„ In oerconde deſen brieve beſegelt &c. Gegheven tot Sinte
„ Geerdenberge des Manendachs na Sinte Matheus dach Evan-
„ geliſte

Digitized by Google

omne regimen dicti Comitatus, & tamen non dedit ei penſionem ſuam annuam, & profectus eſt in Bavariam. Anno Domini

„ geliſte in jaer CIↃ. CCC. ende L. Deſe brief is onder der Stede „ van Dordrecht. „

Sed Dux animi inconſtantis, poſtquam ceſſit, pœnituit, remiſſo interim Præfectis, quo obſtricti ipſi, juramento.

„ *Willem* Hertoge van Beyeren, Palensgrave van den Rine, „ verbeydende der Graeflicheden van Heynouwen, van Hollant, „ van Zeelant, ende der Heerlichede van Vrieslant, maken cont „ ende kenlick allen luden. Wair dat ſake, dat wi onſer liever „ Vrouwen ende moeder der Keyſerinnen niet genoech en deden „ van alſulcker voirwaerden, ende geloften, als tuſſchen haer en- „ de ons gemaket zyn van der Graeflicheden van Henegouwen, „ van Hollant van Zeelant, ende der Heerlicheden van Vries- „ lant, iof dat wi van den ghemenen lande ende Steden niet ont- „ fangen en worden, alſe ſede ende gewoonte is, So is onſe wille „ ende conſenteren, dat die goede lude van der Stede van Dor- „ drecht gemeenlike van ons ongelaſt bliven van allen ontfangen „ manſcap, ende eden, die ſi ons gedaen hebben, ende dat ſi on- „ ſer liever Vrouwen ende moeder voerſz houden ende doen alle „ dat ſy hoir ſculdich ſyn te doene, als hoerre gerechte Lants- „ vrouwe, ſonder enigen evelen moet van ons dair of te hebben, „ of van ymande van onſen weghen. In kenniſſe hier of om dat „ wi willen, dat dit vaſte ende geſtade blive, ende wel gehou- „ den, ſo hebben wi deſen brief open beſegelt mit onſen ſegel. „ Gegheven tot Dordrecht int jaer CIↃ. CCC. XLVIII. des Son- „ nendachs na half vaſten, die doe was opten negenentwintich- „ ſten dach in Meerte.

Nec neſcius Dux facti, poſtquam ſuaſu pravorum hominum bellum animo agitavit, pulſurus matrem provinciis, operam dedit quantum poſſet, ut reciperet quicquid ſcriptum ad Præfectos urbium arciumque, ut relicturo ſe imperium matri ſervarent fidem. Et certe ejusmodi tum paſſim, quæ Medioburgo ad eum miſſæ:

„ Lieve Heere wilt weten, dat Heer Giſebrecht de Prooſt in „ Middelburch ons brochte enen brief van uwer weghen van ge- „ loove, dat was dat ghi begeerdet als hi ſeyde, dat wi hem over- „ geven wilden brieven, die wi van u hadden, dair ghi die Graef- „ ſcap voirtyts mede quite geſcouden ſoudet hebben, daer wi u „ of laten weten, dat wi onverſien waren van deſen ſaken, ende „ dusdanige brieve niet rede gevinden en conden. Oec weten wi,

Digitized by Google

mini CIↃ. CCC. L. cum *Wilhelmus* eſſet in Bavaria, & Imperatrix in Hannonia, tunc ſurrexerunt duæ partialitates in Hollandia inter Principes, de quo populus multa incommoda ſuſtinuit. Quarum una vocata eſt *Cabbeljaus*, quorum Capitanei erant Dominus de *Arckel*, Dominus de *Egmonda*, Dominus *Gerardus* de *Heemskerck*, & alii milites & nobiles. Alia pars dicta eſt die *Hoecks*, quorum Capitanei fuerunt Dominus de *Breeroed*, Dominus de *Lecke*, & Dominus de *Binchorſt*, & alii milites & nobiles. Iſtæ partialitates ſe mutuo ſpoliabant ac devaſtabant, ac caſtra ſua comburebant, & interficiebant, quod antea nunquam fuit factum in Hollandia. Et pars de *Cabbeljaus* demandabant, & occulte ſcribebant ad *Wilhelmum* Ducem Bavariæ, ut rediret ac ſuſciperet Hollandiam in ſuum Dominium, & quanquam matri reſignaſſet omne jus, tamen iſti adjuvarent eum, ut Dominus Hollandiæ remaneret. Et ad ultimum venit occulte iſte *Wilhelmus* in *Gorckum*. Ad quem venerunt illi de *Delft*, & aliæ civitates, & receperunt eum in Dominum ſuum, quod multis placuit. Et introniſantes eum jura-

„ dat alrehande voerwaerden tuſſchen uwer moeder ende u voer-
„ tyts waren, daer ons alrehande brieve op geſent ende gegheven
„ zyn van onſer Vrouwen uwer moeder, ende van u lieve Heere.
„ Ende hebben u ende Heer *Giſebrecht* ſommige brieve getogen,
„ die wi hebben van u, des wi u Copien ſenden hier in beſloten.
„ Welke brieve wi op deſe tyt niet overgeven in dorren, noch
„ en mogen, omme die luden wille gemeenlike in die Steden dat
„ ſine op ſpreken, want wys ongewone hebben geſien brieve
„ over te leveren, diemen der Stede ſendet, ende wi ons om 't
„ beſte ende om uwer eeren wille te nauwer hoeden moeten.
„ Maer lieve Here wanneer ghi in Hollant coemt, ende wi bi
„ u ſyn mogen, ende bi uwen ghemenen rade ende Steden wil-
„ len wy 's geerne ſpreken, ende doen daer mede dat beſte is,
„ dats u wel genoegen mach. Oec mede want wi u geſworen
„ hebben, ſo meenen wi ummer mit ſiele ende met live bi u te
„ bliven ende te doen, dat wi ſchuldich zyn te doen, ende ſul-
„ len of Godt wil die brieve alſo bewaren, datter u eere in be-
„ waert blive, ende ghenen ſtoot noch hinder daer af en come.
„ Ende lieve Here wilt des int goede nemen, want wy 't doen
„ om t' beſte. Ende bewaer u ſiele, u lyf, ende eere altoes.
„ Gegheven s' Woensdachs na miſericordia. „

Digitized by Google

jurabant ei fidelitatem, ut eſſet Dominus de *Hollandia*, *Zelandia*, & *Friſia*, ſicut prius matri ſuæ promiſerant. Quod videns altera pars, ſcilicet *Hoecks*, perrexerunt ad Imperatricem in Hannoniam, & conqueſti ſunt ei injuriam ſuam. Tunc convenerunt illi de parte *Cabbeljaus*, cum civitatibus quibusdam in Hollandia, & impugnabant caſtra adverſæ partis, & vaſtabant ea, quia in his favebat eis Dominus eorum *Wilhelmus* iſte. Imperatrix cum hæc audiſſet, irata eſt valde, & mandavit filio ſuo, cur tantam inſolentiam faceret in terra ſua? *Wilhelmus* remandavit matri, quod Dominia ſua eſſent, & quod ipſa ei illa contuliſſet. Et hæc conſultatio ad tantum malum venit, quod ſibi indicerent diem belli pro Dominio Hollandiæ. Imperatrix movit magnos Principes in adjutorium ſuum cum multis de Hannonia & Anglia, quos miſit ſibi ſoror ſua Regina, & venit cum omni iſto populo ut intraret Hollandiam, & venit in *Moſellam* infra *Brielis* & *S'gravenſande*. Contra quam venit Dux *Wilhelmus*, filius contra matrem, cum *Hollandis Aquilonaribus*, & *Kermerlandis*, *Friſonibus*, & *Waterlandis*, & ex Zelandia Domina *Machteldis* de *Voern* cum ſuis. Et ingravatum eſt bellum ita, quod diu fuit anceps victoria, ſed ad ultimum prævaluit *Wilhelmus* cum ſuis. Et tot fuerunt interfecti & ſubmerſi in iſto prælio, quod *Moſela* duabus dietis tincta videbatur ſanguine & rubricata. Et Imperatrix fecit carbaſa ſua extendi, & navigavit in Angliam. In iſto bello perierunt multi nobiles & plurimi de Anglia ac Hannonia. Ex Zelandia periit Dominus *Coſten* de *Reneſſe*, & *Florentius* de *Haemſtede* cum multis aliis, & Dominus de *Breeroed* captus fuit cum multis militaribus, de quibus multa extorquebant. Et iſtud lamentabile bellum inter matrem & filium contigit anno Domini CIC. CCC. LI. die translationis S. Martini. Et poſtea ſunt fœderati. Et Imperatrix tenuit *Hannoniam* ad vitam, & Dux *Wilhelmus* manſit Dux Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ. Anno Domini CIↃ. CCC. LV. pridie Kal. Octobr. obiit Imperatrix in Hannonia, & ſepulta eſt in *Valentia*, poſtquam regnaverat in Hannonia decem annis, & in Hollandia V. annis & IX. menſibus. Anno Domini CIↃ. CCC. LI tunc viderunt frater *Simon* & *Iohannes Andreæ* peliifer, cum ambularent in platea, pulchram Eccleſiam in aere, & pendebat in loco, ubi nunc eſt ædificata nova Eccleſia. Et hoc viſum fuit omni anno circa purificationem

Digitized by Google

nem Beatæ Mariæ virginis uſque ad xxx. annos, ſcilicet anno Domini CIↃ. CCC. & LXXXI. & tunc poſtea fuit ibi facta Eccleſia lignea, & intus Maria portans Ieſum mortuum in ſinu ſuo, quæ multis coruſcabat miraculis.

WILHELMUS Dux in Bavaria ſenior filius Imperatoris fuit XX. Comes Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ VII. annis, & Hannoniæ poſt mortem Imperatricis matris ſuæ tribus annis. Hic (1) conjugem habuit *Machteldem* filiam Ducis de *Lancaſter* ex Anglia, ſed non habuit de ea filios. Iſte Dux fuit

(1) Henrici Ducis hæc primogenita. Petiit etiam in matrimonium Wilhelmus Dux per legatos, Dominum de Egmunda, & Gerardum de Heemskerck. Deſponſarunt Dux Henricus & Rex Angliæ Eduardus. Iter deinde Dux Wilhelmus, ut inpleret quicquid pactus, in Angliam ad ornavit, mutum nuptiis his conſecutus, ut inter Anglos & Hollandos fœdus multum coiret arctius, ut ex iis, patet, quæ ſequuntur.

„ *Eduardus* Dei gratia Rex Angliæ &c. Ad univerſorum notitiam
„ cupimus pervenire, quod nos promiſimus & bona fide promit-
„ timus per præſentes Venerabili viro Iohanni Abbati monaſterii
„ Egmondenſis, nec non nobilibus viris *Iohanni* Domino de Eg-
„ monda Baroni, & *Gerardo* de Heemskercke militi, ac etiam om-
„ nibus aliis & ſingulis procuratoribus ac Nuntiis ſpecialibus di-
„ lecti noſtri conſanguinei Ducis Bavariæ in Regnum noſtrum An-
„ gliæ per ipſum tranſmiſſis dilectam noſtram conſanguineam *Mach-*
„ *tildem* legitimam filiam primogenitam conſanguinei noſtri cariſ-
„ ſimi illuſtris *Henrici* Ducis Lancaſtriæ præfato Duci Bavariæ da-
„ re & deliberare ducendam in uxorem legitimam & conthoralem
„ in adventu ipſius *Wilhelmi* indilate per nos dotandam juxta ar-
„ bitrium noſtrum rationabiliter & honeſtæ. In cujus rei teſtimo-
„ nium has literas noſtras fieri fecimus patentes Datum in palatio
„ noſtro Weſtmonaſterienſi XII. die Novembr. anno Regni noſtri
„ Angliæ XXV. Regni vero noſtri Franciæ XXII.

„ Nos *Eduardus* Dei gratia Rex Angliæ &c. univerſis, ad quos
„ præſentes literæ pervenerint, facimus manifeſtum, quod cum
„ illuſtris Wilhelmus Dux Bavariæ conſanguineus noſter cariſſi-
„ mus ad nos in Regnum noſtrum Angliæ ex certis cauſis ſit ven-
„ turus, nos volentes ſecuritati ipſius Ducis & aliorum in comiti-
„ va ſua venturorum providere, ſuſcepimus ipſum Ducem, homi-
„ nes, naves, equos, herneſia, & res ſuas quaſcunque in veniendo in
„ ipſum Regnum noſtrum Angliæ, ſeu quemcunque diſtrictum noſ-

„ trum

fuit in magna reverentia inimicis ſuis, & habuit guerras contra Trajectenſes, & Epiſcopum *Iohannem de Arckel*, & profectus

„ trum alium, ad nos, ubicumque fuerimus tranſeundo, moran-
„ do, & redeundo, quandocunque placuerit ſuæ voluntati, in
„ protectionem ac defenſionem noſtram ſpecialem, nec non in
„ ſalvum & ſecurum conductum noſtrum, promittentes eidem &
„ ſuis in verbo Regio prædictum conductum tam per nos quam
„ per noſtros bona fide inviolabiliter obſervare, quamdiu volue-
„ rint, morando, veniendo, & redeundo, quandocunque ſibi
„ placuerit, non obſtantibus quibuslibet cauſis ſive occaſionibus
„ diverſis emergentibus, ſive emerſuris, ſuis negotiis perfectis,
„ ſeu etiam imperfectis. In cujus rei teſtimonium has literas noſ-
„ tras fieri fecimus patentes. Datum in palatio noſtro Weſtmo-
„ naſterienſi XII. die Novembr. anno Regni noſtri Angliæ vice-
„ ſimo quinto, Regni vero noſtri Franciæ XIV.

„ *Eduardus* Dei gratia Rex Angliæ, & Franciæ, & Dominus Hi-
„ berniæ, univerſis & ſingulis Admiralibus, Vicecomitibus,
„ Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Dominis, Magiſtris, & Marina-
„ riis navium, ac aliis fidelibus ſuis tam in terra quam in mari in-
„ fra libertates, & etiam ad quos præſentes literæ pervenerint,
„ Salutem. Sciatis quod nos conſiderantes amicitiam & benevolen-
„ tiam, quam in hominibus *Hollandiæ & Zelandiæ* erga nos & ſub-
„ ditos noſtros dicti noſtri Regni Angliæ hactenus invenimus, &
„ in futurum invenire ſperamus, ac provide cupientes ipſorum homi-
„ num ſecuritati & quieti infra poteſtatem noſtram ubilibet provide-
„ re, ſuſcepimus eoſdem homines tanquam noſtros amicos & bene-
„ volos & eorum bona quæcunque, & in mari & in terra, veniendo
„ infra Regnum & poteſtatem noſtram, morando, mercandizan-
„ do, negotia ſua proſequendo, & abinde pro voluntate ſua ad
„ propria redeundo, in poteſtatem & defenſionem noſtram ſpe-
„ cialem, nec non in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum. Et
„ ideo vobis injungimus, quod prædictos homines & eorum quem-
„ libet veniendo in prædictum Regnum noſtrum & poteſtatem noſ-
„ tram, ibidem morando, mercandizando, & alia negotia ſua pro-
„ ſequendo, ac abinde ad propria redeundo, ut veros amicos
„ noſtros & benevolos amabiliter geſtu & facto curialiter pertra-
„ ctantes, ipſis vel eorum alicui in perſonis vel rebus ſuis non in-
„ feratis, ſeu quantum in vobis eſt ab aliis inferri permittatis,
„ injuriam, violentiam, arreſtum, damnum aliquodve gravamen,
„ ſed eos potius in juſtis querelis ſuis & actionibus manu teneatis,
„ protegatis, & defendatis, ac ſalvum & ſecurum conductum præ-
„ beatis, cum per ipſos vel eorum aliquem ex parte noſtra fueri-

by Google

fectus fuit in diœceſim, & obſedit caſtrum de *Nieveld*, quod & traditum ſibi fuit, & ſopitum eſt bellum inter Trajectenſes & Hollandiam. Hic Comes obtinuit terram de *Heuſden*, ut etiam eſſet *Hollandiæ*, quia terra illa cum ceteris adjacentibus ab antiquo fuit Clivenſis. Poſtea fuit in *Heuſden* quidam Dominus vocatus Iohannes. Hic non habuit filium ſed filiam. Hæc habuit virum *Ioannem* de *Saſſenburch*, & *Heuſden* hereditavit ſuper filiam, & vir ejus vendidit terram de *Heuſden* Duci Brabantiæ. Quod noluit Dux *Wilhelmus* admittere, quod eſſet Brabantiæ, eo quod eſſet Dominium in *Hollandia*. Et ſic factum eſt, quod Dux Brabantiæ reciperet pecunias ſuas, & *Heuſden* maneret partis Hollandiæ.

Anno Domini CIↃ. CCC. LVIII. tunc Dux *Wilhelmus* privatus eſt ſuis ſenſibus, ita ut recluſus ſit in carcere, & manſit ſic XXX. annis uſque ad mortem. Et tunc pars de *Cabbeljaus* voluerunt habere conjugem illius *Wilhelmi*, ut eſſet rectrix Patriæ. Alia pars noluit in hoc conſentire, eo quod non habuit prolem de *Wilhelmo*, ſuper quem Dominium veniret, ſed (1) mandabant *Alberto* de *Bavaria* fratri dicti Comitis, ut veniret &

„ tis requiſiti. Et ſiquid forſitan eis forefactum aut alias injuria-
„ tum fuerit, id eis pro viribus debite reformari & indilate corri-
„ gi faciatis, dum tamen erga nos & noſtros ſubditos bene ſe ge-
„ rant, & coſtumas de bonis & marcandiſiis ſuis debitas ſolvant,
„ ut debebunt. In cujus rei teſtimonium has literas fieri fecimus
„ patentes. Datum apud Weſtmonaſterium XVII. die Iulii anno
** Supra dixit XIV. „ Regni noſtri Anglici XXV. Regni vero noſtri Franciæ ** XII.

Sponſa jam Mechtildis Ann. 1351. ſequenti vero demum uxor. Henr. de Knyghton Canonicus Leyceſtrenſis ad d. Ann. *Matildis filia nobilis Ducis Lancaſtriæ Henrici deſponſata eſt Wilhelmo Duci de Seland.* Idem ad Ann. 1352. *Dum igitur Dux Lancaſtriæ tenderet verſus Spruciam Dux Selandiæ Willielmus venit in Angliam, & de conſilio Reginæ deſponſavit Matildam ſeniorem filiam Ducis Lancaſtriæ cum magna nobilitate honoris in capella Regis apud Weſtmonaſterium, & duxit eam ſecum in Selandiam.*

(1) Triplici jure nixa Alberti ſucceſſio & Procerum voluntate, & fratrum mutuis de ea pactis, & Patris hoc Ludovici Imperatoris decreto:

„ Nos *Ludovicus* Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Au-
„ guſtus

Digitized by Google

& adminiſtraret Comitatum. Et cum veniſſet tunc tractatum eſt, quod eſſet tutor Patriæ ex parte fratris, & daret conjugi fratris annue XII. millia antiquorum ſcudatorum, & in hoc ſtarent contentæ ambæ partialitates, quod tamen non ſervaverunt. Dux *Albertus* depoſuit *Johannem Bloemenſteyn* de præfectura

„ guſtus. Ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod no-
„ bis ſedentibus cum proceribus noſtris in oppido noſtro Franckin-
„ ford pro tribunali comparuit coram nobis illuſtris *Ludovicus* Dux
„ Bavariæ primogenitus noſter ex præc'ara Margareta Romano-
„ rum Imperatrice conthorale noſtra kariſſima procreatus, libere
„ & ſpontane renuntians omnibus juribus & conſuetudinibus, quæ
„ vel quas habere poſſet aut poterit in futurum in Comitatibus
„ Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominio Friſiæ, nec non hominibus
„ eorundem, ad opus illuſtris Wilhelmi Ducis Bavariæ fratris ſui
„ ſecundogeniti noſtri, ſic quod poſt obitum prædictæ conthora-
„ lis noſtræ kariſſimæ matris ſuæ ſuccedat eidem absque ulla con-
„ tradictione atque ſcrupulo in dictis Comitatibus, Dominiis, &
„ hominibus ſæpedictis, Et ſi prædictum *Wilhelmum* filium noſtrum
„ abſque herede decedere contigerit, quod Deus avertat, tunc
„ *Albertus* Bavariæ Dux inclytus tertio genitus noſter eidem ſuc-
„ cedet in Comitatibus, Dominiis, & hominibus ſæpedictis, &
„ ſic de gradu in gradum ſubſequenter, omnibus dubiis, quæſtio-
„ nibus, & litibus procul ſemotis. Hæc etiam omnia & ſingula
„ ſupradicta Imperiali auctoritate confirmamus, approbamus, &
„ ratificamus harum teſtimonio literarum. Hujus rei teſtes ſunt
„ venerabilis *Henricus* Archiepiſcopus Eccleſiæ Mogontinenſis,
„ Princeps & Archicancellarius noſter, ſpectabiles viri *Gerlacus* &
„ *Adolphus de Naſſou*, *Rudolfus* de Voertheim, *Wilhelmus* & *Wil-*
„ *bemus* de *Montfoert* Comites, & ſtrenui viri, *Thomas* de Fron-
„ ſperg, *Conradus* de Pfaltheim, & *Volkerus* de Gunde.ſtinge mi-
„ lites, fideles noſtri, cum pluribus aliis fide dignis. In cujus
„ etiam rei teſtimonium præſentes literas conſcribi, & majeſtatis
„ noſtræ ſigillo juſſimus conſignari. Datum Frankinford ſeptima
„ die menſis Septembris Anno Domini milleſimo trecenteſimo qua-
„ drageſimo ſexto, Regni noſtri anno XXXII. Imperii vero XIX. Et nos
„ Ludovicus Dux Bavariæ antedictus ad majoris roboris firmita-
„ tem promiſimus, & tenore præſentium promittimus omnia &
„ ſingula ſuperius annotata inviolabiliter obſervare, præſentes
„ etiam literas una cum Sereniſſimo Domino Domino Ludovico
„ Romanorum Imperatore, Genitore noſtro kariſimo, ſigillo
„ noſtro duximus roborandas loco, die, & annis prænotatis.

fectura *Weſtfriſiæ*, & commiſit eam *Reynoldo* filio Domini de *Breeroed*. Quod movebat illos de parte *Cabbeljaus*, & poſuerunt ei inſidias circa caſtrum in † Alpibus, ut eum interficerent. Et Dominus de *Breeroed*, qui de iſtis inſidiis non ſciebat, miſit filium ſuum cum familia, ut hanc dignitatem ſuſciperet, & venerunt circa caſtrum. Tunc alii ſurrexerunt ex inſidiis & properabant ad eos. Quod iſti videntes fugerunt in Eccleſiam, ſed aliquos de poſterioribus ceperunt, & occiderunt. Sed populus de *Caſtricum* venit & defendit *Reynoldum* cum ſuis, ſic quod non plus poterant facere mali. Quod cum factum eſſet, quidam de illis homicidis fugerunt in caſtrum de *Heemskerck* ad Dominum *Walterum* de *Heemskerck*, & alii fugerunt in *Delft*. Poſt hoc circa feſtum Martini in hyeme tunc venit *Albertus* Dux & obſedit illos de *Heemskerck*, eo quod *Walterus* ſervaſſet illos homicidas, ubi de iſto exercitu fuit Capitaneus *Theodricus de* * *Pollanen*, qui poſtea fuit Dominus de *Aſperen*, qui obſedit caſtrum de *Heemskerk* XI. ſeptimanis. Et *Walterus* tradidit caſtrum in manu Ducis, & fuit ductus in Zelandiam ſub cuſtodia ad voluntatem Ducis. Et interim cum iſtud caſtrum obſiderent, venerunt in *Delft Gysbertus* de *Nyenrode*, Dominus *Johannes* de *Kervenem*, *Henricus* de *Weert*, *Gerardus Wyſſen*, & multi alii, & quaſi octingenti viri, & iverunt cum Burgenſibus civitatis in *Hagam*, & confregerunt † priſidionem Ducis, & captivos duxerunt in *Delft*. Tunc temporis Dux *Albertus* fuit in Zelandia, & cum hoc audiſſet, venit in *Hagam*, & congregavit omnes milites & militares, & omnem populum de utraque parte ex *Hollandia*, & *Zelandia*, & *Friſia*, & obſedit civitatem Delft in jejunio anno CIↃ. CCC. LIX. & obſeſſa eſt civitas X. ſeptimanis. *Henricus* de *Weert*, & *Gerardus Wyſſe* multa egregia opera fecerunt, & damna in exercitu Ducis, cum obſeſſi eſſent. Et Dux fecit erigi ſuos arietes & inſtrumenta, ut civitatem obtineret. Burgenſes quærebant pacem à Duce, & occulte rogabant Dominum *Walramum* de *Valckenburch*, qui tunc in exercitu fuit, ut de pace cum Duce tractaret. Et ipſe fecit pacem taliter inter civitatem & Ducem, ut traderent Duci civitatem ſalvis rebus & corporibus, & pro exceſſu ſuo traderent LX. millia ſcudatorum, & muros civitatis ad ſolum dejicerent, & foſſata replerent, & in centum annis muros non erigerent. Et ſic venit

† tumulis arenariis.

* Polsnen.

† priſionem.

Digitized by Google

venit *Albertus* in civitatem feria tertia Penthecoſtes, & omnes hoſpites, qui erant in civitate, non erant pacti Principi cum iſto contractu, & ipſi venerunt extra civitatem, ſicut potuerunt, excepto *Henrico* de *Weert*, qui fugit in turrim Eccleſiæ, unde amotus decapitatus eſt. Et *Gysbertus* de *Nyenrode* & *Iohannes* de *Carvenem* fugerunt ad caſtrum de *Heuſden*, & ibi obſeſſi ſunt, & ad ultimum compacti ſunt cum Principe & dimiſſi. Anno CIↃ. CCC. LXVI. fundata eſt *Leydis* Caneſia XIV. Canonicorum. In eodem anno (1) fecit Dux *Albertus* decapitari Dominum de *Adinghen* in *Hannonia*, & objecit ei, quod habuit inſtrumenta in ſuo caſtro, cum quibus voluit caſtra Ducis *Alberti* vel caſtella vaſtare. De cujus morte magna inquietudo venit in *Hannonia*, quia Dominus de *Adinghen* reliquit poſt ſe ſeptem fratres, qui ad tantum duxerunt Ducem, quod ipſe pacem ab eis requirebat. Anno Domini CIↃ. CCC. LXVIII. fundavit *Abbertus* Dux ad ſui memoriam, & etiam pro anima Domini de *Adinghen* Canoniſiam in *Haga* in capella, in qua beneficiati ſunt XIII. Canonici. Anno CIↃ. CCC. LXXII. obiit *Machteldis* de *Voern*, & anno præterito ſcilicet CIↃ. CCC. & LXXI. periit in bello ante *Leodium* Dominus *Walramus* de *Valckenburch*, iſtius *Machteldis* vir. Anno CIↃ. CCC. LXXI. obiit *Margareta* de *Bry*, conjux Ducis *Alberti* prima. Anno

(1) Guilelm. de Nangis apud d'Achery *to.* II. *Spicil.* vocat Dominum de *Angujen*, ſed perperam, ut & perperam refert id ad Ann. 1363. Perperam Ducem Albertum vicem Patris ſui ait functum. *Iis*, inquit, *temporibus delatus eſt Dominus Engebertus Dominus de Anguien verſus Brabantiam apud Ducem Albertum filium quondam Ludovici Ducis Bavariæ, qui olim uſurpaverat imperium contra voluntatem Eccleſiæ, locum tenentem pro Patre ſuo Comite Hannoniæ in illis Partibus Hannonienſibus, quod dictus Dominus de Anguſen nobilis Princeps, & ſatis ſtrenuus miles, aliquas proditiones conſpiraverat contra terram & Comitatum Hannoniæ, qua de cauſa dictus Dux Albertus cepit eum nocte in Beyuzenſi juxta Valentianas ad tres leucas, & in caſtro ibidem capite truncatus eſt ſine judicio, & ſine mora multa; qua de cauſa timuerunt multi de partibus illis, ne multa mala orirentur ſuper patriam illam in futurum, quia de magno genere & nobili erat Dominus ille in partibus memoratis.* Refert etiam, ut Auctor hic, ad Ann. 1366. ** interpres Belgicus Io. de Beka *to* 5. *Analect.*

** Nobis Tom. 3. p. 261.

Digitized by Google

Anno CIↃ. CCC. XCIV. accepit *Albertus* Dux aliam uxorem *Margaretam* de *Cleve*. Anno Domini CIↃ. CCC. LXXXVIII. incepit bellum inter Dominum de *Arckel*, & *Vyanen*, quod longo tempore ſtetit. Eodem anno arſit *Gorkum* ex integro. Eodem anno obiit Dux *Wilhelmus* filius Imperatricis in *Kenout* in Hannonia V. Idus Aprilis, & ſepultus eſt in *Valentia*.

ALBERTUS Dux in Bavaria & Palatinus Reni filius Ludowici Imperatoris & frater *Wilhelmi* fuit XXI. Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ XVI. annis. Et antea tempore fratris ſui fuit tutor patriæ XXX. annis, & ſic dominabatur XLVI. annis ſimul. Habuit conjugem *Margaretam* filiam Ducis de *Brye*, de qua habuit *Katharinam* Comitiſſam Gelriæ, *Wilhelmum* de *Oeſtervant*, & Ducem in Bavaria, *Iohannem* Epiſcopum Leodienſem, *Iohannam* Reginam Bohemiæ, *Albertum* Ducem in Bavaria, *Margaretam* Duxiſſam in Burgundia, & *Iohannem* Duxiſſam Auſtriæ. Et habuit poſtea aliam conjugem filiam Ducis *Clivenſis Margaretam*, de qua non habuit liberos. Iſte Dux *Albertus* adamavit quondam domicellam *Aleydem* de *Poelgeeſt*, quæ multum potuit apud eum, quod filius ejus *Wilhelmus* non potuit ſuſtinere. Et anno CIↃ. CCC. & XCII. quarta feria poſt feſtum Mathei interfecta fuit iſta domicella de *Poelgeeſt* à *Wilhelmo Kuſer* in *Haga*. (1) Et interfectores fugerunt ad caſtrum de *Altena* prope *Woudrichem*, & *Wil-*

(1) Non mirum. Caſtrum id jam pridem in conſcii cædis poteſtate Ducis ſcilicet Wilhelmi. Ex rationibus anni 1387. Alberto Duci redditis: *Item des Sonnendachs na inventio S. Crucis enen bode geſant uten Hagbe aen Willem van Cronenburch met myns Heeren brieve, om hem te laten weten, dat hi des Maendachs daer na tot Woerden comen ſoude met vyf bondert gewapende mannen, uit den lande van Heuſden om bi minen Heere van Ooſtervant te weſen, want men op die tyd hulden ſoude, ende ontfaen tot enen Heere van Altbena. Hem gegeven, want hy haeſtelick lopen moſte een gulden.* & mox. *Item des Sondachs daer an myns Heeren brieven geſent na de Steden van Delft, Rotterdam, Sciedam, Dordrecht, ende St. Geerdenbergbe, ende aen den Bailliu van Zuithollant, om hem te laten weten, dat hi alſulc volck, als myn Heere geboden hadde him te ſenden, des Woenſdachs na tot Woudrichem, ende voor dat huys tot Altbena te weſen, t'huys laten ſoude, want die Heere van Heurne minen Heere toegeſeyt hadde, dat huys tot Altbena over te laten. Item geſent van den Hagbe met myns Heeren*

ſouden weſen tegens andere goederen den voorſz van Heiden *toebehorich, ende in den Erts-Stichi van* Coln, *ofte elders gelegen. Twelck by de Staten van* Overyſſel *in behoorlycke deliberatie gelegt ſynde, hebben haer Ed. Mog. verſtaen, dat die voorſz Capitularen niet hebben vermocht, noch ock niet ſullen vermogen ſo een notabel ſtuck, daer van het corpus ende de goederen in deſe Provintie gelegen ſyn ſonder kenniſſe, conſent, ende bewilliginge van haer Ed. Mog. als Staten deſer Provintie op duſdanige maniere te permuteren ende te vervreemden, ſtrydende het ſelve ock expreſſelyck tegens ordinantien ende placcaten, die tot verſcheyden tyden by haer Ed. Mog. tegens het alieneren van geeſtelycke goederen, daer van de* corpora *in deſe Provintie gelegen, gemaeckt ende geemaneert ſyn; ſchynende dit ſelve by het voorſz Capittel gepractiſeert te ſyn, om alſo hare Reſolutie, daer by ſy die van de Gereformeerde religie gewent ſyn uyt alle Commandeuryen buyten te ſluyten, te beter effect te kunnen geven. Waerom haer Ed. Mog. caſſerende die voorſz vermeynde permutatie, houden ende verklaren deſelve mits deſen voor onduchtich, nul, ende van geenre weerden, ende bevelen den Richteren daer van gene brieven, extracten, noch copyen te verlenen, maer deſelve datelick ter protocolle te royeren, ende deſen in plaetſe ofte daer neffens te regiſtreren, alles by privatie van haer officie.*

Ende alſo de voorſz van Heiden *uit de Orden gedimitteert ende van den eed ontſlagen is, hebben haer Ed. Mog. goetgevonden de Gedeputeerde deſer Provintie, ende den Droſt van* Twente *te auctoriſeren ende te laſten, omme die opkomſten van de goederen der voorſz* Commandeurye *met die daer toe gehorige huyſen, goederen, ende appertinentien te doen adminiſtreren tot nader ordre van haer Ed. Mog. Ende ſyn die Gedeputeerden mede geauctoriſeert om hem te informeren op de erven ende Landeryen, ſo uyt de voorſz* Commandeurye, *als andere geeſtelicke goederen, ſonder conſent ofte kenniſſe van Ridderſchap ende Steden van dato deſes t' ſy by verkopinge, permutatie, ofte anders, ſyn veralieneert, ſodanige verkopinge ende alienatie buyten enige forme van procederen te caſſeren, te annulieren ende te vernietigen, die goederen te doen adminiſtreren, ende van alles aen Ridderſchap ende Steden ter naeſter vergaderinge rapport te doen.*

XIII. Decretum quidem ita, ſed executio Decreti Heidani preci-

Digitized by Google

precibus nihilominus 21. Mart. ſex menſes inhibita, ex gratia ſpatio ei dato, ut recuperandi interim, quæ ei propria, modum aliquem inveniret, & eo non obſtante conſtituta interim ex reditibus certa etiam ſumma, ob parentum ipſorum merita, Roberto van Itterſum, Wennemaro von Raesfelt, & Petro van Voorſt. Ne quid autem deeſſet ex quo ſumma hæc poſſet confici, Heidanus ex reditibus quotannis juſſus conferre bis mille & centum florenos Ann. 1639. 10. Sept. Anno autem 1662. 12. Febr. equeſtris ordo cum eo iniit tranſactionem perpetuam de ſumma hac dependenda, & ſi viſum ſic redimenda triginta duobus millibus florenorum. Sic utcumque hæc Præfectura Weſtphaliæ olim pars vindicata à Tranſiſulanis in jus tandem ipſorum tranſiit, ut in ditione ipſorum ſita, eodem modo, quo jam Ordinum, quæ olim Melitenſium ſeu equitum Rhodiorum.

XIV. Præter eos autem, quos dixi, qui inter nobiles à Saliis ad Comitia evocati, fuere etiam qui ſequuntur, Præfecti Othmarſenſes, *Herman van Keppel* Ann. 1413. *Fred. van Beveren* Ann. 1446. *Henr. van Bodelwingen* Ann. 1448. *Rev. lib.* 4. *hiſt. Dav. p.* 295. *Gisbertus opten Berge* Ann. 1651. & *Joan Diderich van Heiden* Ann. 1634. Ex his Gisbertus cum uxorem duxiſſet domum, quod ſcleus Pontificiis, & contra equitum olim vota, eamque & ejus liberos condito teſtamento inſtituiſſet heredes, ægre Ordo rem tulit, factus inter alios etiam Cæſari de hoc ſupplex Ferdinando 11. Cæſar re cognita ablata ipſi bona Ordini addixit omnia, ſententia hac de re lata in Conſiſtorio ſuo aulico Ann. 1631. quam ratam dein habuit Ferdinandus non ſolum tertius, ſed & filius Leopoldus, qui & Ordines fœderatos, quia magna bonorum pars apud Salios erat ſita, ut exequerentur eam, requiſivit hujuſmodi literis.

„ XV. *Leopoldus* divina favente clementia Romanorum Im-
„ perator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bo-
„ hemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ &c. Rex, Archidux
„ Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ,
„ & Wittembergæ, Comes Tyrolis &c. univerſis & ſingulis
„ Fœderati Belgii Statibus amicis noſtris chariſſimis ſalutem,
„ benevolentiamque, & gratiam noſtram Cæſaream, & om-
„ ne bonum. Quos benevole clementerque haud celamus,
„ quem in modum, cum annis ſuperioribus Commendator

„ Ordinis Teutonici in Balia de Otmarsheim *Gisbertus de Ber-*
„ *gen* teſtamento contra dicti Ordinis ſtatuta fundamentalia in
„ favorem concubinæ ſuæ *Annæ Sejungels* procreatique ex ea-
„ dem filii ſui illegitimi *Balthaſaris* op den *Berge* prætenſe con-
„ dito, in quo eoſdem univerſales congeſtorum bonorum ſuo-
„ rum heredes dixerat, ex hac vita deceſſiſſet, colendiſſimus
„ quondam Dominus avus noſter & prædeceſſor *Ferdinan-*
„ *dus II.* Romanorum Imperator glorioſæ memoriæ ad me-
„ morati Ordinis Teutonici inſtantiam per ſententiam ſuam in
„ Conſilio ſuo Imperiali aulico latam XVI. Junii Ann. CIↃ. DC. XXXI.
„ dictum teſtamentum, in quantum eidem Ordini præjudica-
„ bat, pro nullo declaravit, caſſavitque, nullumque, caſſum,
„ & irritum pronuntiavit, ſimulque omnia dicti Commenda-
„ toris bona tam immobilia quam mobilia, ſive redditus illa,
„ cenſuſve, vel credita fuerint, aut quocunque alio nomine
„ cenſeantur, præfato Ordini addixit. Quam ipſam etiam ſen-
„ tentiam ſeu declarationem tam ſupradicti Domini avi noſtri
„ *Ferdinandi* ſecundi, & proximi ſucceſſoris ejuſdem in Impe-
„ rio *Ferdinandi* tertii Domini Patris noſtri colendiſſimi, quam
„ nos ipſi, delegatis pro ejuſdem executione in diverſos Im-
„ perii Status, ſub quibus dicta bona reperiebantur, diverſis
„ commiſſionibus multoties confirmavimus. Cum igitur ſæpe
„ dictus Ordo Teutonicus porro apud nos conqueri non defi-
„ nat, quod præfatus *Balthaſar op ten Berge* tanquam ſupra
„ memorati patris ſui illegitimus heres, ac bonorum uſurpator
„ & detentor per Fœderati Belgii provintias hinc inde vagan-
„ do, quod ad bona defuncti tam mobilia, quam immobilia,
„ in dictis Provinciis, ac præcipue in Tranſiſulania ſita, ſu-
„ prafatæ ſententiæ Cæſareæ contumaciter reluctari perſeve-
„ ret, ſupplicando humillime, ut pro plena ejuſdem executio-
„ ne in bona detenta ulterius conſequenda ad vos requiſito-
„ riales noſtras ſibi impertiri clementer dignaremur, & vero
„ juris & juſtitiæ pariter & auctoritatis Cæſareæ interſit res &
„ ſententias tot jam conformibus judiciis Imperatoriis confir-
„ matas debitum ſuum tandem ſortiri effectum, idcirco vos
„ tam generales quam quoſcunque particulares confœderati
„ Belgii Status, ac nominatim Status & Ordines Provinciæ
„ Tranſiſalaniæ hiſce benevole ac benigne requirimus, ut ad
„ implorationem ſæpe dicti Ordinis Teutonici eidem omne

„ juris

Digitized by Google

„ juris auxilium præbeatis, quo in detentorum ejuſmodi bo-
„ norum à ſupra memorato Commendatore *Gisberto de Berge*n
„ derivantium poſſeſſionem immittatur, ſicque ſententia Cæſa-
„ rea plenum ſuum conſequatur effectum. Facturi eſtis in eo
„ rem juri ac juſtitiæ conſentaneam, æquanimitateque ac veſ-
„ tro in nos affectu dignam, nobiſque pergratam, ac Cæſa-
„ reæ noſtræ benevolentiæ ac gratiæ officiis per occaſionem
„ viciſſim agnoſcendam. Datum in civitate noſtra Vienna die
„ XXIII. menſis Octobris, Ann. CIↃ. DC. LXXIV. Regnorum
„ noſtrorum Romani XVII. Hungarici XX. Bohemici vero XIX.
„ Onder ſtont: *Leopoldus* aureis literis, ut & *Leopoldus Guil-*
„ *lelmus* Comes in *Kunigſegg*. Ad mandatum ſacræ Cæſareæ
„ majeſtatis proprium. *Chriſtoph. Bever.*

Habuit inſtrumentum hoc originale & authenticum & ſcriptum in membrana, cujus apographum dein mihi communicavit, vir humaniſſimus, & patriæ antiquitatum feliciſſimus indagator, non ita pridem defunctus, *Bernh. Leſpierre* Advocatus Daventrienſis. Sed inſtanter admodum cum id peteret *Balthaſaris* filius natu maximus, dono tandem id ipſi dedit, gratiſſimum munus, grato ſemper animo, quamdiu vixit, ab eo agnitum. Acceptum autem mox in fruſta conſcidit. Obiit is ante annos aliquot. Soror nupta erat nobili Friſio *Taconi Glins* antehac apud Friſios juris Anteceſſori, cujus paſſim adhuc extat commentarius de *Mora*.

XVI. Cum autem apud Salios de bonis Eccleſiaſticis ſæpius quæſtio moveretur, nec hactenus ipſi inter ſe Ordines, quid de iis ſtatuendum, aliis aliud cenſentibus, eſſent ſatis concordes, generalis tandem prodiit eorundem Conſtitutio Ann. 1663. qua de clauſtris nobilibus *Hunnepe*, *Werſelo*, & *Swartewater*, de clauſtris quæ Aldenzaliæ, & Præpoſitura, quæ ibidem, eorumque facultatibus & reditibus annuis plena equeſtri Ordini diſpoſitio conceſſa, de Præfectura etiam Othmarſenſi, & pecuniis proventuris ex annui reditus redemptione bis mille & centum florenorum, de qua ſtatim modo dictum. Notabilis Conſtitutio eſt, & digna, quæ inſeratur hic. Suppeditavit, quem dixi, idem vir doctiſſimus Bernhardus Leſpierre Advocatus Daventrienſis. Ita autem ſe habet:

Alſo door ordre van Ridderſchap en Steden de Staten van Overyſſel verſcheyden conferentien tuſſchen wederſyts Gecommitteerden van

Digitized by Google

tyt tot tyt ſyn aengeſtelt geweeſt om eenmael een ſortabel middel van accommodement uyt te vinden omtrent ende over de differenten, dewelcke nu ſo vele jaren herwaerts tuſſchen welgemelte Ridderſchap en Steden van Overyſſel over ende ter cauſe van de Geeſtelycke goederen aldaer gelegen, ** *om alſo voor te comen alle verdere inconvenienten ende verwyderinge, dewelcke in tyden ende wylen tot merckelicke ondienſt van welgemelte Provintie, ende de Leden van dien by continuatie van dien ſtonden te verryſen; ende dat t'elkens alle ſodane conferentien onvruchtbaer waren uytgevallen, ſonder dat daerinne eenichſints het voorſz gewenſchte ſalutaire oogmerck bereyckt heeft konnen werden, Soo iſt dat eyndelyck na vele moeyten ende verſchillen, hinc inde gedane voorſlagen door de Heeren* Baldewyn Jacob Mulert *van de* Leemkuyle *Gecommitteerde ter vergaderinge van haer Ho. Mog.* Arent Jurrien *van* Haerſolte *tot* Oldenhaer, *ende* Steven Gerbrant *van* Rhemen *tot* Remenshuyſen, *als Gecommitteerden uit de Ridderſchap van Overyſſel ter eenre, ende de Heeren* Joan Sticke J. U. D. Sybert van Boeckholt, *ende* Hentick Nilant J. U. D. *Borgemeeſters der Stadt* Deventer, Joan Eeckholt, *ende* Roelof van Langen, *Gecommitteerde ter vergaderinge van haer Ho. Mo. Burgemeeſters der Stadt Campen*, Peter van Putten, *ende* Werner Crans *Ontfanger van* Sallant, *Burgemeeſters der Stadt* Zwolle, *als Gecommitteerde van de reſpective Steden* Deventer, Campen, *ende* Zwolle *ter andere ſyden, alle deſe verſchillen ende differenten, rakende de bovengeroerde geeſtelycke goederen op behagen van wederſyts Heeren Committenten ende Principalen in alle vriendelicheyt ende minne veraccordeert ende vergeleecken ſyn in manieren als volgt:*

** Supple *badden gedaurt;* aut ſimile quid.

Eerſtelyck dat tot voordeel van de Provinciale Comptoiren ende gemeine diſpoſitie van Ridderſchap ende Steden de Staten van Overyſel ſullen verblyven alle ſodane geeſtelycke goederen, als by de Provintie int gemeen ten huydigen dage genoten ende geprofiteert worden.

Ten tweeden dat de Heeren van de Ridderſchap tot haren byſonderen nut ende privative abſolute diſpoſitie, erflick ende eygendomlick ſo voor haer als voor hare nacomelingen ſullen hebben, houden, ende bekomen de adelicke goederen ende Stiften van der Hunnepe, Werſeloe, *ende* Swartewater, *beneffens de uytgifte ofte redemptie penningen uyt de goederen behoort hebbende tot de Commandeurye van* Oetmarſen, *voorts de cloofteren van* Oldenzeel *ende* Almelo, *mits dat de Heere* Zeger van Itterſum *voor ſyn leven langh int genot van dien werde gecontinueert.* Ge-

Digitized by Google

Gelyck oock het Capittel van Oldenſeel, *ende eyndelyck alle de Vicaryen van* Olderzeel, *ende tot de voerſz andere* Corpora *gehorende, ende ſulcks met alle de goederen van wat nature ende conditie die mogen ſyn ofte bevonden worden, als oock met alle hare appendentien ende dependentien olde ende nye, recht ende gerechtigheden, en in ſpecie met de* jura patronatus *binnen de Provintie reſpectivelick totte opgemelte adelicke, ende geeſtelicke goederen, Stiften, Clooſteren, Prooſtyen, Capittel, ende Vicaryen, eenigſints gehorende. Edoch met dien bedinge ende nabeſcheydene conditien, dat de Heeren van de Ridderſchap tot haren laſte ſullen nemen de* 250. *Caroli guld. jaerlicx, dewelcke de Heeren Staten van Overyſſel t' ſedert eenige jaren herwaerts tot ſupplement van het tractement van den tweeden Predicant tot* Oldenzeel *hebben doen betalen, boven dat haer Ed. uyt deſelve goederen ſullen continueren te betalen de ordinaris tractementen aen Predicanten, ſo en als tot hier toe daer uit is geſchiet, mits dat de Heeren van de Ridderſchap ſullen blyven gauderen, ende gemainteneert worden by het accoort tuſſchen haer ende de Stadt van* Oldenzeel, *over de diſpoſitie ende genot van ſekere Vicarye ten dien reſpecte voor deſen opgerecht.*

Dat oock het ordinaris onderholt voor de reparatie van de kercke tot Oldenzeel *by de Heeren van de Ridderſchap ſal worden verſorgt, voor ſo veel het Capittel van olts daer toe geholden is geweeſt.*

Ende eyndelick dat de Heeren van de Ritterſchap de Rentampten van de hier bovengenoemde adelycke ende geeſtelycke goederen aen niemant anders, als aen een Borger uit de drie Steden, als Deventer, Campen, *ende* Zwolle, *ſullen confereren; edoch op ſodane tractementen ende inſtructien, als by welgemelte Ridderſchap daer over van tyt tot tyt geſtelt ende gemaeckt ſullen worden.*

Ten derden dat de Heeren van de Steden Deventer, Campen, *ende* Zwolle, *tot haren reſpectiven beſonderen nut, ende privative, abſolute diſpoſitie erflyck ende eygendomlick, ſo voor haer als hare reſpective nacomelingen ſullen hebben ende holden alle ſodane geeſtelycke goederen ende clooſteren, als een ieder van deſelve jegenwoordich poſſideren met alle appendentien ende dependentien, oude ende niewe gerechtigheden daer toe ſpecterende.*

Dat oock de meergemelte Steden t' ſamentlicken ende te gelycke tot haer gemeene nut ende diſpoſitie al mede eygendomelicke ſullen hebben, holden, ende bekomen de Proeſtye van St. Lebuini *kercke binnen* Deven-

Digitized by Google

Deventer, *wordende jegenwoordich door de Heere* Bernhard Bentinck *genoten ende gepoſſideert, met alle appendentien ende dependentien, olde ende nye erf ende gerechticheden tot deſelve gehorende, ende ſulcks wanneer deſelve ſal komen te vaceren.*

Waer en boven dan noch de Heeren van de Ridderſchap aen de Heeren van de voornoemde drie Steden ſullen hebben uit te keeren jaerlix aen ider der ſelver 300. *Car. guldens, So dan nochtans dat het eerſte jaer daer van eerſt ſal comen te vervallen op Martini* 1666. *Sullende haer Edd. deſen onvermindert vry ſtaen deſe* 300. *gul. jaerlix tegen vyf ten hondert t' Capitael te mogen aſloſſen. Ende ſullen de voorſz Geeſtelycke goederen hier voor allen ende ider ſpecialyck ſyn ende blyven gehypotbequeert.*

Waer mede alle de voorſz gementioneerde verſchillen ende differenten voor getermineert, geaccordeert, ende afgedaen ſullen worden geholden, ende blyven, ſonder dat de Heeren van de Ridderſchap van Overyſſel enich recht ofte actie voortaen ſullen hebben, ofte beholden op de goederen ende den aenkleve van dien, dewelcke aen de Steden Deventer, Campen, *ende* Zwolle, *t' ſy int particulier ofte generael by deſen verdrage ſyn toegelooft, noch oock de Heeren van de gemelte Steden eenich recht ofte actie reſerveren op dit goederen ende aenkleve van dien, dewelcke van gelycken by deſen verdrage de Heeren van de Ridderſchap van* Overyſſel *ſyn toegedeylt ende veraccordeert, Waer van baer Ed. Mog. ten wederſyden ſo voor haer als hare nacomelingen ten vollen ende expreſſelick by deſen doen renuntieren.*

Belovende vorders ter goeder trouwen, ſo wel de Heeren van de Ridderſchap, als van de Steden Deventer, Campen, *ende* Swol *niet alleene, dat deſelve malkanderen met hare particuliere middelen, ende oock, ſo nodig, met d'auctoriteyt, recht, ende macht van de Staten van de Provintie van* Overyſſel *ſullen doen aſſiſteren, maintineren, ſtyven ende ſtercken, om te mogen hebben, holden, ende bekomen de geruſte eygendomelicke poſſeſſie van opgemelte wederſyts toegelegte goederen, recht, ende gerechticheden van dien, maer oock dat deſelve malkanderen wegens het voor verhandelde ende t' geene daer uyt ſoude mogen comen te reſulteren, ſullen guaranderen ende indemniſeren.*

Wyders is verſproken ende by de reſpective Gecommitteerden aengenomen, om op den 17. *Decemb. eerſtvolgende albier binnen* Zwolle *weder inne te komen, om de Ratificatie ende aggreatie over dit ver-*

Digitized by Google

verhandelde van wederſyts Heeren Committenten in te brengen, ende uyt te wiſſelen.

Daer van alſdan brieven in forma tot wederſyts verſekeringe opgemaeckt, vertekent ende verſegelt, ende ten Regiſtere van de Staten van Overyſſel geinterineert ſullen worden. Alles ſonder arch ofte liſt. Ten enen oirconde ſyn hier van eenige inſtrumenten by proviſie gemaeckt, dewelcke op ordre van bovengemelte Heeren Gecommitteerden ende beboef van de Heeren hare Principalen door den Greffier ende de reſpective Secretariſen van de Steden Deventer, Campen, *ende* Swol *ſyn getekent. Aldus gedaen binnen* Swol *den* 19. *Novemb.* 1663. *Onder ſtont Roelinck, Rouſe Secret. R. v. Breda Secret. Joannes Holt Secret.*

XVII. Cæterum Georgius, cujus memini paulo ſupra, Georgius Hundt fuit de Wincker, Wolfgangi ſucceſſor, ut Wolfgangus Walteri. Patet ex Catalogo ſummorum Ordinis Præfectorum, in quo & annus & dies, quo quiſque & creatus, & rurſum fato dein functus. Sed cujus hic momenti, & an nulla ex parte fallat circa diem obituum, ſi collatio fiat cum iis, quæ Anonymus habet ſupra, alia eſt rurſum quæſtio. Ita edo, ut reperi.

Nomina Generalium ſeu Magiſtrorum Supremorum Ordinis Teutonici cum accurata annotatione temporis, quo creati, & quo eſſe deſierunt.

	Creati.	*Mortui.*	
1. *Henricus Walpot de Paffenheim obiit in obſidione Accone nſi.*	1190.	1200.	24. *Octobr.*
2. *Otto à Karpen octogenarius.*	1200.	1206.	2. *Junii.*
3. *Herman Bart aut Herman de Bard.*	1206.	1211.	20. *Mart.*
4. *Herman de Salza.*	1211.	1240.	24. *Iunii.*
5. *Conradus Landgravius.*	1240.	1253.	24. *Julii.*
6. *Poppo de Oſternaw reſignavit Ann.* 1261.	1250.	1264.	8. *Iulii.*
7. *Hanno de Sangerhauſen.*	1261.	1275.	
8. *Hartman Comes de Heldrungen.*	1275.	1283.	19. *Aug.*
9. *Burchardus à Swenden.*	1283.	1290.	

Digitized by Google

	Creati.	Mortui.	
10. *Conradus à Vuchtwangen.*	1290.	1297.	
11. *Gotfridus Comes de Hohenlo. N. Hic incipiunt auctores dissidere. Secundum alios.*	1297.	1305.	*Marpurg.*
		1309.	
12. *Sifridus de Vuchtwangen, qui primus in Prussia habitavit.*	1307.	1309.	5. *Mart.*
Secundum alios	1311.		
13. *Carolus Beffart de Treveris.*	1309.	1322.	
Secund. al.	1312.	1324.	
14. *Wernerus de Orselen.*	1322.	1325.	
Secund. al.	1325.	1330.	
15. *Ludolphus Dux Brunsvicensis.*	1325.	1329.	
Secundum alios.	1331.	1335.	
16. *Ditrich Comes de Oldenburch.*	1329.	1339.	
Secundum alios.	1335.	1341.	
17. *Rudolphus Dux Saxoniæ aliis Ludolphus Konig, Dominus de Weitzaw, mente captus Ann.* 1345.	1339.	1346.	
Secundum alios.	1342.		
18. *Henricus Deesmer de Fryberg. Resignavit Ann.* 1348.	1342.	1351.	
Secundum alios.	1345.		
19. *Winrich à Kniprode.*	1348.	1379.	
Secundum alios.	1351.	1382.	
20. *Conradus Zollner de Rottenstein.*	1379.	1388.	
Secundum alios.	1382.	1390.	
21. *Conradus de Wallenrodt vulgo der Pfaffen feindt.*	1388.	1394.	
Secundum alios.	1391.		
22. *Conradus de Jungingen.*	1395.	1407.	30. *April.*
23. *Ulricus de Jungingen occisus prælio infeliciter apud Tonnenberge.*	1407.	1410.	15. *Jul.*
24. *Henricus Reus Comes de Plauwen ab officio dejectus.*	1410.	1413.	
			25. *Michael.*

Digitized by Google

		Creati.	Mortui.	
25.	*Michael Kuchmeiſter de Sternberg.*	1410.	1419.	
	Secundum alios.	1413.	1422.	
26.	*Paulus Bellizzer de Ruſdorff.*	1419.	1438.	
	Secundum alios.	1422.	1440.	
	N. B. Hic ponitur vices gerens Eberhardus à Sensheim.			
27.	*Conradus de Erlicshauſen.*	1438.	1450.	
	Secundum alios.	1441.	1449.	
28.	*Ludovicus de Erlicshauſen.*	1450.	1467.	
29.	*Henricus Reus Comes Plavenſis.*	1467.	1470.	2. *Januar.*
30.	*Henricus Reſſle Comes de Richtenberg.*	1470.	1477.	
31.	*Martinus Truchſes de Wetshauſen.*	1477.	1489.	5. *Januar.*
32.	*Joannes de Tieffen ex Helvetia.*	1489.	1497.	
33.	*Fridericus Dux Saxoniæ.*	1498.	1510.	12. *Decemb.*
34.	*Albertus Marchio Brandeburgicus. Defecit ab ordine Ann.* 1525.	1511.		
35.	*Walterus à Cronberg.*	1527.	1543.	4. *Aprilis.*
36.	*Wolfgang Schutzbar dictus Melchling.*	1543.	1566.	11. *Febr.*
37.	*Georgius Hundt de Wencker.*	1566.	1572.	17. *Jun.*
38.	*Henricus de Bobenhauſen.* 1584. *reſignavit.* ——	1572.	——	6. *Auguſt.*
39.	*Maximilianus Archidux Auſtriæ.*	1584.	1618.	2. *Novemb.*
40.	*Carolus Archidux Auſtriæ.*	1618.	1624.	28. *Decemb.*
41.	*Euſtachius à Weſternach.*	1625.	19. *Mart.*	1627. 25. *Octobr.*
42.	*Jo. Caſparus de Stadian. præſentat. Beatæ Mariæ Virginis.*	1627	30. *Decembr.*	1641. *feſto*
43.	*Archidux Leopoldus.*	1624.	4. *Maji*	1662. 20. *Novemb.*

44. *Ann.* 1662. 5. *Junii in Capitulo generali propoſitus fuit Carolus*

Digitized by Google

rolus Joſephus Archidux Auſtriæ futurus ſucceſſor patrui ſub hac conditione, ut ſi Sereniſſimus Archidux Leopoldus moreretur, dum Carolus adhuc minorennis eſſet, condirectores forent Auguſtus Oſwaldus de Lichtenſtein, Jo. Caſpar ab Ampzingen, Emundus Godefridus Baro de Bocholtz. At ipſe Carolus minorennis obiit. Ann. 1644.

45. *Ordinis totius ſupremus Magiſter lectus eſt per majora D D. Capitularium Jo. Caſparus ab Ampzingen, quem Deus diu ſoſpitet, Amen.*

XVIII. Et hæc quidem hactenus: Quod porro ad Duces Pruſſiæ: *Alberto*, qui fuit primus, & quem *Carolus* etiam V. Ducem tandem agnovit, dum pactis cum Duce initis Ann. 1544. nominatim eum ut Ducem Pruſſiæ paſſus eſt comprehendi, Leibn. *Cod. jur. gent. part.* 2. *diplom.* 43. Ubi obiit, ſucceſſit filius *Albertus Fredericus*, ut & ſupra jam dictum, eique patruelis *Georgius Fredericus*. Quo ſimiliter extincto quum defeciſſet, cum qua tranſactum, Domus Onolsbacenſis, nec ex hac qui ſuccederet, ſupereſſet jam quisquam, & hinc vi tranſactionis inter Regem & *Albertum*, deberet Ducatus Pruſſiæ ad Polonum reverti, familiæ Electorali jus ſuccedendi in Ducatum novo rurſum pacto in hunc caſum obtinuit Joachimus II. Elector Brandeburgicus. Et ſic *Georgio Frederico*, cum prolem non haberet, ſucceſſit vi hujus pacti *Joannes Sigiſmundus*, cujus obitum *Baudartius* ponit ad initium Ann. 1620. *lib.* 12. *hiſt. in fin.* Et hic ipſe eſt Sigiſmundus, qui ſucceſſorem habuit filium Georgium Wilhelmum, & qui anno obitum præcedente ab Ordinibus fœderatis, rogatus ſerio & inſtanter, ut ad Synodum Nationalem, quæ Dordraci inſtituta, aliorum mitteret exemplo eruditos aliquot Theologos, per Georgium Wilhelmum filium excuſavit ſe dicens, duos ad id ipſum jam deſtinatos Theologos, Theologiæ Profeſſores Francofurti ad Oderam, alterum autem, qui præcipuus, graviter ægrotare, nec in ſuis provinciis, quod reformatio eſſet recens, reperiri peritiorem, cui tantam rem crederet, alterum aliter impeditum, tranſmiſſis nihilominus ad ſe Synodi Decretis verbo Dei convenienter & fidei factis Reformatæ ſe & ſuos etiam ſubſcripturos. Initium literarum, prout apud Baudartium *lib.* 10. *hiſt. Hoge Mogende Heren ſeer beminde vrienden ende gebueren.*

Niet

Digitized by Google

Niet ſonder gewichtige oorſake hebben wy uwe H. M. niet willen verbergen, hoe dat ſo haeſt als in den aenvanck van de maent October laetſtleden na den nieuwen ſtyl aen den Doorluchtichſten onſen ſeer beminden Heere ende Vader den Churvorſt van Brandenburch, Hertoch van Pruyſſen, Gulick, Cleve, ende t' lant van den Bergh, uwer H. M. ſchryven int Hertochdom van Pruyſſen was gecomen van eenige Theologen door zyne Hoocheyt tot den byeengeroepen Dordrechtſen Synodum te ſenden, dat zyne Hoogheyt terſtont de Eerweerdige, wel geleerde, onſe lieve ende getrouwe, D. Chriſtophorum Pelargum, ende Johannem Bergium Doctoren der heylige Theologie, beyde Superintendenten der Kercken, ende Predickers des Godlicken woorts in de Gemeynte tot Francfoort aen den Oder, beyde Profeſſoren in de Academie der ſelver plaetſe, gedeputeert heeft, ende door brieven haer te verſtaen gegheven ſich tot deſe reyſe te bereyden, ende ter behoorlycke ende geſette tyt op den wech ſich te begeven, om ſich in de Synode die binnen Dordrecht gehouden ſal worden te laten vinden, maer ſy alſo buyten verwachten haer eenige dingen waren voorgekomen, ende inſonderheyt de kranckheyt van D. Doctor Pelargus, op welcken voornamelyck vermits ſynen ouderdom ende ervarentheyt aller dingen acht is genomen &c. Gegheven tot Colen op de Spree den 10. Januar. 1519. Was onderteeckent: Door Gods genade Georgius Wilhelmus Marckgrave van Brandenburch, Hertoch van Pruyſſen, Gulick, Cleve, ende t' lant van den Bergh.

Poſtquam obiit Sigiſmundus, *Georgius* filius ſucceſſit, qui ſorore *Frederici* Electoris Palatini & Regis Bohemiæ aſſumpta in matrimonium à Polono de Pruſſia, nequicquam contra proteſtante Pontificis Romani Nuncio ſolenni ritu eſt inveſtitus Varſaviæ *Ann.* 1621. 23. *Septem.* ab ipſo primum Rege, qui eques obviam ei ierat, receptus admodum honorifice, & magno procerum comitatu deductus Varſaviam. Baudart. *lib.* 13. *hiſt. pag.* 105. *& ſeq.* Confecit eum hydrops, quæ jam diu eum afflixerat, in fine Ann. 1640. cum annorum tantum eſſet quinque & quadraginta. Aitzema *lib.* 20. *hiſt. p.* 726. Filium hic unicum habuit ſucceſſorem *Fredericum Wilhelmum*, qui & feliciter rem rexit, & imperium multum auxit, ut cui in Pruſſia belli Suecici occaſione ſummum obtulit imperium Joannes Caſimirus Poloniæ Rex. Puffendorf *lib.* 5. *de reb. geſt. Fred. n.°* 61. Loquor ſcilicet de Ducatu, de quo Varſaviæ ab

Digitized by Google

eodem consueto ritu investitus Ann. 1641. initio Octobr. Oblatio quidem tum inefficax, quod mox Sueci se moverent, verum Ann. 1655. exorto rursum bello, cum uterque expeteret amicitiam & bello societatem & Polonus & Suecus, divelli aliter à Suecis Fridericus non potuit, quam si nexu juramenti, quo Polono obstrictus, solveretur à Polono, & summum deinceps acciperet remisso omni homagio in Ducatum imperium. Idem *lib.* 6. *hist. n.* 73. *& seqq.* Eo etiam felicior, quòd Ordinibus fœderatis circumventis bello Gallico, quod superiore seculo illatum iis atrox, urbes liberas impetraverit, quas habebant iidem Ordines obligatas in Clivia. Duplex ei matrimonium: prius cum Ludovica Auriaca Frederici Henrici Principis Arausionensis filia primogenita, ducta Hagæ Comitis *Ann.* 1646. 23. *Novemb.* ibidem etiam conscriptis, quibus præsens aderat Elector, ut & Ordinum delegati, pactis dotalibus. Aitzem. *lib.* 26. *hist.* Ex hac unica tantum filia, masculi autem sex, inter quos & Fredericus, qui jam rerum potitur. Puffendorf *lib.* 19. *in fin.* Alterum cum Philippa Dorothea, Philippi filia Ducis Holsatiæ, quam duxit Ann. 1668. post extinctam priori anno 8. Julii Ludovicam. Aitzem. *lib.* 47. Puffendorf. *lib.* 2. *hist. n.* 71. *& lib.* 19. *n.* 103. In lucem editus Ann. 1610. 6. Febr. Coloniæ ad Spream obiit Potzdami Ann. 1618. 29. April. annorum octo & sexaginta. Puffend. *eod. lib.* 19. *in fin.*

Successit filius Fredericus, qui Ducatum tandem, quem habebat jam liberum, nec ulli obnoxium clientelæ, volente ita Cæsare mutavit in Regnum, Rex solenniter coronatus Ann. 1701. nequicquam se opponentibus Papa & Ordine Teutonico, qui quum ad eos non spectaret res spreti hic & flocci facti.

ANTO-

Digitized by Google

ANTONII MATTHÆI

L I B E L L U S

D E V I T I S

PRÆFECTORUM

TRAJECTENSIUM

CUM EJUSDEM OBSERVATIONIBUS

Digitized by Google

PRÆFECTI ULTRAJECTINI.

Dit ſyn die

LANTCOMMANDEURS

van der BALYE van

U T R E C H T,

Hoe lange dat elck geregeert heeft, ende in wat jaer dat elck begonde te regeeren.

I. HEer *Antonis* van *Lederſake* van *Prinsbagen* (1) was de eerſte Lantcommandeur vander *Balye* van Utrecht xxxv. jaer lanck. Hy was een eerbaer en deuchdelick Heer. Hy timmerden by Utrecht aen die Weſtſyde van der Stadt dat eerſte huys ende Convent van der Duytſche Oorden van

(1) Non obſcure hinc poteſt colligi, quod ſi præfuit tot annos primus hic *Commendator*, obiit autem anno 1266. ut eſt infr. *Tabul.* 1. Præfectura Trajectenſis initium jam habuit circa Ann. 1230. mox ſcilicet poſtquam equites Pruſſiam ingreſſi. Hi enim ingreſſi eam Ann. 1226. ut habet Hartknoch ad *Petr. de Dusburg. Chron. Pruſſ. part.* 3. Certe mentio jam domus Teutonicæ, & donationis, quæ ei facta, prædiorum aliquot extra urbem ad occidentem ſitorum, ubi haud dubie jam extrui domus cœpta, Ann. 1231. Sic in domus Archivis: *In den tyden dat Gregorius de* IX. *Paus, ende Fredericus die anderde Keyſer was, ende Otto broeder tot Hollant Biſſcop t' Utrecht was, ende Graef Florens de* IV. *Grave van Hollant, ende Heer Coenraet Lantgrave tot Doringen die* v. *Hoochmeyſter was van den Duytſchen Oerden, ende Heer Bodo Grave van Hoenloch die eerſte Meyſter van den Duytſchen lande was, in deſen tyden ſo was een vroom eerſaem Ridder gebeten Heer Sweder van Ringenberch, ende had een ſchoon ſlot ende vry Heerlicheyt van dorpen daerom gelegen in den*

Digitized by Google

lande van Cleve, en omtrent Weſel, ende badde te wyve Heer Swe-ders dochter van Wiltenburch Ridder. Ende deſe Heer van Ringenberch badde veel goeden ende erven liggen buyten der Stadt van Utrecht aen de Weſtſyde van der Stadt, ende een ſchoone Hofſtede, ende deſen Heer gaf den Duytſchen huyſe voerſz alle ſyn goet, dat hy badde liggende by der Stadt van Utrecht, ende ſyn Vrouwe mede int jaer CIↃ. CC. XXXI. Extra urbem ergo olim. Charta Ann. 1255. *Commendator & Fratres domus Theutonicorum apud muros Trajectenſes univerſis præſentia viſuris vel audituris notum eſſe volumus &c.* Extra muros Trajectenſes. Charta Ann. 1306. *Univerſis hæc viſuris Commendator & Fratres domus Theutonicorum extra muros Trajectenſes commorantes ſalutem &c.* Juxta Trajectum in charta Ann. 1280 *recepi jure homagii à religioſis viris Commendatore & Fratribus Beatæ Mariæ domus Theutonicorum juxta Trajectum &c.* E regione eccleſiæ S. Gertrudis. Charta Ann. 1245. *quod Fratribus domus Teutonicæ prope eccleſiam S. Gertrudis extra muros Trajectenſes vendidimus quendam manſum jacentem &c.* Et hæc, quæ extra muros, vetus Fratrum fuit aula, cujus ſæpe hic fit mentio, ut vel ſtatim ** in pr. *ten alden Duytſchen huyſe.* Deſtructa hac ab Hollandis, cum obſideret urbem, maxime ad occidentem, Wilhelmus Comes IV. aream Ordo intra urbem comparavit, quam clero conſentiente iis vendidit Johannes IV. Epiſcopus, & novam ædificandi ibi licentiam conceſſit. Et hæc ipſa eſt, quæ hodie adhuc extat, ſita ad occidentem in vico de *Springwech*, è veteris regione. Meminit Buchel. ad Hed. p. 251. Meminit chartæ etiam Epiſcopalis, ſed chartam ipſam non profert. Deſcripſi olim integram, & hic addam, ne pereat. Ita autem ſe habet:

** Infra p. 864. init.

„ In nomine Domini Amen. *Johannes* Dei gratia Epiſcopus „ Trajectenſis ad perpetuam rei memoriam. Pateat univerſis, „ quod cum domus hoſpitalis Beatæ Mariæ Teutonicorum olim „ juxta muros Trajectenſes cum Eccleſia & officinis ejuſdem de„ ſtructa & penitus diſſipata noſcatur, nec propter certas & ratio„ nabiles cauſas nobis & ſucceſſoribus noſtris, & civitati noſtræ „ Trajectenſi, ac Provinciali & Fratribus dicti Conventus expedi„ ret, immo periculoſum foret, ſi dicta domus reſtauraretur ibi„ dem, nos ad honorem Dei, Sanctæ Crucis, & Beatæ Mariæ „ prædictæ, deliberatione à dilectis nobis Præpoſitis, Prælatis, „ & Capitulis, majoris, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Jo„ hannis, & Sanctæ Mariæ Eccleſiarum Trajectenſium ſuper hac „ præhabita diligenti, & de conſenſu earundem unanimi, Provin„ ciali & Fratribus dictæ domus pro certa pecuniæ quantitate no„ bis perſoluta, & in uſus menſæ noſtræ Epiſcopalis converſa „ vendidimus, & occaſione hujuſmodi venditionis dedimus, & tra„ didimus prædium ſive aream, olim ad dictam menſam noſtram „ Epiſcopalem pertinens ſive pertinentem, ſitum ſeu ſitam in ei„ vitate Trajectenſi prædicta, in loco dicto *Sprinckwyck* inter viam

„ ſive

Digitized by Google

„ ſive ſtigam Capituli Eccleſiæ Sanctæ Mariæ prædictæ ex parte
„ una, nec non aream Johannis de Lanſcroon civis Trajectenſis
„ ex altera, cum ædificiis, arboribus, viis, & acceſſibus, perti-
„ nentiiſque univerſis, dedimuſque ei poſſeſſionem vacuam ea-
„ rundem, prout olim ad dictam menſam Epiſcopalem pertinebat,
„ ad finem, ut Provincialis & fratres prædicti de licentia & con-
„ ſenſu noſtro, quam & quem ex nunc ſuper hoc per præſentes
„ impertimur eiſdem, in eodem prædio Eccleſiam, capellam, ſeu
„ oratorium, & officinas pro conventu neceſſarias, cum eis pla-
„ cuerit, conſtruendi, cœmiteriumque & ſepulturam liberam,
„ cymbala ac campanas habendi, ſalvo jure Eccleſiarum, à qui-
„ bus ſepelienda ibidem corpora aſſumuntur, miſſarum, & aliorum
„ divinorum officia celebrandi, omniaque & ſingula exercendi ſine
„ præjudicio parochialis Eccleſiæ, quæ ad religioſos hujuſmodi
„ pertinere noſcuntur, de conſuetudine, privilegio, vel de jure,
„ expeditam habeant facultatem, noſque in quantum ad nos jure
„ ordinario pertinere dinoſcitur, Conventui dictæ domus, ut
„ prædicitur, deſtructæ, cum ſuis privilegiis, libertatibus, ac per-
„ tinentiis, transferimus ad prædium ſupradictum. In quorum
„ teſtimonium nos Johannes Epiſcopus ſigillum noſtrum una cum
„ ſigillis Eccleſiarum prædictarum præſentibus literis duximus ap-
„ ponendum. Et nos Prælati & Capitula prædicta ſigilla Eccleſia-
„ rum noſtrarum prædictarum præſentibus literis duximus appo-
„ nenda in teſtimonium præmiſſorum. Datum anno nativitatis
„ Domini CIↃ. CCC. XLVI. menſis Auguſti die ultima.

Favor equitum olim ingens. Cum cœpit ordo in diœceſi, & extra urbem mox cœpit manſio, factis ſtatim donationibus peccatorum remediis, ut paſſim tum credebant, profuſa in eos liberalitas. Ex vetuſtiſſimis etiam hæc eſt:

„ *Otto* Dei gratia Trajectenſis Electus univerſis præſentium lite-
„ rarum inſpectoribus Salutem in Dno. Præſenti ſcripto duximus
„ proteſtari, quod dilecti in Chriſto Fratres domus Teutonicæ de
„ *Trajecto* manſum, qui jacet ultra Rhenum prope Trajectum, qui
„ quondam ad noſtram Eccleſiam Trajectenſem pertinebat, quem
„ vendidit eis *Hermannus* * *antiquus Miles*, de manu noſtra & de
„ manibus Burgenſium, caſtri noſtri de *Horſt* hominum, rationa-
„ biliter receperunt, ſic ut eundem manſum libere & perpetuo in
„ ſuos uſus habeant. Et hoc per ſententiam ipſorum hominum
„ caſtri noſtri requiſitam rite firmatum, & coram nobis eſt ſtabili-
„ tum, quia nos de conſilio & conſenſu Prælatorum & miniſte-
„ rialium Eccleſiæ noſtræ, & prædictorum hominum caſtri noſtri
„ *Horſt*, eidem manſo renunciavimus. Ut autem ea quæ prædicta
„ ſunt, & coram nobis rationabiliter & per nos acta, tam à no-
„ bis quam à noſtris ſucceſſoribus rata & inviolabilia in perpetuum
„ permaneant, præſentes literas ſigilli noſtri munimine roboratas

* Oude ridder.

Digitized by Google

„ eiſdem Fratribus Teutonicæ in teſtimonium erogavimus. Præ-
„ ſentes autem huic rei interfuerunt dilecti noſtri Reimarus Præ-
„ poſitus Sancti Petri, Wolframmus Decanus Sancti Salvatoris
„ Trajectenſis, Magiſter Petrus Canonicus Xanctenſis, Alexander
„ Notarius, Gerardus de Dolre, & Bernardus filius ſuus, Philip-
„ pus de Rining, Funcho, Gerardus de Baldagh, Albertus de
„ Wulfin, Æmilius de Inſula, Egbertus de Gronirghe, Hugo de
„ Sloten, milites, fideles noſtri & alii quam plures. Actum apud
„ Horſt ann. Dni CIↃ. CC. triceſimo quinto, quarto decimo Ca-
„ lend. Junii.

Ejuſdem Ottonis alia eſt, quæ non diu poſt prodiit:

„ *Otto* Dei gratia Trajectenſis Electus omnibus præſentem pa-
„ ginam inſpecturis ſalutem in Domino. Notum eſſe volumus
„ præſentibus & futuris, quod nos domui Theutonicorum Sanctæ
„ Mariæ in Trajecto ob reverentiam domus ipſius & amorem
„ contulimus Eccleſiam in *Bornde* cum ſuis attinentiis ad nos ple-
„ no jure ſpectantem, quæ nunc heu à laicis & clericis heredita-
„ rio jure & contra Deum & Sanctos Canones poſſidetur, rece-
„ pta ſecuritate de annua penſione nobis ab ipſa domo in poſte-
„ rum perſolvenda in ea quantitate, qua nobis hactenus eſt ſoluta,
„ & ne huic facto aliquis malignandi animo valeat repugnare,
„ præſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborare.'
„ Mandamus igitur ſingulis & univerſis ſub pœna excommunica-
„ tionis diſtricte præcipientes, nequis prædictam domum in ſupra-
„ dicta Eccleſia ac ſuis attinentiis moleſtare præſumat. Damus
„ enim viro religioſo Abbati floridi Campi & Decano in Oſtergo
„ præſentibus literis in mandatis, quatinus contradictores, ſiqui
„ fuerint, per cenſuram Eccleſiaſticam compellant, contra ipſos,
„ quatenus de jure poterunt, proceſſuri. Datum Trajecti Anno
„ Dni MCC. quadrageſimo tertio. In aſſumptione Beatæ Mariæ.

Etiam ex vetuſtiſſimis eſt, qua datur jus patronatus Eccleſiæ de Leyden, quod Florentius dedit Comes V. charta Ann. 1258.

„ *Florentius* Comes Hollandiæ univerſis præſentes literas inſpe-
„ cturis vel audituris ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod
„ nos Commendatori & Fratribus domus Teutonicæ Trajectenſis
„ jus patronatus Eccleſiæ de *Leyden*, ſalvo per omnia jure, quod
„ oppidanis noſtris dictæ villæ competit, ſeu competere debeat
„ in eadem, quibus per hoc nolumus præjudicium generari, libera-
„ liter duximus conferendum, ita quod dictus Commendator &
„ Fratres ob remedium & ſalutem animarum cariſſimi patris noſtri,
„ Domini *Wilhelmi* quondam Regis Romanorum, nec non aliorum
„ prædeceſſorum noſtrorum dictam Eccleſiam de *Leyden*, magiſtro
„ Gerardo nunc Rectore ejuſdem cedente, vel decedente, per
„ duos presbyteros idoneos ſui ordinis vel ſecularium habitus jux-
„ ta privilegium oppidi de *Leyden* in perpetuum faciant obſervari.

„ Addentes

Digitized by Google

„ Addentes quod ſæpe dicti Commendator & Fratres in dicta pa-
„ rochia vel Eccleſia nulla bona ſive prædia in noſtrum vel oppi-
„ danorum præjudicium comparare valeant, niſi prius de noſtra
„ ſeu ſucceſſorum noſtrorum proceſſerit voluntate. Super quo iidem
„ Fratres ſuas nobis patentes literas exhibebunt. Datum anno
„ Domini CIↃ. CC. LVIII. feria ſexta ante diviſionem Apoſto-
„ lorum.

Facta etiam eidem eodem anno donatio à Suedero de Boſinchem, ſed ſub modo, ut ſequitur:

„ Ego *Suederus* miles de *Beuſekem* omnibus præſentia viſuris no-
„ tum eſſe cupio, quod Frater *Antonius* Præceptor ceterique Fra-
„ tres domus Theutonicorum Sanctæ Mariæ Trajectenſis bona,
„ quæ Frater *Bernardus* dictæ domus dictus Palcken per ſuſceptio-
„ nem præfatæ domus habitus in ſubſidium terræ Sanctæ dictæ
„ domui in elemoſinam aſſignavit, quæ per mortem Dni *Heliæ* mi-
„ litis de *Paris* patris dicti Fratris B. ex hereditate paterna ſucceſ-
„ ſerunt eidem, videlicet unam aream & dimidium manſum jacen-
„ tes apud *Paris*, alia quoque bona jacentia in palude, quæ dici-
„ tur *Paveye*, & dictum locum *Paris* mihi & heredibus meis jure
„ feudali habenda contulerit in hunc modum, ut cum Præceptor
„ Frater A. prænotatus vel alius qui pro tempore domus prælibatæ
„ Præceptor exſtiterit, dicta bona integraliter rehabenda re-
„ quiſivit, ego vel heredes mei ipſa bona ſine calumnia cujuſlibet,
„ dilationis ſeu impedimenti ſubtractionis reſtituemus eidem, &
„ tunc frater *A.* Præceptor, vel qui pro tempore Præceptor dictæ
„ domus fuerit, in dictorum bonorum recompenſationem areas,
„ quas dicta domus habet in *Veyno* proprias michi vel heredibus
„ meis jure feudali exhibebit perpetualiter poſſidendas. Et ut hæc
„ rata permaneant & inconvulſa, præſentem literam Dni *Henrici*
„ Dei gratia venerabilis in Chriſto Patris, Trajectenſis Epiſcopi,
„ & Decani majoris Eccleſiæ Trajectenſis ſigillorum munimine præ-
„ dictis Præceptori & Fratribus contuli roboratam. Datum &
„ actum Ann. Dni M. CC. quinquageſima octavo infra octavam
„ Penthecoſtes.

Etiam eo adhuc vivo heres ordo inſtitutus in ſubſidium terræ Sanctæ ab Hugone de Reno & Wendelmode ejus conjuge in omnibus ipſorum bonis, mobilibus & immobilibus, quæſitis & acquirendis Ann. 1263. Verum non diu poſt. Ann. 1267. marito Ordinem ingreſſo uxore id permittente, ultima hæc voluntate nonnihil mutata, dum rerum, quoad vixerit, ſibi recipit uſumfructum, de ipſo uſufructu promiſſis interim Ordini ſex libris quotannis. Chartarum tenor hujuſmodi:

„ Nos *Hugo* de *Reno* & *Wendelmodis* uxor noſtra omnibus præ-
„ ſentem literam inſpecturis notum eſſe cupimus, quod nos libera
„ voluntate noſtra & unanimi conſenſu Commendatorem & Fratres

Digitized by Google

„ domus Teuthonicæ Sanctæ Mariæ Trajectenſis, Priorem Præ-
„ dicatorum, Gardianum minorum fratrum Trajectenſium & noſtrum
„ Confeſſorem, elegimus in noſtros manufideles, aſſignando Com-
„ mendatori & Fratribus domus Teutonicæ prædictis, terras poſſeſ-
„ ſiones, domus noſtras, & omnia bona noſtra mobilia & immo-
„ bilia, quæ poſſidemus vel quæ poſſidebimus, & quæ nunc habe-
„ mus & habituri ſumus, ubicunque potuerunt inveniri, ut vide-
„ licet idem Commendator & Fratres domus Teuthonicæ jam di-
„ ctæ conſilio Prioris & Gardiani & confeſtoris prædictorum de
„ bonis noſtris poſt mortem noſtram ſecundum quod in vita noſtra
„ legabimus, ſingulis locis & perſonis ſpiritualibus, miſerabilibus,
„ ſeu conſanguinitate nobis junctis indigentibus, apud quos ele-
„ moſinæ pie collocentur infra annum obitus noſtri exhibeant vel
„ faciant exhiberi. Quæ vero de omnibus bonis noſtris dictis
„ Commendatori & Fratribus, ut dictum eſt aſſignatis de legatis
„ ſuperexcreverint, in ſubſidium terræ Sanctæ ad opus domus Teu-
„ thonicæ Trajectenſis volumus ut integraliter convertantur. Vo-
„ lumus etiam, quod poſt mortem unius noſtrum ſuperſtes conti-
„ nentiam ſeu caſtitatem perpetualiter obſervabit. Nihilominus li-
„ teris teſtamenti noſtri primo confectis in ſua firmitate de noſtro
„ communi conſenſu permanentibus & vigore. Et ſunt teſtes hujus
„ teſtamenti ſeu donationis noſtræ legitimæ frater *Wilhelmus* de *Brug-*
„ *ge* ordinis Minorum, *Hubertus* presbiter in *Reno*, *Hugo* presbi-
„ ter in *Wageninche*, *Albertus* presbiter, *Philippus* de *Runinge* mi-
„ les, *Helias* de *Wercunde*, & alii plures. In cujus rei teſtimonium
„ & perpetuum munimen præſentem literam ſigillis Venerabilis Pa-
„ tris noſtri *H.* Trajectenſis Epiſcopi, Prioris fratrum *Prædicato-*
„ *rum*, Gardiani *minorum* fratrum, & Commendatoris Trajecten-
„ ſis rogavimus & fecimus communiri. Datum Ann. Dni M. CC.
„ LX. tertio in feſto Beatæ Mariæ Magdalenæ.

„ Ego *Hugo* de *Renen* & ego *Wendelmodis* ejus uxor, quæ eidem
„ Hugoni dedi licentiam Ordinem Fratrum domus Theutonicæ in-
„ trandi, notum facimus omnibus præſentes literas viſuris & au-
„ dituris, quod nos pro noſtrarum & parentum noſtrorum anima-
„ rum remedio in Fratres domus Teutonicæ juxta *Trajectum* pro-
„ prietatem omnium bonorum noſtrorum immobilium in parochia
„ de Renen jacentium cum omnibus ſuis pertinentiis & ædificiis
„ tranſtulimus, uſufructu dictorum bonorum excepto, quem uſu-
„ fructum ego *Wendelmodis*, quoad vixero, libere habebo.
„ Item proprietatem bonorum noſtrorum jacentium in *Goye*,
„ de quibus viginti libræ Trajectenſium denariorum & viginti
„ quatuor modii avenæ annuatim proveniunt, in Fratres trans-
„ tulimus memoratos, in quibus bonis ſicut in aliis ſupradictis
„ ego *Wendelmodis* quoad vixero libere & plene uſumfructum ha-
„ bebo. Sed de dictis bonis in *Goye* jacentibus Commendator,

„ qui

Digitized by

van der (1) *Balye* van *Utrecht*, ende hy vercreech Sinte *Nicolaes* kercke t' Utrecht aen der *Oorden*. En by ſynre twe quam dat

„ qui pro tempore fuerit, & Fratres domus Theutonicæ centum
„ & quadraginta libras Trajectenſium denariorum locis religioſis &
„ perſonis, prout in teſtamento noſtro *Hugo* meus maritus & ego
„ diſpoſuimus, vel prout ego *Wendelmodis* adhuc diſponam, poſt
„ obitum noſtrorum amborum infra annum exſolvent. Præterea
„ quicquid de rebus mobilibus poſt mortem mei *Wendelmodis* ſu-
„ perfuerit ſolutis debitis, ſiquæ contraxero, integraliter cedet
„ Fratribus memoratis. Interim tamen quamdiu ego *Wendelmodis*
„ vixero rebus mobilibus prædictis tanquam propriis libere utar,
„ & de eis diſponere & ordinare potero, prout ſecundum Deum
„ meæ placuit voluntati. Præterea ne maritus meus prædictæ do-
„ mui oneroſus videatur, ego domui ipſi de proventibus mei uſus-
„ fructus ſex libras annuatim, quamdiu ipſe *Hugo* vixerit, exhibe-
„ bo. In hujus facti teſtimonium præſentes literas ſigillo Com-
„ mendatoris Fratrum Theutonicorum prædictorum, & ſigillo Prio-
„ ris fratrum Prædicatorum, & ſigillo Gardiani fratrum minorum
„ in Trajecto fecimus ſigillari, & nos *Commendator* & Fratres domus
„ Theutonicæ prædictæ ad ſolutionem prædictarum centum &
„ quadraginta librarum, prout ſuperius dictum eſt, literis præſen-
„ tibus nos obligamus. Datum anno Dni M. CC. LX. ſeptimo, in
„ vigilia Katerinæ.

Duo manſi etiam Ordini in parochia de Wercunden in uſum Ordinis venditi à Wilhelmo de Riſewic Ann. 1277. ut docet charta ejus anni:

„ Johannes Dei gratia Trajectenſis Epiſcopus &c. Quia ea,
„ quæ aguntur ab hominibus tractu temporis ab hominum memo-
„ ria dilabuntur, ideo neceſſe eſt acta humana ad perpetuam rei
„ memoriam teſtium præſentia & ſcripturarum certitudine perenna-
„ ri. Ideoque notum facimus univerſis, quod conſtitutus in noſtra
„ præſentia apud *Amerfoerde Wilhelmus de Riſewick* miles recogno-
„ vit ſe ſimpliciter & pure vendidiſſe viris religioſis Commendato-
„ ri & Fratribus domus Teutonicæ Trajectenſis duos manſos ter-
„ ræ arabilis jacentis in parochia de *Wercunde*, in loco, qui dici-
„ tur *Attenfelt* &c.

(1) Sub ſupremo Ordinis Teutonici Magiſtro alii adhuc tres Germaniæ, Livoniæ, & Boruſſiæ, qui & ſuos habebant ſinguli, qui provinciis præfecti, & iis dicto audientes, ut ſubjecti Teutonico Weſtphalicus, Trevirenſis, Bieſſenſis, Trajectenſis. Et hi *Lantcommandeurs*, Præfecti provinciales. Quibus rurſum ſubjecti alii, *Commandeurs* dicti ſimpliciter. Duodecim quibus præerat Præfectus Trajectenſis in Hollandia, in Gelria, in Diœceſi, in Friſia.

De

Digitized by Google

dat huys te *Dieren*, dat huys te *Middelborch*, dat huys te *Scalunen*, die kerck van *Maeſlant*, ende die kerck van *Valkenburch*, aen der *Oirden*, ende hy leyt begraven tot olden Duytſchen huyſe in Sint *Annen* kerck.

II. Heer *Seger* van der *Sluyſe* was den anderde Lantcommandeur XIII. jaer lanck. Hy was Heeren *Aernts* ſoen van der Sluyſe Ridder. Ende Heer *Aernt* was des Heeren jonger ſoon van *Heuſden*. Hy was ſeer wel geſien by Graef *Willem* van *Hollant*, ende was ſyn Raet. Ende by ſynre tyt quam dat huys te *Tiel*, dat buyten tot *Hemiert* ſtont, aen der *Oorden*. Oock by ſynre tyt quam die kerck van *Leyden*, ende die kerck van *Renen*, ende dat huys te *Bunne* aen der *Oorden*. Ende hy leyt begraven ten olden Duytſchen huyſe in Sinte *Annen* kercke.

III. Heer *Derick* van der *Horſt*, was die derde Lantcommandeur van der *Balye* van *Utrecht* vier jaer lanck. Hy was Heer *Hermans* ſoon van der *Horſt* Ridder. Hy was een deuchdelyck man, ende hy vermeerderden der Balyen goeden. Ende hy leyt begraven ten Olden duytſchen huys in Sint Annen kercke.

IV. Heer *Gyſebrecht* van den *Goye* was die vierde Lantcommandeur van der Balye van Utrecht drie jaer lanck. Hy was Heer *Giſebrechts* ſoone Grave van den *Goye*. Hy was een eerbaer man van eenen geeſtelycken leven. Hy leyt ten Olden duytſchen huyſe begraven in Sinte Annen kerck.

Filium hic reliquit Walterum de Goye famulum, cujus meminit charta. Ann. 1271.

V. Heer

De quibus dixi, quod ſufficit 2. *Fundat. cap.* 19. Quod autem ** inter eas & Othmarſenſem ibi retuli, neſcio an ſatis recte. Nam Othmarſenſis jus controverſum inter Weſtphalum & Trajectenſem. A Supremo autem Magiſtro, cujus ſententiam elaudavit etiam Teutonicus, pro Weſtphalo res deciſa, Tilenſi, de qua itidem jam diſputatum, viciſſim data Trajectenſi, ut latius probavi ſupra. Ponatur potius ejus loco Præfectura Loenſis prope Hardervicum, cujus Præfectos recenſet Lindebornius *notit Epiſc. Daventr. cap.* 9. §. 1. omiſſo tamen, qui omitti non debuit, Guilielmo Groenvelt, qui Præfectus Ann. 1381. Aliud quidem dixi de *Fundat d. loc.* nixus veteri quadam ſcheda, ſed hæc ſcripta haud dubie, vel eum res adhuc controverſa, vel Præfectura adhuc Trajectenſis. Nam & tempus, quo fuit, ut ſub v. Præfecto Theodorico van Hollant. Vid. *ſupr.* quæ dixi. Cæterum *Balye* idem quod Præfectura, *Balier* quod Præfectus. *Bajulum* etiam vocant. Unde & noſtrum *Balju*. Dixi *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 15.

** Deëſt aliquid.

Digitized by Google

V. Heer *Ludolph* van *Bunne* was die vyfde Lantcommandeur van der *Balye* van *Utrecht* twee jaer lanck. Hy leyt begraven ten olden Duytſchen huyſe in Sinte *Annen* kerck.

VI. (1) Heer *Derick* van *Hollant* was die ſeſte Lantcommandeur van der Balye van Utrecht XXIV. jaer lanck. Hy was Coninck *Willams* baſtaert ſoen van *Hollant* ende Graef *Floris* den vyfden ſyn baſtaert broeder. Ende als hy grooten ſinne hadt tot ter Duytſchen Oorden ſo wert hy in der Oerden gebeden van Graef *Willam*, eer hy Coninck wert, ende van Joncker *Florens* ſynen broeder. Ende want ſy echt geboren moeten weſen, die in der *Oirden* comen, ſoo wierf die Ordre diſpenſatie van Paus *Innocentio* den vierden voor deſen Heer *Dirck* van *Hollant*. Ende deſe Lantcommandeur was Raet te *Hol-*

(1) Chartam hujus habeo, quo ad preces Comitis Wilhelmi admittit duos Capellanos in Eccleſia Leydenſi, ſed ea lege, ne quicquam aliud, quam miſſam ibi dicant, ſepulchra non viſitent, nec confeſſiones recipiant, aut euchariſtiam deferant ad ægrotantem, niſi ſacerdotum Eccleſiæ permiſſu. Sic ſe verba habent chartæ:

die octave van Paſchen, ende na die octave van Pinxteren ſal die Paſtor des Sondachs te voren op die ſtoel kundigen Mer des Woenſdachs daerna ſelmenſe houden, om dat die buren des Manendachs veel te gorthen ſyn, ende des Woenſdachs ſel die Paſtor vigilie ende miſſe leſen, ende die buren comen offeren, ende begaen haer ouders ſielen. *Converſio Pauli Sancti Doctoris.*

Purificatio Beatæ Mariæ. Totum duplex.

Na der metten ſalmen dat eerſte teyken luden ter Hoechmiſſe, ende ten VIII. uren te hoep, ſoe ſelmen die keerſen widen, ende elc Heer, ende elc van onſen dienren ſalmen een waskeers in die hant geven, die wyl datmen ommegaet. Alsmen die kaerſen ontſteect, ſalmen ſinghen, *Lumen ad revela.* Soe ſal die Paſtoer wywater werpen. Ende ſo ſalmen mitter proceſſie omme gaen, ſonder dat Sacrament te dragen. Mer eermen die *Confiteor* leeſt, ſelmen t' Sacrament opt outaer ſetten. Ende als die miſſe uit is ſelmen die Heren communiceren, ende doen alſo als opten Kerſdach ſtaet na der miſſe.

Item des anderen daechs na *Sinte Blaſius* ſalmen ** begaen al der Heeren vrienden, ende die deſer kerck ende onſer Oerden goet gedaen hebben. Ende ſoe ſelmen &c. *Verum obe jam ſatis eſt. Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.*

** Hinc *begangeniſſe.* Vide Teſtamenta à Noſtro Matthæo edita 1695. pag. 421.

ANTONII MATTHEI

LIBELLUS

DE

EQUESTRI ORDINE

MELITENSI.

Digitized by Google

E

regn
triac
hist.
quæ
grin
tur.
ſubac
vi d
vand
nes
toni
ten
cru
an
cha
adep
ſent
bile
vill
facr
def
ad
Ter
dict
to f

Digitized by Google

DE
EQUESTRI ORDINE
MELITENSI.

ACtum hactenus de iis, qui Teutonici Ordinis. Alii Hoſpitalarii, S. Johannis, unde & Johannitæ, ſeu Johannitici ordinis. Priores Teutonicis Ordine eorum inſtituto jam circa annum CIↃ. C. XXX. aut ut Auctor, qui ſupra, circa Annum CIↃ. C. XL. regnante adhuc Fulcone Rege Hieroſolymorum. Jac. de Vitriaco à quibuſdam Longobardis arceſſit longe adhuc altius *hiſt. Orient. cap.* 64. Ab hoſpitali, quod Hieroſolymis, & quæ primaria eorum domus, pauperibus excipiendis, peregrinis, & infirmis, vulgo *Hoſpitalarii.* Ut res clarius intelligatur. Chriſtiani ſeculo XI. quam primum Syriam invaſiſſent, ſubactis Hieroſolymis, ad continendos in fide barbaros, vim vi defendendam, ſiqua gravior inferretur, & ſuorum ſublevandam valetudinem, inopiam, & ceteras neceſſitates, Ordines equitum inſtituerunt potiſſimum tres, Templarios, Teutonicos, & Hoſpitalarios. Hoſpitalarii, qui jam equites Melitenſes, ab hoſpitali ſeu xenodochio, quod Joanni Baptiſtæ ſacrum. De quo alioquin diſputant, utrum ſacrum Baptiſtæ, an Joanni Eleemoſynario, qui ſub Phoca Imperatore Patriarcha Alexandrinus, ob liberalitatem in pauperes id cognomen adeptus. Sed verius eſt, quod Baptiſtæ. Quæ & plurium ſententia eſt, & Auctoris, qui ſupra. Novem deinde viri nobiles, & vitæ Sanctitate præ ceteris commendabiles, cum voviſſent ſe advenas omni ope adjuturos, per templa & loca ſacra deducturos incolumes, & contra omnem vim à barbaris defenſuros, area eis attributa eſt juxta templum Hieroſolymis, ad ædium extructionem, in quas ſe reciperent, unde & dicti Templarii. De Teutonicis nihil addam, de quibus ſatis jam dictum, niſi quod ſimiliter à xenodochio ita dicti, cujus Teuto fundator, & quod extructum in eum finem, ut reciperentur

tur tantum Teutones, ob hominum frequentiam venientium in terram Sanctam ſæpe ab aliis excluſi. Ab Hoſpitalariis eos veſtis deſtinguebat. Teutonicis album pallium affuta ei nigra cruce, Rhodiis contra nigrum affixa ei alba. Jac. de Vitriac. *hiſt. Orient. cap.* 69. Templariorum religio poſtquam annos jam ducentos ſtetiſſet feliciter, & Fratres Regum divitias opeſque invidendas & maximas contraxiſſent, cum quamvis vagi exules, poſt captam * Ptolemaiden manſiſſent tamen in re lauta & admodum præpotentes, præſertim in Galliis, cum aliorum virorum Principum, tum inprimis Philippi Pulchri Regis Galliarum odium incurrit fortius, quam ut ulla ratione ſopiri id rurſum potuit. Hinc ut rei multorum ſcelerum, & nefandi criminis Sodomiæ, delati & ad Papam & ad Regem Galliarum, vere utrum an falſo, nondum adhuc ſatis conſtat, falſo, ut putant plerique, quod cum quæſtio de eis habita, à graviter etiam tortis nihil certi expreſſum. Suſtinuerunt ex iis quidam tormentorum ſævitiam. Alii cum non poſſent, etiam falſa confeſſi ſunt, mox quod confeſſi faſſi vi tormentorum id invitis expreſſum. Et eo tamen non obſtante promiſcue in eos ſævitum, & nec confeſſi, nec convicti, affecti ſummo ſupplicio. Quod ad preces Regis Galliarum factum à Papa, Papa plane non invito, qui & Regis inſtinctu totum ordinem dein ſuſtulit, addictis partim Regio, partim Papali fiſco, partim Hoſpitalariis cunctis eorum bonis Ann. ut putatur 1311. aut potius præcedenti, quo Diploma prodiit Clementis v. Nam dicitur datum id Anno ejus VII. qui Chriſti eſt annus 1310. ſi verum, quod Clemens Papa jam anno 1304. ut ſcribit Miræus ad d. Ann. 1304. Diploma hoc eſt quod ſequitur:

Quod bona quondam Templi militiæ applicata ſunt, & donata ordini Sancti Johannis.

„ *Clemens* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, Nobilibus viris univerſis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus per Regnum Alemanniæ conſtitutis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper in generali Concilio per nos Viennæ celebrato poſt longam deliberationem

* Olim Acon etiam ſeu Akers hodie *Akre* adhuc dicta. Lotus jam deſertus & ruinis tantum illuſtris, & qui veteris amplitudinis retinet vix quicquam, ædes habens vix quinquaginta, ut ἀυτόπτης ſcribit Thevenot *itiner. lib.* I. *cap.* 45.

Digitized by Google

„ nem præhabitam ac maturam, acceptabilius fore Altiſſimo,
„ magiſque honorabile fidei orthodoxæ cultoribus, ac ſubven-
„ tioni terræ Sanctæ utilius bona quondam Domus & Ordinis
„ militiæ Templi Ordini Hoſpitalis Sancti Johannis Ieroſolymi-
„ tani concedere, quam Ordini de novo creando unire, aut
„ etiam applicare conſilium noſtræ deliberationis providit.
„ Sed quia tunc aliquibus afferentibus utilius fore bona ipſa
„ Ordini creando noviter conferre, quam dicti Hoſpitalis Ordini
„ applicare, tunc noſter affectus ſperatum effectum ſuper hoc
„ obtinere nequivit. Tandem vero ſic per Dei gratiam actum
„ fore dinoſcitur, quod VI. Non. præſentis menſis Martii eo-
„ dem ſacro approbante Concilio Hoſpitali ſeu ipſius Ordinis
„ Hoſpitali ſupradicto prædicta bona concedenda & applicanda
„ duximus, ac etiam unienda bona ejuſdem Ordinis militiæ
„ Templi in Regnis & terris cariſſimorum in Chriſto filiorum
„ noſtrorum, Caſtellæ, Arragoniæ, Portugalliæ, & Majori-
„ carum, Regum illuſtrium, extra Regnum Franciæ conſi-
„ ſtentia, exceptis, quæ à conceſſione & applicatione hujuſ-
„ modi excipienda, & excludenda cenſuimus ipſa diſpoſitioni
„ noſtræ & Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter reſervantes, quouſ-
„ que de illis aliter pro prædictæ terræ ſubſidio per noſtram
„ & dictæ Sedis Apoſtolicæ providentiam extiterit ordinatum.
„ Quare veſtram nobilitatem rogamus & hortamur attentius,
„ quatenus pro reverentiæ Salvatoris, cujus in hac parte ne-
„ gotium promovemus, ac dictæ Sedis, Magiſtro & Fratri-
„ bus, ſeu Prioribus Hoſpitalis ejuſdem in terris veſtris con-
„ ſtitutis & eorum ſingulis, ſeu Procuratori vel Procuratori-
„ bus eorundem, quod prædicta bona in eiſdem terris con-
„ ſiſtentia juxta prædictæ noſtræ conceſſionis tenorem inte-
„ gre, & pacifice eſſequi valeant & habere veſtri favoris im-
„ pendatis auxilium, prout extiterit oportunum & in circa
„ conſequendam, habendam, & retinendam poſſeſſionem bo-
„ norum illorum, & alias executoribus ſuper executione hu-
„ juſmodi conceſſionis noſtræ deputatis & in poſterum depu-
„ tandis ſuper eadem executione aſſiſtatis efficaciter & ferven-
„ ter. Igitur in præmiſſis vos promptos & paratos exhibea-
„ tis, quod præter retributionis æternæ præmium, quod inde
„ merebimini, vobis laudis humanæ cumulus augeatur, noſ-
„ que nobilitatem veſtram dignis commendare laudibus in

„ Domino valeamus. Volumus autem quod præſentes literas „ vobis præſentatas & oſtenſas eiſdem coram latoribus reſti- „ tuatis omnino, ut & aliis, de quibus expedit, valeant præ- „ ſentari. Datum Liberoni Valentinenſis Diœceſis XVII. Kal. „ Maji Pontificatus noſtri anno VII.

Et hactenus Papa ipſe. Cujus & aliæ extant ad Philippum Regem Galliarum datæ, ut ſubſcriptio habet, Pontificatus ſui anno IV. in collect Act. vett. apud Baluz. *ad Pap. Avenionenſ.* p. 133 *& ſeqq.* „ Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei „ ad perpetuam rei memoriam. Ad omnium fere notitiam „ credimus jam perveniſſe nefanda ſcelera & crimina abhor- „ renda hæreſim notorie ſapientia, quibus Ordo & perſonæ Tem- „ plariorum non levibus argumentis, ſed manifeſtis indiciis, „ & violentis præſumptionibus diffamatæ noſcuntur, ſuper ab- „ negatione videlicet Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſuper ne- „ fanda, temeraria, præſumptuoſa, & hæretica conſpiratio- „ ne, ſuper ejuſdem imaginem Crucifixi, nec non & ſuper „ pluribus aliis articulis, quos quia fore credimus manifeſtos, „ exprimi non oportet, ſicque excrebreſcente infamia, & „ imminentibus ſcandalis plurimis minime contemnendis, quæ „ non leviter totam ſcandalizant Eccleſiam, urgente conſcien- „ tia, per totum orbem terrarum jam dudum ipſos capi man- „ davimus, & tandem capimus ſuper iis contra eos inquirere „ per nos ipſos, nonnullis ex Fratribus noſtris aſciſis, ad in- „ quiſitionem prædictam nobiſcum ſollicite peragendam, & „ tandem præſentatis nobis perſonis eiſdem non parvo ſed „ grandi numero, non levis, ſed magnæ auctoritatis viris, „ olim in Ordine ſupradicto Sacerdotibus, Præceptoribus, mi- „ litibus, & ſervientibus per eorum confeſſiones & depoſitio- „ nes ſpontaneas, libere factas coram nobis & Fratribus nos- „ tris in ſecreto prius, & poſtmodum coram nobis & toto „ Collegio Fratrum noſtrorum S. Eccleſiæ Romanæ Cardina- „ lium, patuit manifeſte quoad perſonas ipſas, confitentes „ ipſa crimina & ſcelera eſſe vera, iidemque confitentes om- „ nes & ſinguli ſuum humiliter recognoſcentes errorem, no- „ ſtram & Apoſtolicæ ſedis non juſtitiam, ſed miſericordiam „ & veniam implorarunt, *& mox:* iidem Magiſter & Præcep- „ tores majores de mera & plena veritate dicenda ab eis cor- „ poraliter præſtito juramento ſingulariter, libere, ac ſponte,

„ abſque

„ abſque coactione qualibet & terrore, coram ipſis tribus „ Cardinalibus, quatuorque tabellionibus publicis, ac multis „ aliis probis viris depoſuerunt, & confeſſi fuerunt inter cete- „ ra, Chriſti abnegationem & ſpuitionem ſuper crucem, cum „ in ordine Templi recepti fuerunt, & quidam ex eis ſe ſub „ eadem forma, ſcilicet cum abnegatione Chriſti & ſpuitione „ ſuper crucem fratres plurimos recepiſſe. Sunt etiam qui- „ dam ex eis quædam alia horribilia & inhoneſta confeſſi, „ quæ ut eorum ad præſens parcamus verecundiæ ſubtice- „ mus &c. „ Et hactenus quidem Papa. Sunt tamen non pauci, qui quantum ad confeſſiones fidem ei prorſus denegant, & in alia eunt omnia. Ægidius de Roya: *Anno Domini* CIↃ. CCC. VII. *Templarii de communi mandato Regis Franciæ Philippi Pulchri, conſentiente Papa Clemente* V. *per totum Regnum Franciæ capiuntur, puniuntur, & comburuntur pro quibuſdam deteſtabilibus articulis, & hæreſibus, de quibus accuſabantur, ſed minime publice confeſſi ſunt. Erant autem in ſumma quindecim articuli. Primus, quod non firmiter crederent in Deo &c. Tertius, quod noviter intrans Ordinem eorum, poſtquam ſic Deum abnegaſſet, & crucem calcaſſet, oſtendebant ei idolum quoddam, pelvim quandam politam, cui ſacrificabant, & cultum impendebant, & habebat hujuſmodi pelvis duo foramina cavata in modum oculorum, in quibus relucebant duo carbunculi, & illud idolum pro ſummo Deo colebant. Habebat etiam faciem ſemibarbatam, & poſteriora ſemibarbata. Huic idolo oportebat novitium Templariorum homagium facere tanquam Deo. Septimus: Accuſabantur de vitio Sodomiæ &c.* Quod pleroſque etiam dixi adactos ad confeſſionem vi tormentiſque, ubi extra quæſtiones poſiti, revocaſſe ea, quæ erant faſſi, de eo etiam ſatis conſtat. Secunda vita Clementis V. auctore Ptolemæo Lucenſi ad Ann. 1310. *Eodem anno Templarii omnes, qui erant in Regno Franciæ mittuntur Pariſius. Multi eorum revocant, quod dixerant. Movetur quæſtio contra eos, utrum talis revocatio poſſet dici relapſio, & judicatur contra eos quod ſit. Unde Pariſius comburuntur quinquaginta quatuor, ſtantibus en in propoſito, quod veri Catholici eſſent.* Ibid. *Unum autem mirandum fuit, quod omnes & ſinguli eorum, confeſſiones ſuas, quas jurati fecerant, in judicio retractarint, dicentes ſe falſa fuiſſe confeſſos nullam ſuper hoc reddentes cauſam aliam, niſi vim aut metum tormentorum.* De Ordinis Magiſtro

& aliquot fratribus *ibid. p.* 50. *Cum palis ſinguli ligati eſſent, & ante illos ſtaret ignis, carnifex, quia voce præconis confitenti promiſſa ſalus & libertas erat, nemini ex omnibus, amicis flentibus & orantibus, perſuaderi potuit, ut Regi cederet irato, & confeſſione ſua ſuæ parceret vitæ. Verum cum unanimes ſæpe dicta firmarent, cœperunt tortores ignem plantis & unguibus pedum admovere, & inde paulatim aſcendendo per omne corpus deducere; ſed quanto cruciatu paterentur miſeri, voces imo mugitus in cœlum oſtendebant, in quibus ſe veros Chriſtianos ac ſanctiſſimam ſuam religionem eſſe & fuiſſe ajebant: nec unus à tam conſtanti propoſito potuit ſeparari, quin & omne corpus exuri & conſumi uſque ad exhalationem ſpiritus permiſere. Denique Jacobus horum Magiſter, cum tædio diuturni carceris eſſet attritus, Lugdunum deductus & exhortationibus variis ſuaſus eſt, quod ex oppoſitis Clementi ſummo Pontifici aliquid confeſſus eſſet: quamobrem retractans Pariſius, dum coram duobus Legatis à latere & Rege ſententia legeretur, per quam & ſua liberatio & Ordinis damnatio apparebat, ipſe cum ſocio, qui Delphini Viennæ frater erat, petiit alta voce ſilentium: qui confeſſus ſe mori dignum proteſtatus eſt, non quod unquam quæ legebantur perpetraſſet, verum quod ſummi Pontificis & Regis ſententiam, ut ea conſtitueretur in perditionem ſui Ordinis præſumpſiſſet. Hinc in diletionem Ordinis Templariorum ſententia ſubſecuta eſt, & Jacobus cum fratre Delphini & duobus ad ſupplicium ductus, quod omnes æquo animo, Rege adſtante, intrepide & conſtanter ſubierunt.* Vera deſtructionis eorum cauſa opes fuerunt nimiæ, quarum fulgor oculos excœcaverat Philippi Pulchri Regis Galliæ, & qui tamen, quod conſtat, non multum hinc locupletior, pleriſque aut Papæ adjudicatis aut Hoſpitalariis. Chronic. Comit. Schouwenburg. apud Meibom. 1. *rer. Germ.* 199. *Fuit hic Ordo ditiſſimus & ſolennis, quem Philippus Pulcer Rex Francorum propter ſuas poſſeſſiones & magnas, quas habebant opes in Francia anno Chriſti* 1312. *caſſari & deleri procuravit.* Albert. Argentinenſ. apud *Urſtiſ. p.* 137. *Ordinem Templariorum Philippus Pulcher propter eorum potentiam & divitias, pro quibus aſpiravit, confictis in eos quibuſdam turpibus ab ipſo Papa deſtrui procuravit, quorum Domus & bona Hoſpitalariis Hieroſolymitanis ſunt unita.* Add. Stero Altahenſis ad Ann. 1307. & ad Ann. 1310.

Et hoc eſt illud tempus, quo extorres Joannitæ poſt amiſ-

ſam

ſam Ptolemaidem Rhodum inſulam occuparunt pulſis ea & ejectis Saracenis & Turcis. Unde & Rhodii dein dicti τῆς Ῥόδου Φρέριοι, ut vocantur à Duca *hiſt. cap.* 7. & 43. Rhodus inſula pulcherrima, è regione Ægypti, Lyciæ proxima, diſtans ab Alexandria DLXXVIII. millia paſſuum, aut ut Eratoſthenes CCCC. LXIX. in circuitu habens c. XXX. Plin. *lib.* 5. *cap.* 35. CXX. ut Thevenot *itin. lib.* 1. *cap.* 52. σταδίων ἑννεακοσίων εἴκοσι, ſtadiorum nongentorum viginti, ut Euſtath. ad *Dionyſ. Alexandrin de ſit. orb. verſ.* 506. Tribus urbibus habitata, Lindo, Jaſylo, Camiroque, quarum etiam Homerus meminit: Λίνδον, Ἰαλυσόντε, καὶ ἀργυρόεντα Κάμειρον, *Lindon, Jalyſon, claramque Cameron.* Meminit etiam Dionyſ. *ibid.* & Euſtath. in *not.* Pompon. etiam Mela *lib.* 2. *cap.* 7. Profeſſoribus eloquentiæ, ut & Philoſophiæ toto orbe olim celebris, Apollonio inprimis, quem ut audirent & Cæſar & Cicero in inſulam navigarunt; Panætio item & Poſidonio, quorum prior præceptor Scipionis Africani, alterius auditor Cicero. De diſciplina navali paſſim teſtantur veteres. In tantum ejus periti, ut & leges de ea ab iis conditæ apud omnes in pretio, & Romanis etiam uſitatæ, quatenus nulla legum Romanarum iis eſſet contraria, *l.* 9. *ff. de leg. Rhod.* Strabo *lib.* 14. ubi agit de Rhodiis, θαυμαζὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία, ait, καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρὸς τε τὴν ἄλλην πολιτείαν καὶ τὰ ναυτικὰ, ἀΦ' ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον καὶ τὰ λῃστήρια καθεῖλε, καὶ Ῥωμαίοις ἐγένετο Φίλη, &c. *mirifica eſt æquitas & diligentia Rhodiorum, cum in reliqua Republ. adminiſtranda, tum circa res navales, & hinc multo tempore maris imperium obtinuit, & piratas ſuſtulit, & Romanis amica fuit &c.* Soli Rhodus dicata, ut in Priapej. *carm.* 76. *Eſt tutela Rhodus beata ſolis.* Solis etiam Coloſſus, quem fecerat Chares Lindius Lyſippi diſcipulus, ſeptuaginta cubitorum altitudinis, & cujus majores digiti, quam pleræque erant ſtatuæ. Inter ſeptem mundi miracula eum retulit Plinius *lib.* 14. *cap.* 7. Duodecim demum annis eum ajunt elaboratum, impenſis in confectionem ejus CCC. talentis. Molis quam admirandæ vel hinc poteſt colligi, quod Saraceni poſtquam Rhodo potiti, coloſſi jam multis annis terræ motu proſtrati reliquias avexerunt, ut ſcripſit Sabellicus, nongentis camelis. Sunt qui putant Rhodios Coloſſenſes ab eo dictos, ad quos Pauli epiſtola eſt Sed auctoritas eis deeſt. Coloſſenſes à Coloſſis. Coloſſæ urbs Aſiæ

Digitized by Google

ad Lycum fluvium ſita, & cujus meminit etiam Strabo *d. lib.* 12. Rhodus tribus fere ſeculis in equitum poteſtate ab Ann. 1300. uſque ad Ann CIↃ. IↃ. XXII. quo eam Solymannus poſt diutinam obſidionem ſex ſcilicet mentium, ut Fontanus ait de *bell Rhod p.* 86. & 88. aut ut Jovius quinque *lib* 21. redegit in poteſtatem *hiſt.* Vagi tum paſſim equites, donec Carolus V. in unum rurſum coegit, Melita ipſis data, unde & equites Melitenſes. Miræ. *de orig. ord. equeſtr. cap.* 2 *Melitæ* Cicero etiam meminit. Etiam Strabo *lib.* 6. Ὑπεκειται δε τῆ Παχύνῳ Μελίτη, ὅθεν τὰ μηλίδια. *Ante Pachynum jacet Melite, unde catelli Melitæi.* Canum meminit & Athenæus *lib.* 12. Sed hos adſcribunt Melitæ, nam duplex eſt Melita, quæ in ſinu Adriatico; inter Epirum & Italiam, Plinius & Stephanus, ut ad Strabonem *d. loc.* notat Caſaubonus. Vid. & Berkel. ad Stephan. in Μελίτη. Pachynum hodie, ni fallor, eſt Cabo Paſſaro. Thevenot. *itin. cap.* 3. Melitæ olim & alia & Junonis fanum antiquiſſimum. Etiam ſynodus ibi habita contra Pelagium, ducentorum & XIV. Epiſcoporum, inter quos & Silvanus Melitenſis, Aurelius Carthaginienſis, & Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopi. Vulgo *Malta* jam dicitur. Antonini itinerarium, dum recenſet inſulas, quæ inter Siciliam & Africam, *Maltariæ* etiam meminit. Forte hinc demptis ob euphoniam poſterioribus tribus literis evaſit tandem *Malta*, quæ Simleri etiam conjectura eſt in not. ad *d. loc.* Inter Siciliam & Africam ſita, diſtans à Sicilia 15. miliaria ab Africa XXV. Nec mirum hinc quod & Punice olim locuti incolæ, & ſic fere ut Hanno loquitur apud Plautum in Pœnul. *act.* 5. *ſc.* 1. Nam & Punicæ ditionis; & argumento inſcriptiones ſunt, quæ ibi adhuc conſpiciuntur in columnis lapidicis. Nullum ajunt animal in tota inſula venenatum; nec poſſe vivere ibi ajunt benedicta inſula ab eo tempore; quo gentium Apoſtolo morſus viperæ non nocuit. Thevenot *itiner. lib.* 1. *cap.* 4. Melton 1. *itiner. cap* 1. Pagos habet inſula XLVII. longa duo milliaria, tria autem lata. Melton *d. loc.* Ordo eam ingreſſus parebat Præfecto adhuc, quem ad exemplum Romanorum vocabant Magiſtrum, *tit. C. de offic. mag. milit* & quidem *magnum Magiſtrum*, cui plures ſubjecti, qui Præfecti provinciales, & his rurſum alii, qui Præfecti ſimpliciter, à quibus & certa ſumma pro Sanctæ terræ defenſione quotannis miſſa ad Præfectum ſeu Magiſtrum generalem. Jac. de Vitriaco

Fortior tamen Fontani fides, qui obſidioni interfuit, & Jovii etiam meminit *p.* 97.

d.

d. loc. cap. 65. Pari modo ſummo & principali Magiſtro Hoſpitalis Sancti Joannis procuratores domorum, quos Præceptores nominant, certam pecuniæ ſummam ſingulis annis tranſmittunt. Præfectus provincialis etiam Ultrajectinus, cui porro ſubjecti Præfecti *Aquarum veterum, Medioburgi, Halmi, Werdæ, Ingæ, Hermelæ, Hardervici, Montfurti, Kerckwervæ, s' Herenlo &c.* Præfectus provincialis Jacobus Epiſcopus Zudenſis Ann. 1316. 1327. & 1333. Gerardus van Hamerſteyn Ann. 1332. Engelbertus van Foreeſt Ann. 1446. ut eſt in horum annorum chartis. Notabilis autem inprimis charta eſt Jacobi Zudenſis, viri admodum olim inclyti, Ann. 1322. Jacob *by der genaden Gods Biſſchop van Zuden, Commandeur van Sinte Katherinen s' Utrecht, ende van allen Godshuſen van Sente Jans hoſpitael van den lande van Over-zee in den Biſdom van Utrecht, ende der Graveſcap van Hollant ende van Zeelant, ende wi ghemene Convent van Sinte Katherinen s' Utrecht voerſz, ende van Sente Jans huyſe in Haerlem, ende van Sente Jans huſe in Middelburch, maken cont allen luden. Want onſe lieve Here, Here Willam Grave van Hollant &c. ons gegheven heeft puerlicke om Gods wille die kercke van Weſtmunſter in Middelburch ewelicke te beſitten, ende vrylicke te gebruken na diere ghenen doot, dieſe nu beſeten hebben, ſo geloven wy vor ons ende vor onſen nacomelingen onſen Heere den Grave voorſz. ende ſinen nacomelingen, dat wi deſe kercke van Weſtmunſter vorſz altoos ſullen verdienen doen mit ſween reckelicken luden van onſer ſiden &c. Voort geloven wi onſen Heere den Grave voorſz, ende ſinen nacomelingen, dat onſe cloſter te Middelburch altoos weſen ſal open herberghe ons Heeren s' Grave voorſz &c ſonder anders onſen coſt. Ende wi Jan bi der Genaden Gods Biſſcop tot Utrecht om bede wille eens eerſamen vaders Heereh Jacobs Biſſcops van Zuden, ende om bede wille van den ghemenen Convente van Sinte Katherinen tot Utrecht, ende van Sente Johans huſe tote Haerlem, ende van Sinte Johans huſe in Middelburch voerſz hebben wy om die meerre ſekerhede deſen brief open mit hem beſegelt. Gegheven tote Haerlem &c. int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. XXVI. Omnino autem notandum hic, quod paſſim Comiti hoſpitium in monaſteriis non tantum, ut habent vulgo magnates, verum etiam in Curiis ſeu aulis equitum hujus Ordinis Unde & aream dat Præfecto, quæ prope aulam, quæ Ultrajecti, Wilhelmus Comes III. quo ſibi & ſuis, & equis eo adducendis amplius paulo

paulo in poſterum & commodius hoſpitium. *Wi* Willam *Grave van Heynouwen &c. maken condt allen luden, dat alſulcken ghemenen wech, alſe leghet binnen der muren van Utrecht tusken erve des Commandeurs, ende Convents van Sunte Katerinen t' Utrecht ane die neder ſide, en Lubbert Heeren Tidemans ſone ane die over ſide, die mi die Scepene ende die gemeene Raet van Utrecht voerſz gegeven heeft, wilken wech, alſo als die gelegen is, wi voert geven ende gegheven hebben onſen geeſtelicken vader in Gode ende goeden vrient den Biſſchop van Zuden, Commanduyr, ende ghemene Convent van Sunte Johans huys toit Utrecht voirnoemt, tot eninghe ende verbeteringhe onſer herbergen aldair, ende ſtallaidſen toit ons ende onſer gemeenre geſelſchap oirbaer ewelic ende erflic te gebruken tot hoiren behoef ende hoirer nacomelinghen ſonder wederſeggen. In oirconde &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. XXVIII. *op Sunte Martyns dach, die coemt in den winter.*

Nec ſpeciale id Ultrajecto. Ubique id ei jus, ubi Ordinis hujus prædia per Hollandiam Zelandiamque, datum ei à Præfectis, recepto viciſſim Ordine in Comitis protectionem, datiſque ei prædiis, & multis aliis beneficiis, ut vel ex charta hac ſatis patet:

„ Univerſis præſentes literas inſpecturis Wilhelmus Comes „ Hannoniæ &c. & Frater *Gerardus* de *Hamerſteyn* Commen„ mendator Conventuſque domus Sanctæ *Katherinæ* Trajectenſis Salutem & rei geſtæ noſcere veritatem. Noverint uni„ verſi, quod cum nos *Wilhelmus* Comes prædictus ob augmen„ tationem cultus divini, & ob affectionem, quam ad perſo„ nam Reverendi patris D. *Jacobi* quondam *Zudenſis* Epiſcopi „ Commendatoris domus prædictæ & ſuum Conventum habui„ mus, jus patronatus Eccleſiarum de *Haſairdſwoude* & de *Zoe„ terwoude* dictis *Zudenſi* Epiſcopo ſuoque Conventui contule„ rimus, nec non plura jura, & libertates conceſſerimus, „ prout hoc in literis noſtris ſuper hoc confectis plenius con„ tinetur, & in aliqualem recompenſationem dictus Frater „ *Gerardus* de *Hamerſteyn* Commendator & Conventus domus „ prædictæ nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris Comiti„ bus *Hollandiæ*, uxoribus eorum, & primogenitis filio vel filiæ „ eorundem dederint, deliberatione matura præhabita, atque „ conceſſerint, dant & concedunt his præſentibus hoſpitium „ in domibus eorundem, in *Trajecto*, in *Oudewater*, in *Haerlem*,

„ in

„ in *Middelburch*, & in omnibus aliis domibus, quas ha-
„ bent vel habere poterunt in futurum, in Comitatibus noſtris
„ *Hollandiæ* vel *Zelandiæ*, ſine tamen ipſorum ſumptibus & ex-
„ penſis, commodo Fratrum domuum prædictarum, & familiæ
„ eorundem rationabili ac competenti in prædictis ipſarum do-
„ mibus ipſis ſalvo, Nos dictos Commendatorem & Conven-
„ tum, Eccleſiam, & bona eorum per noſtros Comitatus *Hol-*
„ *landiæ* & *Zelandiæ* recepimus & recipimus in protectione
„ noſtra & guardia ſpeciali contra omnem injuriam & violen-
„ tiam communi jure terræ noſtræ in omnibus nobis & noſtris
„ ſubditis ſalvo, & nos Frater *Gerardus* Commendator & Con-
„ ventus domus Sanctæ *Katherinæ* prædictæ habita deliberatio-
„ ne in noſtro *Capitulo*, ex conſenſu & aſſenſu noſtrorum
„ aliorum Conventuum, pro conſervanda pace noſtra &
„ ob remunerationem bonorum nobis à dicto Comite colla-
„ torum dicto Comiti promittimus quolibet anno in qualibet
„ domuum noſtrarum prædictarum cantare miſſam ſollemnem
„ de Sancto Spiritu, quamdiu vixerit, ſemel in anno, ut
„ Deus ſanitatem ſibi tribuat, & ſtatum ſuum augeat & au-
„ gmentet, & poſt mortem dicti Comitis *Wilhelmi* quolibet
„ anno in die deceſſus ſui facere obitum ſeu anniverſarium
„ ſuum ſollempniter perpetuo in omnibus domibus antedictis.
„ Promittimus etiam dicto Comiti *Wilhelmo*, ejus heredibus
„ & ſucceſſoribus Comitibus Hollandiæ, uxoribus eorundem,
„ & filio ſeu filiæ primogenitis, quoties & quando eis vel eo-
„ rum alicui placuerit venire ad hoſpitia Eccleſiæ noſtræ ſu-
„ pradictæ, quod ipſos recipiemus, & eis vel eorum alicui
„ venienti hoſpitium deliberabimus, & in eiſdem vel aliquo
„ eorum poterunt, quandocunque eis placuerit, habitare,
„ ſine noſtris tamen & Fratrum noſtrorum & Conventus ſump-
„ tibus & expenſis, utenſilia tamen, quæ in domo noſtra ubi
„ venerint reperientur, tenebimur commodare, utenſilibus
„ Fratrum, & quibus carere ad ſua cibaria & alia ſua negotia
„ non poterunt, ipſis ſalvis, nec debet Conventus noſter,
„ nec aliquis de Fratribus noſtris vel ipſorum familia in victua-
„ libus vel in aliis quibuſcunque gravare in aliquo Comitem,
„ uxorem, primogenitum, vel primogenitam antedictos. Et
„ ut omnia & ſingula ſupradicta firma maneant & inconvulſa

„ nos *Gerardus* Commendator & Conventus prædicti pro nobis & ſucceſſoribus noſtris & pro Eccleſia noſtra & pro omnibus noſtris domibus antedictis promittimus, omnia prædicta & ſingula eorundem firmiter & inviolabiliter obſervare, dolo & fraude excluſis penitus in præmiſſis. In quorum omnium teſtimonium & munimen nos *Wilhelmus* Comes prædictus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Comitibus Hollandiæ, & nos *Gerardus* Commendator & Conventus prædicti pro nobis, Eccleſia noſtra, & ſucceſſoribus noſtris, & pro omnibus noſtris domibus prænotatis in teſtimonium veritatis ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum apud Hagam in feſto Beati Laurentii Ann. Domini M. CCC. triceſimo ſecundo.

Domus, quæ Ultrajecti, non tantum S. Johannis dicta, ſed quod una cum templo ad portam ejuſdem nominis, etiam S. Katharinæ, ubi & olim Ordini territorium & juriſdictio, quod nec Carolus Cæſar, cum arci ædificandæ locum quæreret Ultrajecti, migrare hinc juſſis equitibus in cœnobium S. Agathæ, ubi jam hoſpitale eſt, & templum S. Catharinæ, quod & olim Catmeliticum, aut ademit aut ſuſtulit. Vid. *Fundat. lib. 1. cap. 28. n. 6.* Sed id Ordinis territorium, confiſcatis ejus bonis, & ob bellicas neceſſitates redactis in uſum publicum, Ordines jam occupant, & qui ibi habitantium controverſias componat, Prætorem conſtituunt. Vulgo hodieque adhuc *t' Gerecht van Sinte Cathrynen.*

Nemo autem putet, quod omnes, qui in ordine, gladiis uſi aut, ut de Teutonicis jam dixi, clypeis. Multi precibus rem geſſere, & rem divinam procurando res Ordinis promoverunt. Omnes etiam religioſi. Nec quiſquam admiſſus, niſi votis ordinariis caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ obſtrinxiſſet ſe. Etiam miſſa ab iis dicta. Multi enim ſacerdotes, nonnulli Diaconi. Etiam fuit, qui Præfectus ſeu Commendator ſimul & Epiſcopus, ut, de quo dictum, Zudenſis. Etiam exemplum, quo univerſus Conventus ad miſſas ſe obſtrinxit, ut in charta Ann. 1327. Jacob *bi der genade Gods Biſſchop van* Zuden, Commandeur *van Sinte Catherinen t' Utrecht, ende van allen Godshuſen van Sinte Johans Hoſpitael van den lande van Over-zee, in den Biſdom van Utrecht, ende in der Gra-*

Graveſcap van Hollant, ende van Zeelant, ende wi gheheen Convens van Sunte Katharinen t'Utrecht voerſz, ende van Sente Jans huſe tot Haerlem, ende van Sente Jans huſe in Middelburch, maken kont allen luyden &c. Voert ſullen wy van deſen tyt voertwaers altoes dagelix bidden voor onſen Heere den Grave voerſz. ende vor ſine Ouders na ſiere doot alle jare ſine jaerghetide doen, ende onſer Vrouwen ſines wives, gelike of wi hoere jaergetide gemaket hadden te doen. Qui rem armis gerebant fratres etiam militares, ſeu laici olim dicti, reliqui fratres clerici, ut in charta Ann. 1488. „ Attendentes, quod piarum mentium eſt „ timere culpam, ubi non eſt, dictis Commendatori provin- „ ciali, Præceptoribus & Fratribus præfati Ordinis, per pro- „ vinciam ſive Baliviam Trajectenſem conſtitutis, quatenus „ in domibus & conventibus eorum per Provinciam Trajecten- „ ſem conſtitutis, prædictis ſecundis feriis & libere & licite „ carnibus veſci poſſint & valeant &c. auctoritate Apoſtolica „ indulgemus &c. ita tamen quod in dictis ſingulis ſecundis „ feriis Fratres militares quinque *Pater noſter*, & totidem *Ave* „ *Maria*, presbyteri vero & clerici præfati Ordinis Pſalmum „ *Miſerere mei Deus* cum *de profundis* dicere & exolvere te- „ neantur. „ Petr. de Dusburg. *Chron. Pruſſ. part.* 3. *cap.* 293. *Unde ſtatuit idem Frater* ** *Siffridus Magiſter, quod ad ſingulas horas Fratres clerici antiphonam Salve Regina &c. & laici Fratres unum Ave Maria dicerent &c.* Idem *d. part. cap.* 338. *Lithowini de Samechia* &c. *expugnaverunt civitatem Memelam & unum ſacerdotem Fratrem Ordinis Domus Teutonicæ occiderunt &c.* Infinita ſunt exempla, quibus eques idem & ſacerdos. Charta Ann. 1421. *Schout Schepenen, ende Raden der Stede van Leyden doen kont allen luyden, dat wy overdragen ſyn met Heer* Sweder Kubbinck *Lantcommanduyr van Utrecht, Broeder der Duytſche Ordre, ende met Heer Simon Jans Soon van Naeltwyck Commanduyr en Cureyt van Sint Pieters tot Leyden Broeder der Ordre voorſz van ſulcken punten, als hier na beſchreven ſtaen. Eerſt ſo hebben Heer Sweder Lant-commanduyr, de Heer Simon Commanduyr en Cureyt voorſz by conſent en rade des gemeenen Capittels, dat geleyt was te Thiel, in tegenwoordicheyt der Commanduyren, die in dat Capittel vergadert waren, ende die gemeene Broeders des Convents der Duytſcher Ordre van Tiel geconſenteert en hengeniſſe gegeven, datmen wyen ſoude dat Kerckhof aan Sinte Katharinen*

** Siffridus.

Gaſthuys tot Leyden &c. Ut idem & miles, & Curatus eſſet ſeu ſacerdos, permiſit etiam Guido Epiſcopus Trajectenſis charta Ann. 1307. „ Ut igitur fructum ex meritis veſtris conſe-„ quamini aliqualem Ordini veſtro auctoritate ordinaria dis-„ penſatione perpetua indulgemus, quod Fratres Ordinis veſtri „ Clerici poſſint aſſumi in civitate & diœceſi noſtra ad regimen „ parochialium Eccleſiarum, & curam habere ipſis Eccleſiis „ annexam, ſive ad vos vel Ordinem veſtrum pertineant pleno „ jure, ſive ipſis Fratribus aliunde conferantur &c. „ Omnes interim religioſi, etiam hi, qui alioquin fratres laici ab iis dicti, adſtricti votis, ut ceteri, & ſubjecti immediate, qui Ordinem confirmavit, Romano Pontifici. Et ne id quidem mirum. Etiam monachi olim laici. c. *ſiquis Epiſcopus.* 1. *qu.* 1. & tamen religioſi. Si dicas; ſi religioſi, militare ergo non licet: arma iis interdicta. *c.* 1. *& ſeqq. diſt.* 51. *can. quicunque. can. reprehenſibile.* 23. *qu.* 82. c. *Clerici. ext. de vit. & hon. cleric. cap.* 5. *ext. de pœn.* Reſpondeo, auctorem habet Papam, qui jus habent diſpenſandi, & cujus leges eſt figere & refigere, prout viſum & expedit, nullo contradicente. Certe & de eo conſtat, quod neceſſe in Ordinem recipiendo, ut inter reliquas ceremonias gladium elevet ter in altum, ut pro Eccleſia, pro fide, ad pugnam promptum ſe oſtendat. Du Mont *itin. Epiſt.* 10. Nequis ultra autem dubitet, vidit, dum Melitæ eſſet, idem du Mont magnum Ordinis Priorem ter miſſam dicere ſolenni ritu, eodem modo quo Papa. *ead. Epiſt. verſ. Ick hebbe.* Nihil certius, quam quod dico, quod non omnes, qui in Ordine, inſtructi armis ad pugnam. Ad præſtanda ſervitia etiam in eo feminæ. Quod & placuit ſic ab initio. Jac. de Vitriaco *d. cap.* 64. *Modico tempore ita multiplicati, quod in conventu eorum plus quam trecentos equites, exceptis ſervientibus, quorum non erat numerus, omnes albis chlamydibus indutos haberent.* Ibid. *Etiam mulier quædam Agnes nomine, Romana natione, nobilis carne, ſed nobilior ſanctitate, in miniſterio pauperum adjuncta eandem regulam & humilitatis habitum votive ſuſcepit.* Etiam exemplum eſt, quo cœnobium monialium cum omnibus ſuis bonis ſubjecit ſe Ordini, permiſſu tamen Wilhelmi Comitis III. ut in charta Ann. 1319. „ Nos earum juſtis „ ſupplicationibus inclinati dicta Prioriſſa & Conventu inſtan-„ ter petentibus coram nobis, ut de auctoritate & de conſenſu

„ noſtro

„ noſtro ſe poſſent cum omnibus bonis ad Ordinem Hoſpitalis
„ S. Johannis Jheroſolymitani transferre, conſenſum & aucto-
„ ritatem noſtram interpoſuimus, & in noſtra præſentia Reve-
„ rendus pater Dominus Zudenſis Epiſcopus Commendator
„ Domus Sanctæ Katherinæ ejuſdem Ordinis eas ſecundum
„ earum petitiones recepit &c.

Quod autem mox dixi de prædiis Ordinis publicatis, diu multumque inter Ordines diſceptatum, priuſquam eo res deveniret. Tandem cum vacaſſet Prætectura Werdenſis, data occaſio Ultrajecto acriter rem urgendi, quam & tandem obtinuit, ne exhauſtam collationibus plebem nimis premeret tributi crebra collatio. Ea temporum difficultas. Clarius intelligetur res, ſi libellum addam, qui oblatus tum Principi.

Doorluchtige, Hoochgeboorne Furſt ende Heere. Alſo die Heeren Staten van Utrecht onlanxteden beſchreven ſynde, om te vinden de quote van de extraordinaris conſenten over deſen lopenden jare 1620. *gedragen, ende tot dien eynde doen onderſoeken hebbende de gelegentheyt van hare reſpective comptoiren, ende t' gene dien aengaende vereyſcht bevonden worde t' ſelve int alderminſte niet beſtant te ſyn, omme daer uyt te fourneren ſo merkelycken ſomme van penningen, als tot het tegenwoordich veltleger, die ſuccoerſen voor de Co. Maj. van Bohemen, ende die geunieerde Vorſten, tot betalinge van de Franſche troupen, ende anderſins van node ſyn, ende datmen daeromme genootſaackt is een merckelycke ſomme gelts daer toe op intereſſe te doen lichten, omme alſo de Generaliteyt ſo veel als immer mogelyck die goede hant te bieden, ende t' gemeene beſte te helpen bevorderen; waer toe mede concurreert, dat ingevalle wy naer expiratie van den trefves in den oorloge ſullen moeten continueren, daer toe geen cleyne apparentie is, van tyt tot tyt noch meerder lasten ſullen opcomen, ende dat middeler tyt nu onlanx voor het overlyden van den Heere Prior van Sinte Catharynen albier was comen te vaceren de Commandeurye van Weerden, ſo waren die van de Stadt ende Steden eendrachtelyck met malcanderen verſproken ende gereſolveert, datmen den intereſſe van de voorſz opgelichte penningen ten deele mede behoorde te vinden uit den incomen van de voorſz Commandeurye, ende datmen d'ſelve daer mede by proviſie behoort te affecteren, ende den incomen van de voorſz Commandeurye tot profyt vant lant ende ſolagement van de ingeſetenen van deſe Pro-*

vintie door den Rentmeeſter van Sinte Catharynen te doen manieren, dan alſo wy verſtaen ende bericht werden, dat eenige van de Ridderſchap deſelve onſe goede intentie ende Reſoluti⁹ met alle manieren ſoecken te contramineren, arbeydende tot dien eynde dagelycks eenige ſtemmen van de Heeren van de twee andere Leden van de Staten tot ſich te trecken, ende de voorſz vacerende Commandeurye voor eenige van haer vranden te mogen becomen, ende alſulcx ons daer inne by de andere twee Leden, ſo het mogelyck ware, te doen overſtemmen, twelk indien het ſyn voortganck hadde, t' welk wy verhopen van neen, ende gereſolveert ſyn dien aengaende geen overſtemminge toe te ſtaen, wy ſonder twyfel onder onſe Gemeente nieuwe ſwaricheden ende inconvenienten te verwachten ſouden hebben, daer van wy de beginſelen van miſnoegen, ende aenſtaende ſwaricheyden in den voorleden jare gevoelt, ende in verſcher memorie hebben. Ende alſo wy dan niet en twyfelen, ofte uwe Furſt. Gen. ſal by gelegentheyt in deſe ſaecke mede geſolliciteert worden om deſſelfs favorabel voorſchryvens aan de Heeren Staten te mogen becomen, ſo hebben wy goetgevonden, ende niet kunnen naerlaten uwe Furſtel. Gen. by deſen daer van te verwittigen, vertrouwende dat deſelve uwe Furſtel. Gen. naer ſyne wysheit ende diſcretie onſe goede meyninge ende intentie tot dienſt van den Lande ende ſoulagement van onſe ingeſetenen, oock tot voorcominge van quader inconvenienten, die door het inwilligen van nieuwe impoſitien gecauſeert ſouden mogen werden, ſtreckende oock ſo goetvinden ende confirmeren ſal, verſoeckende derhalven ſeer dienſtelyck, dat uwe Furſtel. Gen. ſyne goede gelieſte ſy niet alleen alle ſollicitatien, die deſelve om voorſchryvens aen de Staten ſoude mogen voorgecomen ſyn, ende noch ſoude mogen voorcomen, af te ſlaen, maer oock by gelegentheyt de Heeren Geeligeerden, ende die van de Riddersſchap te induceren, dat ſy inſiende die tegenwoordige beſwaerlycke conjuncture van tyden daer toe mede gelieven te verſtaan, dat de goederen beborende aen de voorſz Commandeurye ten dienſte ende profyt van t' gemeene beſte vercoft, immers by proviſie voor eenige jaren in pantſchap uytgeſlagen, oft met eenige ſomme van penningen beſwaert ſouden mogen worden, ende dat voorts uwe Furſtel. Gen. onſen goeden yver in deſen ten beſten gelieve te interpreteren, dat wy uwe Furſtel. Gen. in meerdere affairen tot dienſte van den Lande ten hoochſten geoccupeert zynde hier mede beſwaerlyck ſyn vallende, &c.

Et

Et hoc publicationis in Diœceſi initium. Idem ceteris fuit fatum, exemplum ſecutis reliquis Fœderatorum Provinciis, publicante unaquaque, quod in ſuo ſitum territorio. Id autem ad equites poſtquam eſſet perlatum, totum commovit Ordinem, qui & ægre admodum rem tulit, & factam ſibi, ut putabat, injuriam paſſim queſtus omnem movit lapidem apud Ordines Fœderatos, & cum parum proficeret, omnes adiit Europæ Principes, opem petens conſilium. Sed quum & illud tardius, & non ex voto procederet, noſtrorum naves onerarias, quæ in Anglia, anno ſuperioris ſeculi LXII. includi arreſto à collegio Archithalaſſico, connivente ad id Rege, apud Anglos obtinuit. Sed ne id quidem ſucceſſit, aut res Ordinis promovit quicquam, audire Ordinis poſtulata, vel quicquam cum eo agere, aut inire aliquam pactionem recuſantibus noſtris, niſi navibus dimiſſis prius, & arreſto exemptis, ut latius habet Aitzema ad d. Ann. 1662. *lib.* 42. *hiſt.* Quod poſtquam tandem placuit, libellis deinceps Ordo & argumentis rem geſſit, omiſſis vi & armis, in quibus nulla ei ſpes, interceſſores habens, quibus nixus potiſſimum, Principum potentiſſimos, Galliarum, Angliæ, Daniæ, alioſque. Quibus quamvis auctoritas etiam Cæſaris acceſſiſſet, & Magiſter Teutonicus Haſſiæ Cardinalis, quem ſupremus Ordinis Præfectus ad rem hanc conficiendam Hagam deſtinaverat, continenter urgeret rem, Rex autem Galliarum ferme annos triginta ſaxum id volviſſet jam, ut ipſe ait Legatus in libello Ordinum Generalium confeſſui oblato *Ann.* 1664. 16. *April.* quem videre eſt apud Aitzema *lib.* 44. *hiſt.* oblatis non diu poſt ab Actore Haſſiæ Cardinalis adhuc ſæpius libellis, etiam anno adhuc 1667. ut eſt apud eund. *lib.* 41. *hiſt.* manſit tamen res conatu Ordinis irrito indeciſa in ſuo ſtatu. Rationes Ordinis, quibus uſus, & quas ejuſmodi exiſtimavit, quibus facile perſuaderi poſſet æquo judici reſtitutio, continentur libello, quem Legatus Regis Galliarum 3. & 5. *Martii* Ordinibus obtulit Hagæ Comitis Ann. 1663. Habet eum Aitzema *lib.* 43. *hiſt.* Nuſpiam autem, quod ſciam, idem habet argumenta, quibus nixi Ordines in contrarium in alia iverunt omnia, nec uſpiam etiam, ni fallor, extant, quod voce ut plurimum reſponſum, non ſcriptis libelliſve. Sed provinciam Ultrajectinam cum res hæc inprimis tangeret, ubi ſtatio ſeu aula Præfecti provincialis, cui etiam

etiam ſubjecti, qui per Hollandiam Zelandiamque Præfecti dicti ſimpliciter, ſi & addam hic, quid cenſuerint, Præfectorum tutela, Provinciæ ejus Ordines, nihil abs re me facturum exiſtimavi. Scripto id comprehenſum, quo uſos Ordines, cum res poſceret, dubitari vix poteſt. Nunquam tamen aut publicatum, aut publicari ab iis juſſum. Id autem hujuſmodi:

„ *De Staten van den Lande van Utrecht door de Heeren hare* „ *Ed. Mog. Gecommitteerden ter vergaderinge van hare Ho. Mog.* „ *in* 's Gravenhage *bericht ſynde*, dat van wegen die van *St.* „ *Jans* Ordre tot *Jeruſalem*, nu int eylant *Maltha* reſiderende, „ door hare gemachtigde, wederom groote inſtantien worden „ gedaen, om onder deſelve hare ordre te trecken verſcheyde „ Balyagien, Commandeurien ende andere goederen in deſe „ Vereenichde Provintien gelegen, ende onder anderen mede „ de Balye, Commandeurien, ende goederen van *St. Catha-* „ *rynen* in deſen Geſtichte, onder het gewaende pretext, dat „ die goederen aen de voerſz Ordre, ofte den Grootmeeſter „ van *Maltha* ende ſynen *Groot-Prior* in *Duytſchlant* gehelyck „ ſouden weſen ingelyft, ende t'eenemael reſorterende onder „ t'gebiet ende eygendom van den ſelven *Meeſter*, welcke in- „ ſtantien ende pretenſien oock dagelycks door ſtercke entre- „ miſen, recommandatien, ende ſollicitatien ſo mondelinghe „ als by ſchriftelycke brieven ende memorien ſodanich wor- „ den geſecundeert, ſpecialyck van de Heeren extraordinaris „ Ambaſſadeurs van ſyne Keyſerl. Maj. ende ſyne Maj. van „ Vranckryck, alſ of aen deſe ſake het gemeene intereſſe van „ alle Monarchen ende Princen van Chriſtenryck gelegen wa- „ re, ende dat de Heeren extraordinaris Ambaſſadeurs by de- „ ſelve miſſiven ende memorien haer oock ſo verre eslarge- „ ren, dat deſelve in ſcherpe comminatoire termen rond uyt „ ſeggen, dat de conſtitutie van deſen Staet niet toe en laet, „ dat deſelve plege een openbare onrechtveerdicheyt.

„ Dat deſen Staet ſonder te violeren alle Politycke ende „ wereltlycke rechten niet en kan weygeren aen den *Grootmee-* „ *ſter* van *Maltha* ende den *Prior* van *Duytslant* te reſtitueren „ de goederen die ſy eyſchen. Vermits ymant te benemen „ den eygendom ende t'recht van een ſake ſonder eenige wet- „ tige oorſake was een puyre violentie.

„ Dat alle de Monarchen ende Chriſten Princen door de „ meri-

„ meriten van de voerſz Ordre ende de rechtveerdicheyt van
„ hare ſake verplicht waren de parthye van deſelve te kieſen
„ met ſodanigen yver, dat ſy met alle middelen ſullen trach-
„ ten, dat deſelve *Ordre* werde gereſtabilieert in vreedſame
„ poſſeſſie.

„ Dat de reſtitutie deſer goederen geen langer uytſtel lydt,
„ ſonder aen geheel Europa te geven een impreſſie, contra-
„ rie als men behoort te hebben, van de oprechte intentie
„ van haer Ho. Mog. ende dat derhalve het langer ſtilſwygen
„ ſal ſtrecken voor een abſoluyt refuys ende verachtinge, oock
„ reden geven, om te geloven dat de Staten geen groot ver-
„ trouwen hebben op de rechtveerdicheyt van hare ſake, om
„ dat hare Ed. Mog. deſelve niet en defenderen.

„ Dat haer Ed. Mog. ſullen moeten ſatisfactie geven aen
„ alle de Monarchen ende Princen van Chriſtenryck ſo wel
„ Catholycke als Proteſtanten, die de parthye van de *Ordre*
„ opgenomen hebben.

„ Dat die ſatisfactie niet en ſal konnen gegeven worden als
„ door twee middelen, of met reſtitutie van de goederen, die
„ men wederom eyſcht, of met het publiceren van een mani-
„ feſt, t' welck bequaem ſal weſen om wech te nemen de opi-
„ nie, die alle de Princen gevat hebben van het goet recht
„ van deſe *Ordre*.

„ Dat haer Ed. Mog. de Staten ſouden moeten allege-
„ ren redenen genomen van de generale maximen van
„ de natuyrlycke reden, van het volckeren recht, ende
„ van de gemene gerechticheyt by alle Natien eenparich aen-
„ genomen boven andere diergelycke prætexten meer.

„ Alle t' welcke by haer Ed. Mog. na behoren overwo-
„ gen, ende in rype deliberatie geleyt ſynde, ſonderlinge in
„ ſerieuſe achtinge nemende, dat door ſodanige tael ende ſtyl
„ van ſpreecken getracht wort alle de werelt een impreſſie te
„ geven, als of haer Ed. Mog. andere luyden goederen, en-
„ de de poſſeſſie der ſelven by openbare onrechtveerdicheyt
„ ende violente uſurpatien hadden geincorporeert, ende hoe-
„ wel haer Ed. Mog. wel konnen oordelen, dat ſy in deſen
„ aen niemant gehouden ſyn van hare actien reden te geven,
„ hebben echter haer Ed. Mog. om alle de werelt te diſabu-

„ ſeren tegen ſodanige blamen ende calangen, ende met enen
„ uyt overvloet te juſtificeren hare diſpoſitie over de voerſz
„ goederen mettet geene daer aen dependeert, mitsgaders
„ om daer by aen te wyſen het notoir onrecht van deſe Hee-
„ ren pretendenten der voerſz Ordre, goet gevonden en-
„ de gereſolveert gemelte hare Ed. Mog. Gecommitteer-
„ dens ter Generaliteyts vergaderinge te laſten uyt haren naem
„ het navolgende voor te dragen, onder proteſtatie nochtans
„ van daer mede de judicatuyre over deſe ſake aen welgemelte
„ haer Ho: Mog. niet te willen deſereren, als dewelcke de
„ Generaliteyt niet en is rakende, maer de Provintien int
„ particulier.

„ Dat de *Joanniters* off *Maltheſer* Heeren en derſelver Sol-
„ licitanten haer pretenſe recht ende petitien op de gepreten-
„ deerde Baljagien, Commandeuryen, huyſen, ende goede-
„ ren onder het reſort ende gebiet van de *Geunieerde Provin-*
„ *cien* gelegen principalyck daer op pogen te ſonderen, dat
„ deſelve goederen gehelyck ſouden weſen ingelyft met ende
„ aen het *Corpus*, ſtoel, fundatie, ende ordre van *Maltha*,
„ ende den overſten *Meeſter* of den *groot Prior* van Duytſlant,
„ ende aen der ſelver Gouvernement in eygendom toebeho-
„ ren, daer over geen andere Princen, Potentaten, of Sta-
„ ten int geringſt yetwes hebben te diſponeren, dat die van
„ deſelve *Ordre* ende haren *Grootmeeſter* die goederen voir
„ enige euwen hebben geacquireert door fundatie, contract
„ onder den levenden, of door teſtamenten ende uyterſte
„ willen van de fundateurs, alles met onereuſe titulen ende
„ onder een euwige verbinteniſſe van de wapenen te moeten
„ voeren tegens de algemeene vyanden van de Chriſtelycke
„ religie.

„ Dat alle t' ſelve met goede redenen kunnende worden
„ ontkent, als weſende alleen naeckte abuſive dicenten ſon-
„ der enich bewys, emmers t' welcke tot noch toe niet en is
„ vertoont, deſe Heeren pretendenten, om ſulex andere me-
„ de te doen gelooven, voor al gehouden waren ſodanige
„ datien, contracten, ende teſtamenten te exhiberen, in plaetſe
„ dat deſelve haer ſoecken te behelpen met eenige ſub ende
„ opreptive appoinctementen t' anderen tyde van deſe of die

„ Pro-

„ Provintie, ofte oock van haer Ho. Mog. nu ende dan door
„ importune ſollicitatien ende andere wegen by eenige der ſel-
„ ver miniſters uytgewerckt.

„ Dat ſo lange dat principale poinct ende eenigſte funda-
„ ment van der Heeren *Joanniters* intentie met effective pro-
„ ductie van die beſcheyden niet voor af en wort geveri-
„ fieert haer Ed. Mog. niet gehouden ſyn ſich ergens over
„ met deſelve in te laten, als midlertyt genoech ſynde op
„ het preſuppooſt van *non probatæ intentionis* deſer ſyts te exci-
„ pieren *de non jure petentium.*

„ Dat oock ondertuſſchen met meerder recht ende waer-
„ heyt geſeyt ſoude konnen werden, dat de voerſz goede-
„ ren, voor ſo veel deſe Provintie belangt, ende die totte
„ *Balye* van *St. Catbrynen* ſpecteren vermogens de oorſpronc-
„ kelycke fundatien ſyn beſondere *Corpora per ſe ſubſiſtentia*
„ hier te lande gefundeert ende verſamelt uyt pieuſe giften
„ ende elemoſynen van d'eygene ingeſetenen deſer Provintie,
„ principael tot conſervatie ende onderhout van den Gods-
„ dienſt ende den Gaſthuyſe van alle krancke, gebreckige,
„ miſerabele perſonen, ſonder met de *Ordre* van *Maltha* eeni-
„ ge gemeynſchap te hebben. Dan dat die van deſelve *Balye*
„ in kerckelycke ceremonien en diſcipline die *Ordre* voor hare
„ Overicheyt in voortyden erkent, ende der ſelver viſitatien
„ onderworpen geweeſt ſyn.

„ Ende hoewel ſy geſeyt worden *olim militaſſe ſub Priore*
„ *Alemanniæ*, dat ſy nochtans in de laetſte tyden van de mi-
„ litie bevryt ende in ſtillicheyt hebben geleeft, onder haren
„ *Balyer* een volkomen geeſtelyck leven aengenomen hebben-
„ de, ende als ſodanigh in haer Hoſpitael alle armen, ende
„ alderley krancken, ſelfs die met de peſt beſmet waren be-
„ dient, ende van nodich onderhout, medicamenten, ende
„ van andere behoeſten verſorgt hebben.

„ Dat oock die van deſelve *Balye* van *St. Catharynen* van
„ hare middelen uyt pieuſe giften ende elemoſynen gecol-
„ lecteert in voorige tyden ontſet ſynde door ſupplicatien
„ verkregen hebben het *Hoſpitael* of Gaſthuys van *St. Agatha*,
„ t' welck in den jare 1378. gefundeert was om te ontfangen
„ alle vreemde armen ende gebrekige.

„ Dat ſy oock al voor honderden jaren ſyn geeximeert ge-

„ weeſt van de macht van den *Prior* van *Duyſtant*, dat ſy
„ haren *Balyer* altoos ſelfs hebben gekoren ende geſtelt.
orbem redegit. Hæc Sacra Hannibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt. Æquum eſt, quicquid omnes colunt, unum putari. Eadem ſpectamus aſtra, commune cœlum eſt, idem nos mundus involvit. Quid intereſt, qua quiſque prudentia verum requirat; uno itinere non poteſt perveniri ad tam grande ſecretum. Hactenus Symmachus, introducens quaſi loquentem pro ſe Romam. Ubi vel maxime notanda puto, quæ ſub finem poſita. Sed hæc in uſum tuum ita vertas velim, ut mei nulla fiat mentio, eſt enim ut ille ait, genus irritabile vatum. Tum & eum ex veteri, quæ mihi cum eo intercedit, conſuetudine ut familiarem compellare ſubinde utique ſoleo. Tu mi optime clariſſimeque Vedeli quam feliciter bono publico vive ac vale. Dab. Hardervici Gelrorum 26. Novemb. 1636.

EPIST. IV.

IDEM

V. CL. JOANNI FREDERICO GRONOVIO S.

Statianæ aliquot emendationes. Statii Papinii uxor non Polla ſed Claudia.

NUllas à te, Gronovi Clariſſime, literas accepi, niſi iſtas modo, datas à. d. XIX. Cal. Januar. anni 1637. redditas mihi VI. Januar. anni ejuſdem. Ex his nunc primum intelligo te Hagæ Comitis agere, & Diatriben Statianam parare, petereque, quod & ante petiiſſe te addis, de quo tamen nihil mihi conſtat, ut aliquid communicem, quod facere poſſit eidem diatribæ exornandæ. Scito in Analectis meis, quæ apud te incompacta aliquando Amſterodami vidi, ſi ligata ea compactaque propius excuſſeris, reperturum te emendationes bis ſenas & ultra, quarum me necdum pœnitere poteſt. Unam tantummodo earum, quod non ſemel miratus ſui, lectionibus ſuis Papinianis inſeruit Gevartius, mei memor. Sed aliunde fortaſſis, & amici magis ſuggeſtione, quam libri ipſius ſeu Analectorum iſtorum inſpectione hauſiſſe eam exiſtimo. Te propius accuratiuſque acturum hoc non dubito. Et ſi lubet

emendationi, quæ eſt in iiſdem Analectis, ad *Arborem Atedii*:

Spargere tu laticem & foliis umbrare memento,

quam ego inter palmarias habeo, vulgo enim eſt *turbare* pro umbrare, ei inquam emendationi, ut & iis, quæ ad eam dixi, *Analect. lib. 2. cap. 13.* addas hæc inſuper Plinii velim: *Quis non jure miretur arborem umbræ tantum gratia ex alieno petitam orbe? Platanus hæc eſt, per mare Ionium in Diomedis inſulam ejuſdem Tumuli gratia primum invecta, inde in Siciliam tranſgreſſa.* Poſtea præter jam dicta in Analectis obvia occurrit olim Gevartii editionem inſpicienti ad Claudiam uxorem *verſ.* 87.

Nulla foro rabies, non ſtrictæ jurgia legis,
Morum jura viris.

Legendum *Morum cura viris.* Cui quam optime jam quadrabit, quod citat ex Germania Taciti Gevartius: *Apud eos plus valuiſſe bonos mores, quam apud alios bonas leges.* Nec dixit Statio abſimiliter Juvenalis: *tanta eſt quærendi cura decoris*, & Manil. Aſtronom. *Illis cura fui vultus.* Hinc in Epicédio ad Fil. *verſ.* 1.

Me miſerum? (neque enim verbis ſolennibus ulla
Incipiam, nec Caſtaliæ vocalibus undis
Inviſus Phœboque gravis) quæ veſtra &c.

Rotundiſſimus ſenſus reddetur, ſi legas *nunc* pro *nec.* Clariſſimus Gevartius locum expeditum putabat, ſi pro *nec* ſubſtitueretur *ne.* At pendere nihilominus nec ita conſtare orationem quis non videat. De quo memini monitum à me continuo, poſtquam ad me ſuum Papinium miſiſſet, Gevartium ipſum, & conjecturæ iſte noſtræ ſuum adjeciſſe calculum. Ultimo denique quod ſuggerendum habeo, majoris fortaſſis abollæ ſit, perperam ſcilicet inoleviſſe ex Statii ejuſdem verbis, quæ habentur *lib. 2. Sylvar.* in Epiſtola dedicatoria ad Melio-

Digitized by Google

Meliorem Atedium, iſtis inquam: *excludit volumen Genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria chariſſima uxorum, cum hunc diem forte conſecraremus, imputari ſibi voluit*, ex illis inquam inoleviſſe, quaſi Polla Argentaria, quæ nupta & uxor fuit Lucani, exinde uxor fuerit Statii Papinii, & ita cenſuiſſe, qui haud ex plebe doctorum ſui ævi fuit, Sidonium Apollinarem reperies *carm.* 23. verſibus iſtis:

Quid quos duplicibus jugata tædis
Argentaria Polla dat poëtas.

Duplicibus tædis, id eſt, Lucani & Statii. At nihil ejuſmodi ex Genethliaco, quo natalem celebrat Lucani Statius, nec ex Epiſtola ipſius jam indicata liquere poteſt, etiamſi id velit Sidonii interpres doctiſſimus alias Savaro. Nam in iſta Epiſtola appellat quidem Papinius Pollam *chariſſimam*, vel ut vetus habet lectio clariſſimam uxorem, at non ſui ſed Lucani aſpectu. Et quis ante Sidonium tale quid prodidit? ut merito inter ſphalmata tanti viri memorandum hoc habeam. Fuit enim Papinii uxor non *Polla*, ſed *Claudia*, cujus iiſdem in Sylvis præclare meminit, vivamque magnifice celebrat Statius. Sed de hoc egiſſe etiam alibi me, & præſertim in Prolegomenis meis ad Senecam Tragicum, ſi inquirere grave haud fuerit, invenies. Habes ad Diatriben tuam Statianam. Quod autem addis: *ita uterque Liber & Caſauboni & noſter ante futuras nundinas abſolvetur*, non capio, niſi id de Caſaubono clarius mihi aperias, Davo hic non Oedipo. Tu mi Gronovi quam feliciter vive ac vale. Dab. Hardervici VIII. Jan. biduo poſt acceptas tuas 1637.

Cyprianus meus MS. ut ad me aliquando redeat, recte facies, ſi eum Leidæ in manus cognati mei Boxhornii tradideris. De quo & ipſum monui.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. V.

IDEM

EIDEM

Pro turbare apud Statium legendum umbrare, & cur ſic legendum.

ORnatiſſime Gronovi, Acceptis ac lectis tuis, quibus reſpondes ultimis noſtris, continuo oblata hac oportunitate remitto has meas cum epigrammate, quod dum aliud ago in Diatribam tuam ad *Statii Silvas* luſi, occaſione vernantis ac omnia amœna ſpirantis nominis tui, quod, ut ſic dicam, ſua ſponte huc traxit. Tu qualecunque carmen æqui bonique facias. *Spargere tu laticem & foliis turbare momento*, quod ſic ſatis intelligere te poſſe ais, concedam, ſinamque lubens, ut in depravatis authorum locis interpretandis, cui volupe eſt, ſe torqueat retorqueatque. Mihi alia mens, & verum etiam ab inimico oblatum amplecti ſedet, præſertim hoc loco, ubi non tantum, quæ ex Plinio nuper, & olim ex Propertio in Analectis attuli legendum ſuadent *umbrare* pro turbare, ſed etiam id ſuadent ipſa quæ ſequuntur Papinii verba, & inter cetera iſtud, quod proxime ſubjungitur, * *& diſcolor umbra Populus*, & iſtud maxime quod præcedit verſu ſtatim primo:

Stat quæ perſpicuas nitidi Melioris opacat
Arbor aquas.

Ubi *opacat aquas* idem quod hic *umbrare laticem*. Umbrare autem

* Ipſe autem quoties hoc verbo *umbrare* pro *inumbrare* ſit uſus, quamque ei familiare id, demonſtrabit ejus *Thebais*, & *Sylvæ* quoque, & adde præter cetera *Epulum Domitiani Eucharisticum*. Adeo ut indignum ſit exulare id ulterius ex Arbore Atedii, & locum non habere ſuo in loco.

Digitized by Google

autem dixit verbo ſimplici pro compoſito, ſecutus, ut ſolet, Maronem, qui haud aliter extulit 3. *Æneid.* Et quæſo te, ut nihil nunc aliud addam, quomodo non ornus aut arbor alia ſed folia arboris leviter caduca & volantia *turbare laticem* honeſte dicentur? Plura hoc tempore, etſi vellem vetat feſtinus hic brevigerulus. Tu mi Gronovi feliciter vive ac vale. Dab. raptim xx. Januar. 1637.

EPIST. VI.

JO. FREDERICUS GRONOVIUS

JO. ISACIO PONTANO S.

Judicium de ea emendatione Frederici Gronovii.

S. Pl. Clariſſime virorum, Quas bis ad me dediſti, bis recte accepi. Reſpondiſſem citius, niſi catenatæ me occupationes tantum non occiderent, nam & noſter nos exercet libellus, & Caſauboni Epiſtolæ calefaciunt præla, nec alia ſtudia diverſiſſima cauſſariam tantiſper miſſionem, immo ne commeatum quidem concedunt, dum iſtoc munere fuerimus defuncti. Pro Poematio tuo magnas ago gratias & hac hedera crucium noſtrum vinum commendabimus. Viſus es indigne ferre, quod tuum illud *umbrare* genuinum Statii in Arbore Atedii eſſe non perſuadeas. Vellem, mi Pontane, omnes tuas emendationes tales eſſe, ut non apud me modo, ſed omnes recte ſentientes κύριαι δόξαι haberentur, nam ego cur judicium meum, quod utcunque tenue, immo nullum, ſi tecum aut cum tui ſimilibus contendatur, magnum ſane eſt reſpectu conditoris, cui devoto pectore gratias ago, propterea mutari nolim, cauſſam non habeo. Noſti illud: τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερος δ' ἀνέυσατο Quod ſi uſpiam, certe in literulis noſtris locum habet, & multi ubi ſemel rem acu tetigimus, centies deerramus. Nec quiſquam mortalium, non Scaligeri ipſi, non Caſauboni, ſine venia eas tractare potuerunt. Quo minus iraſcendum nobis, ſi aliquid aliter ac tu, & forte male, intelligimus. In miſcellis meis integrum caput de Platani umbra & rigatione eſt, ubi duos Ovi-

dii, duos Calpurnii, unum Martialis illuſtres locos emendamus. Sed de illo *foliis turbare* quid ſentiamus, videbis in Diatribe; nec enim deſcribere vacat. Scriverio certe tuum placet, & progreſſus ultra etiam pro *laticem late* corrigit. Ego ſuſtineo manum & puto me ex indole Statii & peculiari uſu verbi *turbare*, qui apud ipſum eſt, vulgatam explicuiſſe. Si bene ſucceſſit, non fuit tortura ingenii, ſed peritia phraſeos Papinianæ. Si male, habeant hoc cum plurimis illi, qui poſt nos ſcripturi ſunt, quod vellent. Malim tamen ingenium meum torquere, quam autorem antiquum temere vulnerare. Correctiones tuas, quas propoſuiſti in Analectis ideo non citavimus (velle enim videris ſublato velo ut tecum loquar) quia vix unam probavimus. Et facile vides nullam aliam Gevartio cauſſam fuiſſe, cur eas ſilentio præteriret. Conſtitit igitur nobis amicitiæ ratio, & alias captavi occaſiones, ubi nomen tuum honorifice appellarem, & chartis meis inſererem. Quod videbis; nam non adeo me abſurdi judicii opinari potes, ut ex paucis leviculis conjecturis de PONTANO æſtimari debere putem. Quare nec indignum videri tibi debet, quod interdum à te diſſentiam, & apud me obſervantia erga virtutes tuas iſtiuſmodi ingenuitate nullam labem patitur: cupioque amari à te quamvis defendam id quod animum meum probabilitate aliqua percuſſit. Vale vir præſtantiſſime & me ama. Hagæ a. d. v. Kal. April. A. CIↃ. IↃC. XXXVII. Tuus omni cultu ſtudioque J. Fred. Gronovius.

EPIST. VII

JO. IS. PONTANUS.

V. CL. MARCO ZUERIO BOXHORNIO Cognato ſuo S.

De nuptiis Boxhornii.

TUas mi Cognate Vliſſingæ datas v. Februar. accepi hic Hardervici decimo ſexto ejuſdem menſis ſecundum ſtylum veſtrum, quem novum vocamus. Ex iis lubentiſſime intel-

intellexi pactam disponsamque tibi lectissimam virginem Catharinam de Putte, filiam Reverendi ac Spectatissimi viri D. Caroli van den Putte, & nuptias cum ea facturum te XXIV. Februar. petendo effiagitandoque à me meaque, ut ea vestra solemnia, nostra præsentia coronestaremus. Quod prius attinet tibi oppido Cognate suavissime gratulor gaudeoque comparem obtigisse tibi ex animi voto, cum qua & vivere tibi & mori dulce putabis; sed hoc post annos, quos Deus vobis donet, vel Nestoris, vel alios talium, qui vita longiori apud authores sacros prophanosque celebres memorantur, vel cujusmodi, ne longe exempla petamus, vixere Boxhornii, avus aviaque tui. Et hæc quidem ego uxorque, ut alteri Epistolæ tuæ parti respondeam, lubentissime tibi tuæque coram, quo invitas, diceremus, precaremurque, nisi interjicerent se non tam montes quam maria multa, tum & tempus, quod nunc, ut ille loquitur, hyemat, aliud quoque dictet, nosque intra tuguriola nostra aut hybernacula, ut sic dicam consistere suadeat, seniculos præsertim. At vos vivite & valentem exercete juventam, cum apprecatione bonorum omnium,

Quæ vitam hanc faciant piam & beatam,
Et post hanc tribuant beatiorem.

Dab. Harderv. 16. Febr. 1632.

EPIST. VIII.

HENRICO ZUERIO BOXHORNIO
Cognato suo S.

Plerumque honestos conatus prohiberi.

ORnatissime Cognate. Illud quod instituì nuper navigare mare, an pede inoffenso percurram, θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, ita à prora magis quam à puppi incumbentem ventum sensi. Et quantum video supparo nonnihil demisso ac velificatione opus erit, si attingere portum velim. Est apud Tacitum, ubi deter-

Digitized by Google

retur miles à fossa ex Arari in Mosellam ducenda, quod huc pertinet, dicereque cum eo liceat, *ita plerumque prohibentur conatus honesti.* Hoc tibi velut ænigma nunc scribo. Coram fortasse aut alias sine sipario ullo vel aulæo tecum loquar. Audio editum à te Heinsianum aliquid, quod mihi persuadere non potui, id scilicet me celare aut invidere mihi te voluisse aut potuisse. Ejus quid sit maxime ut intelligam te convenio. Nam mea, quæ nunc parata sunt, eo usque apud me servabo. Tu vale & salve. Fratri tuo cum scribis marito novo, ei significabis & accepisse me ejus literas nuptiales & respondisse. Hardervici 2. Martii stilo nostrate 1637.

Epist. IX.

IDEM

Nobiliss. & Magnif. Dn. Christiano Frisio Toparchæ in Gragerup. Regis Daniæ Cancellario.

De discussionibus historicis Pontani. De Danicæ historiæ tomo secundo.

PAucæ sunt admodum hebdomadæ, cum ad tuam Magnif. mitterem *Discussionis meas historicas*, quibus quod ad tuam Magnificentiam relatum tunc uberius respondi Johanni Seldeno Anglo, qui in *Clauso* illo *Mari* latissime maris ejus, quod Angliam, Britanniamque circumluit, extendens fines, etiam Norwegiæ littora ejusque insulas eum in censum trahit reluctantibus vetustissimis tabulis ac jure, quo ut & actis publicis, ipsaque Danorum historia, quæ à nobis est evulgata, ea singula Daniæ Norvagiæque asseruntur. Sed hoc libelli quicquid est, tuas in manus Magnifice Dn. Cancellarie recte delatum licet haud dubitem, hic tamen commonendum iterum existimavi, ut officii nostri ratio apud Magnificentiam tuam constaret, tum etiam ne forte nobis, si flagitet necessitas, adversus ejusmodi Cyclopes deessent Joves. Addidi & hisce earundem Discussionum ad tuam Magnificentiam exemplar alterum,

Digitized by Google

rum, reddendum, ſi ita tuæ videretur Magnificentiæ, vel affini, ſi modo & ipſis legere iſthæc atque cognoſcere volupe fuerit. Miſi quoque ad DD. Quæſtores Regios DD. Windium & Beckium, cuique exemplar unum, tradendum ipſis per negotiatorem Hafnienſem Martinum Schultzium. Cui etiam in mandatis dedi, ut expiſcaretur, vel potius ut operiretur, donec ex Magnificentia tua intelligeret, quando præcipue opportunum videretur, ut ſalarii noſtri Regii obtineri aliqua portio à Quæſtoribus Regiis poſſet. Qui nunc præ manibus eſt hiſtoriæ noſtræ Danicæ tomus ſecundus ad Reges recentiores Chriſtianos & Fredericos cum Deo perductus à nobis habetur. Saltem chirographa & monumenta nonnulla, quæ huc ſpectant, & maxime ad Fredericum ſecundum ex Regiis Archivis ſuppeditanda deſiderari mihi video. Quæ & ejuſmodi alia ut ad manus aliquando noſtras referantur votum noſtrum eſſet. Interim Deus Opt. Max. tuam Magnificent. diu florentem atque incolumem ſervet & ſoſpitet. Dab. Hardervici Gelrorum ipſis Cal. Jun. 1637.

EPIST. X.

IDEM

V. CL. NICOLAO VEDELIO S.

Pietas ſeu pium eſſe an competat Iudæis. Sinus Perſicus quis.

UNus eſt ex patrum, quos citas permultos, de Judæorum pietate, & qualis præſertim de ea (ut verba diſertiſſima ipſiuſmet Chriſti omittam) S. Athanaſii locus, quem hic adſcribam, ſive ex tuis repetam potius, iſte nimirum: *Judaiſmus oppoſitus eſt paganiſmo, & neuter pietatem habet, ſed uterque veritate deſtituitur &c.* Qui locus manifeſte militat adverſus verba ſive verſum epigrammatarii

——— ——— ——— ——— *Non unius ævi,*
Non populi unius credimus eſſe pium.

Et idem quoque locus apte ei loco à te adductus poſituſque

uno, ut ſic dicam, pedatu evertit, quidquid hic aut dixit aut in poſterum fortaſſe dicturus ſit adverſarius. Torqueat inquam ſe, vel quicunque is erit, haud tamen extorquebit, quin iſtis Athanaſii verbis conficiatur, *pietatem* aut *eſſe pium*, quod habet epigramma, haudquaquam competere Judæo, aut populo, cujuſmodi hodie eſt, Judaico. Verum

Nos hac à ſcabie tenemus ungues,

& tibi potius, quas poſſumus, pro lectiſſimo, quem dono miſiſti, libello tuo gratias agimus. In noſtro, quem ad te jam ante miſeramus, ſinus Perſicus is intelligitur, qui Arabico ſive Rubro eſt proximus, & facili flexu ac navigatione ex eodem Arabico ad lævam collocatus intratur. Eſtque ibi, haud longe ab ingreſſu, Tyrus inſula, authoribus memorata. Ptolemæo, quod etiam meminimus, Tylus dicitur, qui videndus Aſiæ Tab. VI. ubi de Arabia *Felici* & Carmania. Tu clariſſime Vedeli quam feliciter vive ac vale. Hardervici Gelrorum XVI. Junii 1637.

EPIST. XI.

IDEM

V. CL. D. ANTONIO MATTHÆO genero ſuo S.

Petrones. Vervex ſectarius. Muto.

GEner perdilecte, Raptim hæc ſcribo, reverſus heſterno die Zutphania, & ex itinere ut fieri ſuevit, necdum recollectus, aut juris mei. Interim gratum fuit intelligere, feliciter vos Amersfortia, ubi dividebamur, domum reverſos, vos ut intelligo quinta veſpertina, nos hora nona necdum domi eramus, horas totas quinque, & quod excurrit, carro jactati. Locus Plauti, quem injiciebas, eſt in Captiv. de *petrone*, & explicant *petrones* eſſe ruſticos, à petrarum aſperitate. *Vervecem* autem *ſectarium* à teſtibus reſectis dici, & ideo eſſe

esse carnem ejus sapore commendabilem, vulgo *mutonem* vocant, cum petro contra sive aries sit ingratus sive graveolens. Sicuti autem *petrones* Plautus ita Lucilius *rupices* dixit: *Varronum & rupicum squarrosa incondita nostra.* Repperi huc reversus Zutphania literas affinis mei Adriani ab Heden, avunculi vestri, quem nonnihil, ut videtur, pupugit, quod non Amsterodamo, sed per Velaviam & Amersfortiam terra Ultrajectum redieritis. Expectabat enim vos & præter opinionem hoc ei accidit. Ego proxime ad eum scribens causam facti & occasionem aperiam, vosque nosque excusabo. Quod reliquum est, Deus Opt. Max. te mi gener perdilecte, una cum conjuge totaque familia, quam feliciter servet ac sospitet. Hardervici IV. Jun. 1635.

EPIST. XII.

JO. IS. PONTANUS

V. CL. ARNOLDO BUCHELIO S.

Libri à Pontano editi edendique.

. . . . . Gallorum veteri. Quod Glossarium altera sui parte nunc auctius, instant amici, ut seorsim recudatur ob argumenti festivitatem, & verba alicubi Divi Hieronymi, à quibus haud dissident illa Josephi Scaligeri in Animadversionibus Propertianis, *Gallorum veterum idioma sine dubio fuit Theutonicorum.* Sed aliis distracto vacare singulis haud datur. Post itinerarium Amstelodami evulgatum typis Hondianis *Amstelodamum nostrum*, & inde Hardervici Originum Francicarum libri sex Ann. 1616. impensis Henrici Laurentii bibliopolæ Amsterodamensis. Et mox *Macrobius* noster recognitus à nobis ac editus est cum curis nostris secundis ex typographia *Jobannis Maire* Lugduni Batavorum 1628. Respondimus quoque V. Clariss. Francisco Suertio Antverpiensi, qui nescio quid carpere visus in Amsterodamo nostro, & maxime, quæ ibi occurrunt, *Excursiones* super cœnobiis, sacrisque immutatis, ac Baronio. Huic levi brachio & quod sufficere existimavimus *Epistola Apologetica* satisfecimus. Post hæc recogniti & obiter locis aliquot adnotati editi-

Digitized by Google

editique forma minuscula ac manuali typis Joh. Jansonii, Florus, Suetonius, Sallustius, Cæsar, Justinus, Plautus, Tacitus, Valerius Maximus, & ultimo denique Q. Curtius. Hunc non *Notis*, sed addita ad calcem una alteraque ad Vir. Clarissim. Gerardum Joh. Vossium Epistola ostendimus nequaquam ad Claudii Imp. & illud anterius ævum, ut existimavit præter ceteros in Variis suis, quem sequitur Vossius, Clariss. Rutgersius ὁ μακρίτης, sed ad Nervæ & Trajani tempora omnino referendum. In scriniis servantur edenda aliquando, si Deus otium & vitam concesserit, præter tomum secundum *Historiæ Danicæ*, præterque *Historiam Gelricam* ex schedis ac monumentis, quæ Archiva nobis Gelrica suppeditarunt, ad bella propemodum hodierna ab ovo, quod dicitur, deductam, Adagiorum novum opus ac Sylloge, post omnes omnium observationes, ut & Hypercriticus Adagiorum, quæ Erasmo quidem aliisque memorata, sed vitio Codicum aut alias minus intellecta perperamque exposita sunt. Habetur & affectus Catalogus Italorum atque Hispanorum, qui Papæ Romano post Martinum Lutherum aut scriptis aut alias reclamarunt. Item *Originum Libri* sacra & ceremonias Ecclesiæ Romanæ præcipue spectantes. Ut omittam *Auctarium* Latinæ linguæ, & *Libros* perplures *Analectis* nostris addendos, quibus varia variorum optimorumque authorum loca vel exponuntur, illustrantur, supplentur, vel emendantur, quos in genere *Libros Retractationum* appellabimus. Tum & versibus, quæ per otium lusimus, quorum perierunt nonnulla, cetera adhuc asservantur typis quandoque junctim describenda, ne in totum pereant. Nec recensui modo, quas ex officio quotidie disputationes philosophicas & præsertim physiologicas publice sustinemus, quarum pleræque typis descriptæ. Neque addita illa, quæ præter *Epistolas Lipsii posthumas*, in *SS. Scripturas*, & *Novum* præcipue *Testamentum* observata habemus, ut & *Pathemata* humani corporis, quæ in Sacris occurrunt, pressius explicata. Habes, mi Bucheli, soracum, ut sic dicam, libellorum. Ex quibus si quid ad recta juvanda studia eorumque studiosos manabit utilitas, scopum assecuti sumus, sin minus eo animo tot subiisse labores conscientia recti solabitur. Tu, præstantissime Bucheli, quam feliciter vive ac vale. Hardervici XIX. Maji 1633.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XIII.

IDEM

V. CL. JOH. LYDIO S. P.

Supplementum continens ad Balæum.

QUem mihi commendas juvenem commendatum acceptumque habui, cum ejus, tum inprimis commendantis nomine. Fecit idem & D. Thyſius. De quo quod dubitas & quæris an vivat, ille vero ſupereſt & veſcitur aura ætherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris, pleonaſmo hoc tibi dicam, ſed eo excuſatiore, quod Virgilii. Baleus tuus lente procedit, & maxime hoc tempore, quo libri typothetes, poſtquam illi cum hero lis incidiſſet, abiit, vel potius evaſit erupitque. Ventum, ni fallor, ad uſque Pium ſecundum aut tertium. Ad Clementem VII. hoc addi velim & quidem in eam formam, ut ſequitur:

Appendicula ad Clementem VII.

Claruit eodem hoc ſeculo in Italia apud Illuſtriſſimum Ferrariæ Ducem Herculem ſecundum Marcellus Palingenius Stellatus, cujus etiamnum exſtat Zodiacus vitæ ſeu de moribus ac ſtudiis recte inſtituendis, opus haudquaquam inerudītum. In eo Clementis hujus VII. *utpote, Palingenio ſynchroni, nominatim fit mentio, verſibus, qui ſuperioribus à Balæo memoratis omnino adſcribi merentur. Ita enim habet ſub finem fere Capricorni:*

—— —— —— —— ilicet illic
Egregius juvenis Remiſſes aſtitio; omnes
Adveniſſe illum gaudent, lætique ſalutant,
Atque rogant quidnam Romana ageretur in urbe,
Cuncti luxuriæ atque gulæ furtiſque doliſque
Certatim incumbunt, noſterque eſt ſexus uterque,

Reſpondit, ſed nunc ſummus parat arma ſacerdos
Clemens, Martinum cupiens abolere Lutherum,
Atque ideo Hiſpanas retinet nutritque cohortes;
Non diſceptando aut ſubtilibus argumentis
Vincere, ſed ferro mavult ſua jura tueri,
Concilium valeat, valeant commenta Lutheri,
Pontifices nunc bella juvant: ſunt cætera nugæ
&c.

Sed ita hæc velim cenſeamque, niſi tu aliter velis ſtatuaſque. De quo ut certior fiam, & quæ ſit animi tui ſententia, per Rhodium noſtrum, qui has adfert, ſignificabis, aut alias ſi videtur prima occaſione reſcribes. Vale Hardervici 17. Jul. 1615.

Epist. XIV.

IDEM

V. Cl. Petro Scriverio S. P.

De Cluverii Germania judicium. Scaligeri carmen.

CLuverii Germania recte quidem reddita nobis eſt, niſi quod bina folia deſiderari animadvertit bibliopegus, quorum prius eſt *T.* 4. *lib.* 3. alterum in Vindelicia & Norico *cap.* 2. Hæc primo quoque tempore ſuppleri ac mitti optem, ut liber compingatur, alias parum, aut ſaltem non ſine moleſtia, futurus uſui. Nihil enim illibentius quam Codices incompactos lego verſoque, ut vel hoc, ſi nil aliud, Scaligeri noſtri habere me glorier. Ipſum opus, quatenus id obiter introſpicere licuit, ingens eſt & vaſti laboris, Rhenanum, Lazium, Irenicum, Vadianum, Althamerum, Velſerum, & ſiquid præterea talium Authorum aut Commentatorum eſt, uno veluti corpore ac circo comprehendit, ac claudit. Nec quidquam illi niſi ſummam, & pene dicam anxiam & curioſam diligentiam objicias. Et id tum præſertim, ubi ſuo utitur ingenio

ac

Digitized by Google

ac cortice natat. Non quod illud non rectum ſæpe agnoſcam, ſed quod ſæpius à recto deflectere quoque ac præcipitari cogar agnoſcere. Et nonne inter alia tale eſt, quod Cæſarem, quod Tacitum nullo veterum Codicum aſpectu aut reverentia tam confidenter emendet paſſim, ac mutet. Quis veterum innocentiſſimos illos Germanos majores noſtros, *ſepta pudicitia*, ut habet Tacitus, nec ullis vitiorum illecebris aut irritamentis penetrabili, ita celebravit, quemadmodum fecit ille, ut pene proſtituat, ac Cynicos faciat? Vid. *p.* 134. *verſ.* 25. Nec falli nos hic eorundem Authorum occaſione, nullo carpendi ſtudio, noſtra aliquando oſtendent, quamvis interea nec tuum hac de re judicium ac ſententiam intento jam ad fontem digito ſubterfugero. De cætero, & quæ nos ſpectant, animadverto non voluntatem, ſed vires illi nos noſtraque refellendi, ſua tutandi defuiſſe. Unde & fit, ut paſſim pro rebus logos reddat, & ubique ferocibus &, ut ille ait, Herculeis me verbis invadat, adeo ut ſubinde Thraſonem Terentianum atque Plauti Pyrgopolinicem ſpectare atque audire videar. Unum occurrit (neſcio an plura ſint, percurrere enim omnia necdum otium fuit) in quo nequaquam bona, & eorum, quo celebrat, Germanica, ſed Punica plane fide mecum agit, dum Taciti quendam locum culpa typographica in Disceptationibus noſtris minus recte expreſſum (*rebelles* enim pro *imbelles* editum) mihi impingit. Nam facile profecto, ſi æquus ei animus fuiſſet, animadvertere erat mendum typographicum eſſe, nec hoc eo loci agi, an *rebelles* an *imbelles* verior lectio, ſed id quæri, an ibi Tacitus de æſtuariis Flevi, deque Rheno, quem Iſalam dicimus, an vero de medio Rheni alveo Zelandiæque æſtuariis eſſet intelligendus. Quorum à nobis prius aſſeritur, alterum argumentis ſatis firmis ut erroneum & huc detortum convellitur. At Cluverius re & cauſa ipſa ſilentio ſuppreſſa, mei calumniandi ex illo, ut jam dixi, non correctione mea, ut ille argutatur, ſed typothetæ mendo occaſionem arripiens fuſe expatiatur, ac diſertum ſe facit, quaſi ego utpote ad laudem Batavorum hoc traductum cupiens, nec ferens eos à Tacito *imbelles* appellari, ideo *rebelles* repoſuerim, cum Tacitus non de Batavis ſed in genere de Gallis ibi agat, nihilque à veritate ſit alienius, quod ille inducit vel cogitaſſe me eo loci. En qualem adverſarium,

ſive tu pugilem, aut pyctem, vel antagoniſtam denique appellare malis, nactus ſum! qui etiamſi militem ſe quoque, inque militia & ſub pellibus magis quam in ſcholis philologicis verſatum non ſemel jactet, nihil tamen minus quam quod militem & bellicoſum decet, agit. Ibi enim ut habet vetus verſus, *preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir*, id eſt, ut ad noſtrum certamen transferam argumenta opponuntur argumentis, res cum re confertur, at ille ſepoſita cauſa & ſtatu quæſtionis ad alia omnia orationem perſonamque traducit, niſi forte in ea potius militum claſſe nomen ſuum profiteri dicas, de qua alius verſiculus, *Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?* Interim ſuave fuit agnoſcere eum in noſtra caſtra conceſſiſſe, quod ad locum non tantum Dionis, ſed & linguam Gallorum veterum, ſed & Iſalam flumen, quod nunc in una tabularum Chorographicarum pleniis characteribus perſcribitur, quamvis Junii aut noſtri mentionem hic nuſquam faciat. Nec queror etiam, modo veritati ſuus locus & pretium conſtet, ſed quo ego progredior? qui illud tantum indicare volui, per tranſennam adhuc inſpectum mihi novum hoc opus, alias & per occaſionem atque otium accuratius fortaſſe inſpiciendum cenſendumque. Folia quæ hic erant *Originum Francicarum* ea lege, quam ipſemet figis, mitto. Priora omnia jam ante Amſterdamum tranſtulerat bibliopola, cujus impenſis liber excuditur. Eodem ubi venero, faciam, ut & ea habeas, quando autem id erit, promittere non poſſum, nam Lucinam adhuc uxor exſpectat. Quæ ut illam maturo partu favens fauſtaque reſpiciat Deum quæſo, qui & te ſalvum atque incolumem diu ſervet ſoſpitetque. *Harderv.* IV. *Octobr.* 1615. Nobilem illum Germaniæ juvenem (quem adeſſe vobis coram nuper per occaſionem monebas) Caſ. Barthium ſalvere honorifice jubeo, ignotum quidem à facie, non à mente, quæ in ejus Claudiano mihi lecto melioris ſe notæ ſatis manifeſte oſtendit. Verſus infra ſcriptos Scaligeri noſtri poſt tuam Poëmatum ejus editionem reperi, ubi minime quærebam, apud Keckermannum ſcilicet *Syſtem. Phyſ.* quod eſt in VIII. *p.* 380.

Tres ſunt convivæ, Germanus, Flander, & Anglus.
Dic quis edat melius, quis meliuſve bibat?

Non

Digitized by Google

Non comedis, Germane, bibis; tu non bibis Angle,
Sed comedis; comedis Flandre bibiſque bene.

EPIST. XV.

IDEM

V. CL. D. FRIDERICO SANDIO S.

De obitu parentis Pontani. Nova nonnulla.

AMpliſſime & Clariſſime Domine, Optatiſſimas tuas literas Lubecæ datas 12. Octob. recte redditas accepi ſub exitum fere ejuſdem menſis. Habeo gratias magnum ſimul humanitatis nec non erga nos amoris tui argumentum agnoscens, quod tantis non modo ſpatiis à nobis ſemotus, ſed tantis etiam curis & ad publicam rem ſpectantibus negotiis diſtrictus noſtri tamen meminiſſe, & eorum, quæ ibi geruntur, participes reddere volueris. Iisdem diebus cum tuæ traderentur, allatus ad me eſt triſtiſſimus nuncius de obitu optimi Parentis mei, qui jam annum circiter vigeſimum Fœderatorum Belgii Ordinum nomine apud Sereniſſimum Daniæ Regem Agentis ſeu, ut vulgo vocant, Commiſſarii vicibus perfunctus fuit; ea nimirum fide atque induſtria, quæ civem egregium, ac patriæ ſuæ amantem deceat commendetque. Perculit haud leviter animum meum, & volentem ad te multa veluti retardavit tam inopinatus hic caſus. Quapropter ignoſces, ſi inconditæ hæ & Laconicæ. Et quidem de milite noſtro, qui Brunſvigæ & Hanſeaticis ſubſidio adverſus Ducem miſſus nihil nunc, apud te præſertim & illis in locis agentem, dicam, niſi illud, Romani plane exempli eſſe exercitum extra fines alienæ inferre Provinciæ, idque à Rheno & limite procul, Amiſiam ultra & Viſurgim Druſique trophæa, ad Albim pene uſque. Olim Germanicus poſt parentem Druſum eandem iterato Germaniæ partem ingreſſus eſt, & multum tum ei fuſo Arminio Cheruſcorum Duce paratum fuiſſet gloriæ, niſi eam in regreſſu fortuita clades naufragio obliteraſſet. Sed noſtri terreſtribus itineribus expeditam manum ducunt, & hactenus mire cœlum favit ac ſidera præter anni morem in hyemem ver-

Digitized by Google

gentis ſuda ſerenaque. De reliquo & eventu θεὸς ἐν γόνυσι κεῖται. Regno Galliarum veteres videntur imminere tempeſtates, paſſim in belli aleam & fluctus conjiciente ſe nobilitate, & Principibus, quamvis Ledegierius & qui fœderati religionis ſunt, portum adhuc teneant. Qui & ſcripto ſuam aperuerunt ſententiam, ſe Regis & Regni partes haud deſerere, certam ſpem foventes ejus majeſtatem etiam conſummatis cum Hiſpana nuptialibus tædis nihilominus honeſta omnia & Regno ſalutaria conſilia ſecuturum. Malus Aurantia, quæ circa Mauritium in anchoris ſtabat, cum ex India claſſis noſtra Attalicis onuſta conditionibus eodem appellens veluti manu altitonantis peſſum iret, ſuperioribus ſeptimanis in Angliam ſalva appulit, pauperes ex ingenti naufragio reliquias vehens. Habes publica. Quod ad privata, ea omnia adhuc καλῶς ἔχει, niſi quod de D. Fontano, optimo ſenum, minus grata audiamus, afflicta ejus valetudine. Deus Opt. Max. quod felix fauſtumque Eccleſiæ ſcholæque noſtræ ſit, hoc caput incolume ſinat, & annis ejus addat annos Neſtoreos. Qui & te, o decus noſtrum, florentem valentemque, reſque domi ac foris proſpere gerentem, diu ſervet & ſoſpitet. Dab. Harderv. XI. Novembr. 1615.

EPIST. XVI.

IDEM

VIRO CLAR. ISAACO CASAUBONO Sal.

De vetere Gallorum lingua, & quæ Joſ. Scaligeri de ea opinio.

FAcit cum humanitas tua, Caſaubone clariſſime, tum etiam ſumma eruditio, qua nos quotidie & publicum devincis, ut ecce Itinerarium noſtrum, dum alia non ſuppetunt, ἀντίδωρον ſcilicet tibi mittamus. Accedit materia & argumentum, quod damus. Obtulit id enim veſtra Gallia, dum eandem peragrando perluſtramus. Hac namque occaſione factum, ut in priſtinum illud ſeculum mitteremus cogitationes, & ſimul quid de vetuſta veſtra gente aliis dictum, atque inſuper dicendum nobis

nobis videretur, quaſi ſymbolam in commune comportaremus. Sed maxime controverſum illud de lingua Gallorum veteri preſſius agitavimus, auſpicio præſertim, ac ductu D. Hieronymi, qui Gallogræcos veterum Gallorum traducem populum, excepto ſermone, quo omnis Oriens loquebatur, propriam linguam eandem habuiſſe aſſeruit, quam ævo ſuo Treviri. Trevirorum autem idioma ſive dialectum fuiſſe Teutonicam, uti & reliquorum Belgarum, non puto quiſquam dubitabit. Quamvis & hic obloquutores haud defuerint, qui ut evitarent hunc Hieronymi arietem, id eſt, ne Gallos veteres, quoad linguam Germaniſantes facerent, Gallis ſuam imminutam gloriam maluerunt, aſſerentes Belgas potius quam vere Gallos fuiſſe illos in Aſia media Gallogræcos. Quod tamen nos *p.* 314. noſtri Gloſſarii diſerte veterum authoritate refutavimus, ſua univerſæ Gallorum genti adſerta gloria. Scaligerum quoque non alienum aliquando fuiſſe à ſententia, quam tuemur, allatis ſuo loco teſtimoniis oſtendimus. Nunc tamen vacillare & rem ancipitem ac creperam facere videtur ea, quam Itinerario præfiximus, Epiſtola, ubi & nos quid ſentiremus indicavimus ad Lectorem præfatiuncula. Cauſam vero vacillationis hujus auguror ortam ex aſſertione ejuſdem de lingua Cambro-Britannica & Aremorica, quam edidit in Opere Coſmographico Merula. Vult enim eo loci Scaliger linguæ Aremoricæ, nec non & Cambro-Britannicæ matricem novam eſſe, nec habere commune quidquam cum ceteris. Si autem hoc poſito concederet jam Scaliger communionem fuiſſe idiomatis olim Gallici cum vetere aut hodierno Teutoniſmo, quis ab eadem communione jure excluderet *Aremoricos* Galliæ maritimos populos? Ut ergo tutetur fuiſſe & eſſe Aremoricorum idioma peculiare, neceſſario nunc illa de vetere Gallorum lingua vel involvenda ſilentio vel relinquenda in ancipiti. Nam ſi diſerte profiteatur locutos ſemper Germanis haud abſimiliter Gallos, ſibi ipſi aut adverſaretur, quia denegat hanc communionem *Aremoricis*, aut denique illud ſequeretur alium fuiſſe etiam antiquitus à reliquis Gallis, & plane peculiarem (quod neutiquam eſt probabile) ſermonem Aremoricorum. Nos itaque contrarium ſtatuentes dicimus in Anglia, quemadmodum *Cambro Britanni* indolem adhuc aliquam reſervant veteris

ris linguæ Britannicæ, ſic in Gallia Aremoricos veſtigia hodieque retinere priſcæ linguæ Gallorum, eaque veſtigia eſſe Theutonicæ non tantum dicimus, ſed oſtendimus evidenti Dominicæ apud Aremoricos orationis analyſi, ſub calcem *Gloſſarii* repoſita. Nec hoc tantum ſed linguæ inſuper Cambro-Britannicæ cum eadem *Aremorica*, & utriuſque cum Theutonica manifeſtam adhuc tam in analogia & phraſi, quam ipſis voculis affinitatem omnibus arbitrandam ob oculos ibidem collocavimus. At vero verius edoctum putem, non modo, quod olim admonuit Tacitus, Gallorum & Britannorum ſermonem non admodum fuiſſe diverſum, cum id ex iſta *Aremoricorum* & *Cambro-Britannorum*, quantum ad linguam, communione hodieque luculenter intelligitur, ſed etiam utramque gentem Cambro-Britannos videlicet & Aremoricos, & conſequenter ipſos olim *Britannos* & *Gallos* conſpiraſſe quod ad idioma cum Theutonibus. Idque tot iſtis modo rationibus, ſed & Taciti inſuper inſigni teſtimonio confici judicamus, aſſerentis præter Gallos etiam Æſtios Germaniæ populum ſermonem uſurpaſſe Britanniæ quam Sueviæ propiorem. ** Sed hæc, ut innui, aliaque talia in ipſo *Gloſſario* & maxime in Prolegomenis diſcuſſa uberius ſunt. Ne itaque nimius videar, vela contraho, hoc tantum additurus, tuum ſi judicium per occaſionem communicaveris, noſque etiam in album tuorum receperis, ſummi voti loco habiturum,

Nec me, quod tibi ſim novus, recuſes,
Omnes ſic veteres tui fuerunt.

Te cum dico, Ampliſſimum etiam Thuanum volentiſſime incluſerim, Solem hodie Galliæ. Vale Hardevici 22. April. 1607.

** De hac materia conſule Libellum, Antiquité de la Nation, & de la Langue des Celtes, autrement appellez Gaulois; par le R. P. Dom P. Peſtron. à Paris. 1703. in 8.

EPIST. XVII.

V. CL. GUILIELMO CAMDENO

JO. ISACIUS PONTANUS Sal.

De eadem re.

JAm diu eſt, Clariſſime Cambdene, cum me animus monet, ut te literis meis ex intervallo compellarem. Facio ergo idque duplici modo oblata occaſione. Prior latorem harum tangit eruditum ac nobilem adoleſcentem *Erneſtum Brinckium*, amicum & familiarem meum, qui perluſtratis variis Germaniæ, Galliæ, & Belgii oris atque Academiis, Angliam etiam nunc veſtram videndi, viroſque doctos & claros conveniendi novo & honeſto igne accenſus, nulli videbatur mihi inter ceteros idoneiori, ſive in omni ſtudiorum genere doctrinam, ſive exinde ingenii claritudinem ac dignitatem ſpectem, poſſe quam ipſi tibi commendari. Tu vir maxime vel cauſæ nomine favebis, & amplecteris juvenem tibi omnibuſque bonis ſingulariter deditum. Hæc prior; altera ſcribendi cauſa me ſpectat, & hoc, quod addidi literarium munuſculum. Eſt illud, ut indicat titulus, iter Galliæ & maxime Narbonenſis Provinciæ. Quod dum carmine mihi & Muſis ceciniſſem, neſcio quo porro impetu addidi locorum urbiumque illuſtrationem aliquam chorographicam emblematis Geographicis variis interſtinctam, idque potiſſimum ſicubi poſt priores locus ſe offerret aliquid cenſendum amplius. Et dum id ipſum ago, facere nequii, quin aliquid de lingua ſimul Gallorum veteri ſparſim interjicerem, quo factum, ut ſeorſim & ultimo loco uberius ac certius nonnihil de eadem, addita Gloſſarii priſco Gallici diatriba, prodere tentaverim. Quæ dum ejuſmodi ſunt, quæ tuum præcipue tribunal ſpectant, me-

rito etiam ad te veniunt, tuamque ſententiam poſcunt. Dixi ita, ut cum *Tacito* quidem omnino cenſeam Britannorum Gallorumque ſermonem haud multo olim fuiſſe diverſum, modo concedatur ſimiliter, teſte eodem Tacito, Britannorum eorundem ſermonem olim etiam, ſicuti hodieque, dialecto tantummodo deviaſſe ab ** *Æſtiorum*, id eſt, Germanorum ipſorum idiomate, ut memini in prolegomenis *Gloſſarii*, ubi & illorum obiter ſententiam tetigi, qui Aremoricorum & Cambro Britannorum idioma peculiarem & novam habere matricem præter rationem augurati ſunt. Quod ut oſtenderem etiam retexere eorundem Aremoricorum orationem Dominicam, eandemque cum *Cambro-Britannica* contendere, atque utriuſque cum Theutonibus tam in phraſibus quam ipſis voculis manifeſtam analogiam atque affinitatem ponere ob oculos omnibus anniſus ſum. Nec Scaligeri noſtri cenſuram tacui, qui licet diſertis olim verbis Gallorum idioma vetus Theutoniæ proximum aſſeruit, ut patet libelli noſtri *p.* 87. nunc tamen abire & vacillare videtur, ut patet vel ex ea, quam præfiximus Itinerario Epiſtola. Verum obviat ibidem, ſed obiter, noſtra ad lectores præfatiuncula. Cauſam vacillationis poſtmodum ſubodoratus ſum, ſed alibi quam hoc loco commodius referendam. Ne itaque nimius videar, & gravioribus etiam occupationibus tuis intempeſtive obſtrepere, nunc vela contraho, unicum hoc adjiciens, tuum ſi judicium hac occaſione communicaveris, meque in album etiam tuorum arctius arctiuſque receperis, magni beneficii loco habiturum. Datum Harderviçi Sicambrorum XII. Julii CIↃ. IↃC. VII.

** De Æſtiis conſulendus Jacobus Carolus Spener in Notitia Germaniæ Antiquæ. lib. 1. cap. 4. §. 2. 3. & 4. lib. 2. cap. 3. §. 2. lib. 4. cap. 1. §. 9. & præcipue lib. 6. cap. 1. §. 2. Edita eſt hæc Notitia Halæ Magdeburg. 1717. in 4.

EPIST.

Digitized by Google

EPIST. XVIII.

IDEM

Viro Clariſſ. JANO GRUTERO Sal.

De eadem re. Indoles Batavorum.

ACcepiſſe te Itinerarium noſtrum, & ſimul gratum acceptumque habuiſſe, imo & probaſſe, volupe fuit intelligere. Placuit enim plurimum de lingua Gallorum veteri tuum ſuffragium, ſicuti & iſtud de Bedæ quod reddis fragmento, nec enim leviter ſententiæ meæ collaturum mihi perſuadeo. Non quod rei veritatem ex ævo Bedæ petam, ſed quod in eo occurrunt ſubinde dialecti, ſive idiomata dicam, quæ conſonent cum priſci illius apud Gallos Britannoſque ſeculi idiomate; Gallicæ enim Britannicæque linguæ cum Theutonica communionem demonſtro, ſed ejus quæ Gallis Britanniſque fuerit veteri illo ſeculo, puta Julii ſequentiumque Cæſarum Imperio. Tuos ad Tacitum atque Onoſandrum diſcurſus politicos vidi, ſalivamque moverunt. Et excitas nunc denuo ejus generis etiam plura promittendo. Sed tu etiam re ſatisfacies vel ob ævum iſtud, quo ejuſmodi monitis Principum nunc opus. Apud nos inexpectata rerum imminet metamorphoſis. Omnia plena pacis, ipſique Sicambri in falcem curvant gladios. Fatalis videtur, & proprius Batavis libertatis amor, etiam olim, eadem de cauſa, duce Civili Romanorum Imperium provocare auſis. Sed utinam libertas nobis illa compoſita ac concors, quæque vinciat animos non diſſolvat, id eſt, ne remoto externo metu inteſtinus ſuccedat. Tacitus jam olim in his ipſis Batavis Galliſque notavit, ubi inter alia Cerealem ſic loquentem inducit. *Terram veſtram cæterorumque Gallorum ingreſſi ſunt Duces Imperatoreſque Romani, nulla cupidine, ſed majoribus veſtris provocantibus, quos diſcordiæ uſque ad exitium fatigabant.* At nos meliora mitioraque ominamur, eſſeque nunc & fore Batavos, ut ſervitutis, ita etiam ferociæ ac licentiæ hoſtes. Tu valebis à me Thyſioque collega quam honorifice reſalutatus. Hardervici XX. Auguſt. CIↃ. IↃC. VII.

EPIST. XIX.

IDEM

V. CL. PETRO SCRIVERIO Sal.

De Merulæ obitu.

EJus occaſione quod ad vos nunc Brinckius noſter itaret, putavi vellendam tibi aurem de Brinckii poëmatis. Nimis enim diu expectatione torqueor, præſertim cum guſtum eorum perceperim, qui mihi identidem ſalivam movet. Accedit & Thyſius noſter idem aut eadem cupiens. Recte igitur atque ordine facies, ſi perferendum ad nos ipſi Brinckio in manus tradas, nam ille jam jam regreditur. De Merulæ obitu neſcio quid iſtis diebus inaudiverim. Si verum, doleo certe tam chari capitis vicem, & maxime, quod in ipſa peregrinatione & patria procul abreptus ſit,

Cui pudor & juſtitiæ ſoror,
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando alium invenient parem?

Tu ceterique Mercurialium cultores virorum flebilibus urgete modis, ac colite myſten ademptum. Aut ſiquid jam muſinati eſtis iſta occaſione ſimul veniat. Raptim *Hardervici* CIↃ. IↃC. VII.

EPIST. XX.

IDEM

V. CL. JOHANNI PISCATORI Sal.

De Summa Petri Baronis trium de Prædeſtinatione ſententiarum.

REctore & Collega noſtro Dn. *Iodoco Hoeingio* rerum ſuarum expediendarum ergo una cum uxore ad vos & lares ſuos iter

iter parante gavisus sum, vel hoc nomine, quod intelligebam occasionem mihi præberi, te *Piscator* Ornatissime, literis meis compellandi, illiusque suavissimi convictus nostri memoriam quasi resuscitandi. Accedebat & alterum, cujus me itu ac reditu hoc collegæ nostri compotem me posse fieri sperabam. Nam meminisse te non ambigo *Summæ* cujusdam *Petri Baronis trium de Prædestinatione sententiarum*, quam per me tibi communicatam brevibus animadversionibus insigniveras, eandemque summam ita ut dixi à te adornatam, ubi recepissem, magni semper feci, & habui, ut singulare tanti viri & amici μνημόσυνον. Sed factum exinde rogatu alterius, cui id negare nec volui, nec potui, ut in manus hominis apud nos magnæ auctoritatis inciderit, qui & suum calculum adjicere promiserat. Sed tantum abest, ut ille aliquid sui symboli adjecerit, ut ipsum scriptum premat, nec ad possessorem rogatus etiam redire sinat. Quocirca unum hoc voveo & oro, ut D. Hoeingio apographum ejus qod apud te est autographi concedatur. Hæc privata. Publica quod ad expeditiones & bellicos apparatus tranquilliora nunc sunt. Interim magno ibicunque conatu cum inter Ordines Fœderatos tum Archiducum Legatos aguntur omnia, & ita hactenus acta sunt, ut quam hucusque optare tantum potuimus, nunc etiam sperare audeamus PACEM. Quid porro futurum sit, Deo in manu est. Ille si coepit etiam perficiet, & eventus addet omnibus inexpectatos. Idem ille Deus & te Clarissime atque Amicissime *Piscator* una cum conjuge totaque familia incolumen florentemque diu servet & prosperet. Hardervici CIↃ. IↃC. VII. IX. Mart.

Digitized by Google

EPIST XXI.

IDEM

V. CL. & REV. ISACO CROMBACHIO Epiſcopo Nidroſienſi.

De herba cochlearia. De urbe Hardervico.

CUm eſſem ſuperioribus diebus Amſterodami vir Clariſſime & Reverende, mihique multis nominibus obſervande, literas tuas oſtendit Doctor *Bacherus* amicus noſter, medicus Amſterodamenſis, quærens num te noſſem, reſpondi non tantum notitiam mihi tecum fuiſſe, cum in Dania apud nobiliſſimum Tychonem agerem, ſed arctam etiam neceſſitudinem, exortam ex ſingulari tua humanitate & illo fonte amoris, qui inter cognominem tuum parentem meum *Iſacum Petri* & te jam olim ſancte coaluerat. Sed literas tuas porro legens animadverti ac dolui minus proſpera te frui valetudine, ex neſcio qua hepatis intemperie cum ſcorbuto mixta. Quod ad ſcorbutum, eſt & ille affectus hiſce quoque partibus aquoſis & incolis humido ac craſſiore partim cœlo utentibus perfamiliaris. Et ut familiaris ita etiam perfamiliare remedium natura ſubminiſtravit cohleariam herbam, quam nec veſtris oris eandem benignam matrem invidiſſe exiſtimo, præſertim cum legam in Inſula quadam novæ Zemblæ adſita inventam fuiſſe eandem *cochleariam* à noſtris Argonautis, qui annis ſuperioribus ad *Chinam* & *Moluccas* per Boream iter tentarunt, illiſque ſaluti exſtitiſſe. Interſeruimus præter alia etiam illam Ulyſſeam navigationem Operi, quod nunc emolimur de rebus & Urbe Amſterodamenſi. Et ad colophonem propemodum perductum hiſce literis adjunxiſſemus, ut munus & arrabonem veteris amicitiæ, modo occaſio & tempus id permiſiſſent. Interim literis tuis per Doctorem Bacherum mihi exhibitis excitatus facere non potui, quin haſce tibi vel ſubito exararem, renovandæ atque in memoriam revocandæ

Digitized by Google

dæ veteris ejuſdem amicitiæ noſtræ, ſi forte ex longa dedeſuetudine ac ſitu in vitam ac uſum communem retrahi ea poſſet. Quod ſi & tibi eandem mentem eſſe intelligam, nihil mihi accedere gratius poterit, idque & re ipſa & crebra literarum rerumque, quas te ſcire velle comperiam, communicatione teſtatum relinquam. Quo autem loci nunc agam ex hiſce theſibus, quas eo nomine adjunxi, percipies, *Hardervici* nimirum, quod ex Ducatus Gelriæ primariis opidis haud poſtremum habetur. Gymnaſium jam ab aliquot annis ibi fuit, ſed ante annos præcipue ſeptem aut octo in eam formam Ordinum Gelriæ Decreto reſtauratum eſt, ut non tantum præter ordinarias linguas Latinam & Græcam Hebræa doceatur, ſed Theologia etiam & Juriſprudentia cum Philoſophia Theoretica & Practica. Quarum ego Theoreticæ profeſſionem jam quinquennium eſt cum ſuſtineo. Tu vir Præſtantiſſime, hanc meam compellationem, ſive interpellationem potius, ab amore veteri, & ea, ut jam narratum eſt, occaſione profectam eodem etiam ſpiritu accipies atque interpretaberis. Quod ut facias diuque nobis ſalvus ac ſanus vivas & valeas Deum Opt. Max. rogo. Datum raptim Hardervici 21. Decemb. 1611.

EPIST. XXII.

IDEM

Viro Ornatiſſ. HERIBERTO RIDDERO Sal.

De indole & doctrina Conradi Vorſtii.

QUod earum rerum, quæ apud vos geruntur, & præſertim eorum, quæ ab Illuſtribus Ordinum Friſiæ Deputatis in cauſa *Conradi Vorſtii* ad publicum & Fœderatorum & præſertim Eccleſiæ bonum & tranquillitatem jam nuper tractata eque latibulis ſuis in apertam & claram lucem prolata ſunt, certiores nos facere quam plurimum volueris, tibi, vir Ornatiſſime, quas

quas par eſt gratias & habemus ſemperque meminerimus. Faciunt Illuſtres illi Viri & patriæ Patres, quod ſuimuneris eſt, dum in omnia intenti, etiam Eccleſiæ cauſam, hoc rerum ſtatu nequaquam negligendam, & *Vorſtium*, qui profeſſioni Theologicæ ac erudiendæ in Academia Lugduno Batava juventuti deſtinatur, opinionum monſtra intra pectus fovere diſertis argumentis ac teſtimoniis apud ipſos Hollandiæ Ordines; vicinoſque ſuos & Fœderatos amice demonſtrant ac palam faciunt, ſerioque commonent venienti occurrendum malo, cui & ſuum ſymbolum contulerit Illuſtriſſimus *Guil. Naſſavius*. Qui in eo ſcilicet & patris pietatem & patrui animoſitatem laudabiliter æmulatus haud ſatis habuit, dum ad clavum communis Reipubl. ſedet, maximis atque intrepidis animis adverſus apertum hoſtem tot annos pro libertate & religione fortiſſime excubuiſſe, niſi nunc utramque adverſus novas machinationes, & quæ per cuniculos aguntur, prudentiſſime tutaretur. Nam uti libertatem amat vera religio, ſic utramque ſubvertit prodigioſa & nimia licentia, & illa præſertim effrenis de rebus graviſſimis, & quas univerſus pene Chriſtianiſmus tot Conciliis ac Synodis ad normam S. Scripturæ unanimiter conſtituit ambigendi atque in dubium trahendi curioſitas. Et nonne ejuſmodi Vorſtii hujus ſunt, quorum jam in publicum aliqua prodita, alia in Ordinum archiva illata nuncias, utpote tractatus *de Filio Dei*, ſeu *filiatione*, ut titulus loquitur, de *notitia filii Dei*, & quinam illi, qui Chriſtum abnegant. Quin & ſermones ejus apud interiores non modo, ſed & præcipuos amicos, de quibus item ſignificas, quid etiam aliud indicant, dum ita Catecheticam *Heidelbergenſium* formulam aut commendat, aut elevat, ne eſſe aurum omne reputent, quod ſplendet? Et denique ad *Oſtorodi*, *Socini*, atque ejuſmodi lutulentorum ac maledicentiſſimorum hominum ſcripta *Dantiſco* & è *Polonia* repetenda ac diligenter legenda eoſdem invitat & veluti manu ducit? Et quinam illi *Socini* aut *Oſtorodi*, niſi fæcum illarum & reliquiarum *Ebionis*, *Samoſateni*, *Arrii*, *Eutychis*, in Polonia & Tranſilvania adhuc ſuperſtitum Præſides & myſtagogi? Nam in Oriente cum jam olim ſparſo *Mahometi* dogmate, avide Judæi & alii, qui Samoſatenica contagia fovebant, ſe Mahometo confertim

